


Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

~~247 H 68~~
~~3064~~
~~B 17~~
140 G 11
niet plakken

(Boekbandnr. 1785 G 101)

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

VIII. C. 5.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

Koninklijke
Bibliotheek
te 's Hage

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

Illuſtri, Generoſo, Nobiliſſimo atque Celſiſſimo

Inclytæ & antiquæ Reipublicæ NOVIOMAGENSIS

ORDINI,

Magnifico, Ampliſſimo ac Spectatiſſimo Imperii Civitatisque

D. BURGGRAVIO & JUDICI:

Splendidiſſimo, Graviſſimo atque Spectatiſſimo Ampliſſimi Magiſtratus

CONSESSUI,

DD. CONSULIBUS, SCABINIS ac SENATORIBUS,

Eorumque SECRETARIIS fideliſſimis.

Omnibus Pietate, Eruditione atque Prudentia Excultiſſimis VIRIS

DOMINIS AC FAUTORIBUS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

ILLUSTRES,
GENEROSI, NOBILISSIMI ATQUE AMPLISSIMI VIRI,

OMnibus innatam eſſe Majeſtatis venerationem antiquiſſima quæque docuerunt tempora, tum & illi, qui ad Heroum ſtatuas obſtupeſcentes, ubi porro in illarum rapti fuerunt admirationem, Principum ſuorum imaginibus divinos non denegarunt honores. Tutius noſtra in præſens ſæcula debitum boni Civis in Principes Viros officium eſſe putant, ſi Procerum ſuorum Venerationem non in peritura habeat imagine; ſed ſuam de eorum Majeſtate exiſtimationem, aut cum unius Virtutis conferat baſi, aut ita in celſiſſimo honeſtarum actionum culmine miretur, ut vel ipſi non obſcure ſentiant, ex ſolo laudis ſuæ faſtigio, non autem ex fucata abblandientium voce,

eandem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

eandem judicari feliciſſimam. Nam qui rem ex æquo judicant, indignum arbitrantur, vel debitam æternitati laudem cum fluxa rerum comparari conditione, vel adeo uberem honoris meſſem in ſterili admodum adulationis ſolo poſuiſſe. Unde & ego, dum veram debitorum *Vobis* honorum exiſtimationem ineo, atque genuinam gloriæ veſtræ *Vobis*, *AMPLISSIMI PROCERES*, defero laudem, abſque ullis Fortunæ mendaciis, omnes corpore quaſi exutos nunc intueor, ac illibatos Virtutum ex animis *Veſtris* flores decerpens illas *TVTELARIBVS vobis PATRIÆ DIIS* necto corollas, quibus tanquam propriis refulgeatis ornamentis, ne quidquam adſit alieni, quod genuinam Decori *Veſtri* laudem atque ſplendorem fucatis contaminet pigmentis. Hoc ſiquidem inter maxima omnis Tituli bona reputo, quod & Dii ipſi, quorum *Vos* in terris imagines, quaſi proprium non reſpuunt; quin & maxime expetunt omnes qui præclaris *VIRTVTVM* documentis ita reſplenduerunt, ut rerum præclariſſime geſtarum non aliam ſibi reliquam ſentiant mercedem, quam quæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

omnis Venerationis Celſitudinem vincit, *Gloriam*. Hæc quia & *Vobis* propria eſt, quid prohibet *Vos* item, tanquam præſentia nobis *Numina* venerari, aut veluti eos hic in terris ſuſpicere, quorum auſpiciis atque conſiliis ita geruntur cuncta, ut nihil fortunati in noſtra ſit Republica, quod non *Veſtris* juxta debeatur *Virtutibus*? Ad quas, ſi Majoribus noſtris in præſens redire ſæculum liceret, nemo ex iis una nobiſcum non obſtupeſceret, atque miraretur ſimul ſe ipſos multis ereptos documentis, ut *Vobis* aliquando facerent locum, qui, ſera ſua licet poſteritas, legitima tamen Virtutum proles, in celſius honoris ſuccreſceretis faſtigium, quam ſuæ ſibi inviderunt Fortunæ. Nam ſingula penitius contuentes non conſervata tantum conſpicerent quæ priſca quondam *Vobis* parta ſunt Virtute, ſed & multis aucta modis mirarentur: maxime autem avitum *Batavæ* Gentis *Nomen*, infractam populi *Libertatem*, &, quæ ſuis nunquam defuit ornamentis, inconcuſſam Urbis *Majeſtatem*, ac tandem, ne quid tantæ ejus deeſſet æſtimationi, magnis impenſis, ſtudio curiſque diu ſperatos Litterariæ

Digni-

Dignitatis *Honores* ac *Titulos*, quibus non efferatos ad humanitatem factæ Gentis emollirent mores, ſed qui domi ſuis jam auctos incrementis foverent ac promoverent felicius: ne quid dicam de omnigena Virtutum alienarum in ſingulis Civibus probitate, ut & religionis cura, quæ ad invidiam cæterarum uſque gentium creſcit. Quare ſive communem ſpectem Civium humanitatem, ſive omnium Veſtum proclivem in eos benevolentiam, aut publicam in DEUM pietatem, prudens apud animum meum gaudeo, datam cælitus hanc mihi ſortem, quod, mutatis patriis meis ſedibus, in illud Civitatis venerim commercium, in quo his omnibus, *Veſtris* ſub auſpiciis, atque tranquilla animi religione, mihi gaudeıe licet, ut ad Veſtrum juxta atque Civium Veſtrorum exemplum Virtutum excolere ſemina, &, in communem omnium uſum, non ſterilem mihi ſperare hinc liceat meſſem. Cujus non poſtremus futurus erit fructus, ſi videam Veſtram, *Illuſtres* atque *Generoſi Viri*, ex publico meo in Vos Veſtramque Academiam ſtudio, ita in me derivari benevolentiam,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

ut non ſiniſtre cuivis ſuſpicari liceat, me illam apud Vos occupare Spartam, in cujus tutelam non paratiſſima tantum ſingulorum ſint Civium ingenia, ſed & Veſtrûm cujuſvis promptiſſimi in me meoſque judicentur animi. Pro quibus omnibus dum apud DEUM T. Opt. Maximum venerabundus intercedo, ſimul intimis precor ſuſpiriis, ut idem *Vos Illuſtres* ac *Generoſos Viros*, tanquam *Tutelares* Urbis ſuæ *Vicarios*, diu nobis omnibus, atque toti pariter Reipublicæ incolumes tueatur ac fortunatos: tum & ita omnibus Vobis ac ſingulis Civium faveat incrementis, ut manifeſte colligamus ac palam, *Veſtras* eſſe *Virtutes* quarum gratia communibus benedicatur ſucceſſibus. Dabam Neomagi, Anno poſt partum Virginis, M DC LXII. Calendis Martii.

Illuſtrium atque Generoſiſſimarum
Amplitudinum Veſtrarum

Deditiſſimus atque Devinctiſſimus

ANDREAS ab HOOCHENHUYSEN.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

ODE VOTIVA

In novè recognitum, illuſtribusque additamentis auctum FLORVM, Operâ & induſtriâ Clariſſimi, Doctiſſimi, Celeberrimiq; Viri,

D. D. RUTGERI HERMANNIDÆ,

L. A. M. Phil. & J. U. Doct. Hiſt. & Polit. Ordin. & Philoſoph. primarii Profeſſoris.

Ut Virgo pictis floribus quando calathos
Implere in hortis nititur, ſæpe ambigit
Liguſtra, molles an roſas, violas prius
Decerpat ungue an blandulas, an lilia:
Sic quiſquis & te ferre cœlo HERMANNIDE
Heliconiis ardet modis, plane hæſitat:
Dicat prius, ſubinde quid, dein ultimò
Tantus decor, vigentque tantæ gratiæ.
Abſtruſa, quæque plurimis fere condita
Fuêre ſeclis eruis feliciter,
Fideliter communicas nepotibus
Seris, & impiger ſoli, ſali, poli
Tractus per immenſos volucre tranſvolas
Penna: Acta facta, res, quibus quondam Dea
Rerumque Domina Roma claruit, aperis.
Modò Imperatorum tiaras ſceptraque,
Arcus triumphales, Coloſſos, porticus,
Inſerta faſtis pegmata, & certantia
Theatra nubibus: Trophæis, plumulis
Quot laureatis fulſerint & eſſeda
Perſæpe Capitolina vecta in atria:
Inter potentes Principes, qui Iulium
Eluxerit ſidus, velut minoribus
In ignibus, ſoror nitentis Delii:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

Quî Româ nomen ultimos extenderit
Ad terminos, ubi medius freti liquor
Europicum ſecernit orbem ab Africo,
Arva irrigat qua parte Nilus turgidus:
Modo Æthiops qui nigricans, Dacus fremens
Torvuſque Medus, toxicato acinace
Domabilis non ante Cantaber, ferus
Brito, ſuis porrexerint victoribus
Victas manus, tu prodis hiſce paginis
Chartiſque victuris in ultima ſæcula.
Inſtabiles, leveſque quando Zoili
Hæc penſitant, truces ïambos evomunt,
Viruſque dipſade mage ſputant noxium:
Dicaculi ſublime proferunt nihil,
Præterque glorias nihili flant proprias;
Rudunt, coaxant, grunniunt, quarto quibus
Sint propria hæc modo tenes: Aſt ſine modo
Loquacitate Tantalo ſimillimì, &
Dicacitate Zoilo, pœnas luent:
Pomis fruentur Tantali fugacibus,
Doniſque peſſime audientis Zoili.

L. M. Q. C.

ab

OTT. HENR. SCHLEBUSCH,
Paſtore Cootvvicenſi.

GERAR-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

GERARDUS JOH. VOSSIUS,
LIBRO
De
HISTORICIS LATINIS.

EXtremis Trajani temporibus floruit L. ANNÆUS FLORUS, qui rerum Romanarum quatuor perſcripſit libros. De ætate ſatis apparet ex præfatione operis, cum ait: *A Cæſare Auguſto in ſeculum noſtrum ſunt non multo minus anni ducenti: quibus inertia Cæſarum quaſi conſenuit, atque decoxit: niſi quod ſub Trajano movet lacertos, &, præter ſpem omnium, ſenectus imperii, quaſi reddita juventute revireſcit.* Viri quidam eruditi, eoſque inter Jo. Camers, malunt, *movit*, pro *movet*. Nec diffiteor, ſic eſſe in quibuſdam Mſſis. Sed rectum eſſe, *movit*, oſtendit, tum quod antecedit, *in ſeculum noſtrum:* tum quod ſequitur, *revireſcit*. Sed, inquiunt, Florus ab Auguſto eſſe ad ſua tempora ait annos prope CC. Ab Auguſti autem principatu, uſque ad Trajani imperium, ſunt anni tantum CXXIV. ſive, ſi putes uſque ad exceſſum Trajani, anni erunt CXLIII. Sed jamdudum hæc mihi meditata. Verum legendum puto apud Florum, *anni* CL. Nam, quiſquis Mſſos Flori Codd. verſarit, ſcit, quantopere in annis variet prologus iſte. Nec tamen ſolius Trajani ævo arbitror vixiſſe: ſed etiam Hadriani. Plane enim idem videtur, cujus in Hadrianum verſiculos, & in quem verſus Hadriani, Spartianus refert: quemque Annæum Florum Chariſius vocat, & ex cujus ad Divum Hadrianum epiſtola gemino in

loco

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

loco citat illa verba, *Poëmatis delector*. Sane quod poëmatis delectari ſe ait, id non abhorret ab hujus compendii ſcriptore, quando ſtylus ejus in hiſtoria eſt declamatorius, ac poëtico propior, adeò ut etiam Virgilii hemiſtichia profundat. Et tamen eſt ea potiſſimum Flori noſtri laus, quod ſcriptor eſt elegans, & diſertus, &, ſi paucula exceperis, quæ frigidius dicta videntur, verè floridus. Sed latæ eſt culpæ reus, quod in temporum ratione uſque adeo negligens ſit, ita ut non poſſit ſæpius hallucinari, qui hunc ducem ſequi velit. Valde autem falluntur, qui eum putant in hiſtoria ſua epitomen nobis Livii dare voluiſſe. Siquidem crebro à Livio recedit. Nec facile dixerim, idemne, an alius ſit, qui ſingulorum ferè Livii librorum argumenta reliquit; quæ hodieque extant, etiam librorum, qui deperierunt. Sed, ecce, de nomine etiam ſcriptoris litem movent viri eruditi. Scrupulum iis injicit, quod Lactantius lib. VII. Inſtit. Div. Senecam appellet. Siquidem, inquiunt, antiquiorem hoc hiſtorico habemus neminem, qui populum Romanum diviſerit per quatuor ætates. At Senecam ejus rei auctorem laudat is, quem diximus, Lactantius, his verbis: *Non inſcite Seneca Romanæ urbis tempora diſtribuit in ætates. Primam enim dixit infantiam ſub rege Romulo fuiſſe; à quo & genita, & quaſi educata ſit Roma: deinde pueritiam ſub cæteris regibus; à quibus & aucta ſit, & diſciplinis pluribus inſtitutiſque formata: at vero, Tarquinio regnante, cum jam quaſi adulta eſſe cœpiſſet, ſervitium non tuliſſe, &, relicto ſuperbæ dominationis jugo, maluiſſe legibus obtemperare, quam regibus: cumque eſſet adoleſcentia ejus fine Punici belli terminata; tum denique confirmatis viribus cœpiſſe juve-*

juveneſcere. Sublata etenim Carthagine, quæ tam diu æmula imperii Romani fuit, manus ſuas in totum orbem terra marique porrexit; donec regibus cunctis, & nationibus ſubjugatis, cum jam bellorum materia deficeret, viribus ſuis male uteretur, quibus ſe ipſa confecit. Hæc fuit prima ejus ſenectus: cum bellis lacerata civilibus, atque inteſtino malo preſſa, rurſus ad regimen ſingularis imperii recidit, quaſi ad alteram infantiam revoluta. Amiſſa enim libertate, quam, Bruto duce, & auctore defenderat, ita conſenuit, tanquam ſuſtentare ſe ipſa non valeret, niſi adminiculo regentium niteretur. Hactenus Lactantius. Ea autem exſcripſiſſe ajunt ex prologo Flori, ubi hæc legas: *Si quis ergo populum Rom. quaſi hominem conſideret, totamque ejus ætatem percenſeat, ut cœperit, utque adoleverit, ut quaſi ad quendam juventæ florem pervenerit, ut poſtea velut conſenuerit: quatuor gradus, proceſſuſque ejus, inveniet. Prima ætas ſub regibus fuit, prope* CCL. *per annos, quibus circum ipſam matrem ſuam cum finitimis luctatus eſt. Hæc erit ejus infantia. Sequens à Bruto, Collatinoque, conſulibus, in Appium Claudium Marcumque Fulvium, conſules,* CC *annos habet; quibus Italiam ſubegit. hoc fuit tempus viris, armiſque incitatiſſimum. ideo quis adoleſcentiam dixerit. Dehinc ad Cæſarem Auguſtum* CCL. *anni: quibus totum orbem pacavit. Hic jam ipſa juventa imperii, & quaſi quædam robuſta maturitas. A Cæſare Auguſto, in ſeculum noſtrum, ſunt non multò minus anni* CC. *quibus inertiâ Cæſarum quaſi conſenuit, atque decoxit, niſi quod ſub Trajano principe movet lacertos, &, præter ſpem omnium, ſenectus imperii, quaſi reddita juventute, revireſcit.* Hæc Florus. Utrumque autem locum integre adſcripſimus, ut omnes videant,

quam

quam infirmo tibicine nitantur, qui ex Lactantio colligunt, ſcriptorem compendii illius, non Florum, ſed Senecam dici oportere. Ajunt, diviſionem eam, cujus Lactantius Senecam laudat auctorem, apud Florum in prologo legi. In quo manifeſtus eorum eſt error. Nam Seneca adoleſcentiam extendit uſque ad finem ultimi belli Punici: Florus duntaxat ad primum bellum Punicum. Adhæc Seneca incipit ſenectam à bello civili Pompejano: Florus autem à principatu Auguſti. Unde colligo, Florum quidem imitatum fuiſſe Senecam: at aliter tamen diviſiſſe. Atque eo magis arriſit Floro ſimilitudo ea, quia non totam alteri deberet; ſed eſſet, quod ſibi vindicaret. Sane toto ad eam opere reſpicit. Nempe ſuum cuique pulchrum, quod dici ſolet. Nec propterea negâro, Florum hunc fuiſſe ex Senecarum familia. Seneca enim vocatur in pleriſque veteribus libris. Adhæc Senecæ ſunt ex Annæa gente. At Florus, uti in pleriſque libb. Julius, ita Annæus in vett. vocatur libb. etiam antiqua ac principe, quam habeo, editione. Adhæc Hiſpanum fuiſſe, unde Senecæ domo erant, veriſimile facit luculenta ejus terræ laudatio, quæ eſt lib. II. cap. XVII. & libr. III. cap. XXII. Dictio quoque hanc domum ſapit. Nam ea eloquentiæ, & poëſios laude inclyta fuit. At dictio Hiſtorici hujus eſt diſerta, & poëticæ proprior. Imò opus ipſum vix aliud, quam declamatio eſt. Fortaſſe igitur Senecæ etiam nomen fuit. Sed, ut hoc demus, non eo conſequitur, haut aliter, quam Senecam, vocari oportere. Nec enim facile adeo fides eſt deroganda multò maximæ parti librorum, & quidem melioris notæ, ubi Florus vocatur. Et quid prohibet, quo minus, ut L. Annæi Se-

necæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

necæ philoſophi frater, non tantum L. Annæus Novatus dicebatur: ſed etiam Junius Gallio (quod nomen habuit, poſtquam à Junio Gallione erat adoptatus) ita hiſtoricum hunc credamus, adoptione nomen mutaſſe: atque inde eſſe, quod idem dictus ſit L. Annæus Seneca, & L. Annæus Florus: vel, ut in nonnullis libris legere eſt, L. Julius Florus.

JUSTUS LIPSIUS,

Lib. 2. Elect. cap. 5.

LUcius Annæus Florus (ita enim indigetare cum priſcis libris malim, quam Julium: quoniam Hiſpana origine fuiſſe colligo, &, niſi fallor, ex ipſa Senecarum gente,) is inquam Florus compendium non tam Livii, à quo ſæpe diſſentit, quam rerum Romanarum ſcripſit: ſi quid mei judicii eſt, compoſite, diſerte, eleganter. Subtilitas quidem & brevitas in eo ſæpe mira; & ſententiarum quædam gemmulæ cum judicio inſertæ & veritate.

CLAUDIUS SALMASIUS,

In Notis ad Florum.

NOn alius poteſt eſſe Florus quam ille qui Trajani & Hadriani temporibus floruit, qui in Epiſtola ad Hadrianum, cujus Epiſtolæ ter aut quater mentionem apud Chariſium reperies, ſcribit, ſe Poëmatis delectari. Character autem iſtius hiſtorici compendii plane poëticus eſt, & hominis in poëtis non infeliciter verſati; quamvis hoc parum probet ſi non alia accederent. Et mirum Grammaticis tam inviſum fuiſſe hoc opus, ut nuſquam aliquid ex eo ad teſtimo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

monium citent, cum & Solinum ſæpius, qui longe poſt tempora Annæi Flori vixit, ut alibi pluribus oſtendemus, & alios non vetuſtiores aut meliores Solino ſcriptis ſuis ut locupletes & idoneos teſtes advocent.

JOH. ISAC. PONTANUS,

In Oratione Iſagogica ad Florum.

L. Annæum Florum Volaterranus Julium Florum Secundum maluit nominare: Quod exiſtimaret hunc eſſe eum Secundum, cujus amice meminit Fabius Quintilianus, qui & familiariter à ſe amatum eum addit, virum ut miræ facundiæ ita infinitæ curæ. Julii cognomen à Patruo Julio Floro retinuiſſe idem conjicit: Cujus quoque Quintilianus mentionem facit, inter paucos diſertum eum fuiſſe indicans, utpote in eloquentia, quam in Galliis ſub extremum exercuit, Galliarum principem. Quam de Floro opinionem, ſi Trajani ævum, quo claruit & Quintilianus & Florus noſter, reſpicimus, non abs re conjeciſſe Volaterranus cenſeri poteſt. Niſi quod duo obſtare videantur: Prius eſt ipſe Quintilianus, qui non ut hiſtoricum aut inter hiſtoricos, ſed ut oratorem & inter eloquentiæ laude florentes utrumque & Julium Secundum & patruum ejus Florum concelebrat: Alterum eſt codicum veterum ſcriptura, in quibus non Julius, ſed L. Annæus Florus conſtanter indigetatur. Unde colligendum doctiores voluerunt ex Hiſpania oriundum fuiſſe, & fortaſſe ex ipſa Annæorum, id eſt, Senecarum gente. Quidquid horum ſit, quod nos in medio relinquemus, illud interim ratum eſto; egregium opus eſſe hos ejus quatuor rei Romanæ li-

bros

bros. Quos qui compendium Livii aut breviarium faciunt, vel eo, præter cætera, redargui exiſtimo, quod in iis à Livio ſæpenumero abeat ac variet ſententia. Potius totius imperii florentis tabulam appellabimus, cum præſertim ipſe in prologo ſuo fateatur ſe ad exemplum eorum, qui terrarum ſitus pingunt, in brevi quaſi tabella univerſam imperii imaginem ac magnitudinem ob oculos poſuiſſe. Quod ſane ſcribendi genus ac ſtudium brevitatis, quidquid cenſeant alii, præcipue in hiſtorico amplectendum magnique faciendum judico. Nam & Saluſtium quid magis commendavit, quam oratio conciſa & ſtricta? Quid Thucydidem? de quo utroque cenſuram ac judicium hujuſmodi Senecæ habemus: *Cum ſit*, inquit, *præcipua in Thucydide brevitas, hac eum Saluſtius vicit, & in ſuis illum caſtris cæcidit.* Brevitatem ſcilicet utriuſque laudat graviſſimus author Seneca, non tamen obſcuram illam & implicatam, ſed eam, quæ conjuncta eſt cum perſpicuitate: Et qualem Phocioni placuiſſe legimus, cui quondam in comitiis ſedenti cum unus è popularibus diceret, vidêris ô Phocion neſcio quid tecum ipſe meditari, tum ille, ita eſt, inquit, meditor & cogito, num ex iis, quæ ad populum verba facturus ſum, aliquid valeam recidere & amputare. Hic eſt ille Phocion, quem quoties ad dicendum ſurgere videret ipſe concionis & fori rex Demoſthenes, toties fatebatur, *adeſſe verborum ſuorum ſecurim.* Ut ergo nec oratorem indecet dictio preſſior & *βραγχυλογία*, ita ea hiſtorico videatur eſſe propria; adeo, ut *neget* Cicero *quidquam eſſe in hiſtoria pura & illuſtri brevitate dulcius.* Atque hinc eſſe exiſtimandum, quod Cæſar Caligula, cum inter cetera, etiam

Livii ſcripta vellet abolere, hanc præcipue cauſam commentus ſit, *quod eſset verboſus in Hiſtoria.* Noſter itaque author ſicuti nequaquam verboſus aut diffuſus, ita neque, ut illi, qui ſumma rerum capita aut nuda breviaria contexunt, in ſe reſtrictus eſt aut exſanguis, ſed ſobriam & verbis cultam orationem amat, denſus interim ſententiis & rebus cum judicio prolatis, adeo frequens & fœcundus, ut verborum prope numerum ſententiarum numero conſequatur. Quæ profecto quemadmodum inſignis eſt, & noſtro cum maximis authoribus communis laus, ita reliquas, ſi non adſint, facile ſola compenſet. Nam ut in cibis ii præcipue laudantur qui minimum detrimentorum, ſucci plurimum habent; ita maximi facienda oratio, quæ pauciſſimis verbis plurimum frugis & rerum complectitur.

RUT-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

RUTGERI HERMANNIDÆ,

De hac ſua FLORI Editione,

Ad Lectorem

PRÆFATIO.

NE reſiduæ hæ pagellæ, quas cernis, Benevole Lector, ſteriles abirent Typographo, & tibi inanes, operæ pretium duxi paucis te hic monere de hac Flori editione, de qua apud te aliàs tacuiſſem, cum abunde ſatis, quid in hac, præter alias editiones acceſſerit, contextus ipſe loquatur, & illa additamenta quibus nomen adjectum eſt noſtrum; niſi vererer in primo te ſtatim limine hæſitaturum, quid de his meis laboribus ſentires. Quare hoc habe. Infrequentiam exemplariorum Flori, & incaſtigatum authoris contextum effeciſſe apud Virum apprime optimum & rei literariæ amantiſſimum ANDREAM ab HOOGENHUYSEN, Bibliopolam Noviomagenſem, quod, cum novam libelli hujus editionem moliretur, communicatis mecum rebus, in hunc permoverer conatum, quem tibi legendum offero. Nam, cum multas exortas paſſim apud me exponeret tum juventutis, tum aliorum querelas, multifariis lectionibus, nec convenientibus ſecum Typographorum editionibus, longe optimi hujus noſtri authoris cum textum turbari, tum veræ atque genuinæ narrationis contaminari narrationem; primam mihi duxi curam, ut Author hic typis prodiret terſiſſimis, textum ipſum cum multis conferrem editionibus, ac, ſi qui eſſent nævi, ab illis omnibus, ad ultimum Salmaſianum Codicem, eum tibi exhiberem expurgatiſſimum: denique ita optimorum authorum notis illuſtrarem, ut nequicquam, vel quod Flori deeſſet elucidationi, vel ex criticis adeſſet unguibus, quod moleſtam tibi pareret lectionem. In addendis notulis meis, in quibus dijudicandis te mihi benevolum fore non diffido, ubi didiceris opellulam hanc meam inter multas alias natam occupationes, quarum ſingulæ totum fere requirerent hominem; ita mihi temperavi, ut neque impenſarum magnitudo excreſceret Typographo immenſa,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

menſa, neque lectio tibi accederet permoleſta, quæ tædium in avidis ſubinde lectoribus excitare ſolet, quoties, ad oſtentandam laboris ſui molem, plus quam ſuperfluo conatu operas ſuas ſtudioſi venditant ſcriptores. Operoſior tamen fui in prioribus libris enodandis, quam in reliquis, quod & impetus ſcripturientis calami ardentior fuerit, & quod preſſiores calami mei litturæ opuſculi non pollicerentur magnitudinem, cui, quorum impenſæ ſunt, facile ſuas detrahunt manus. Confido interim ita me omnibus ſatisfeciſſe, ut, qui finis fuerit Typographi, abunde præſtiterim, additis omnibus Salmaſii etiam notis, quarum pars in ipſo correcto relucet textu, pars vero, quarum major eſt ratio, & quæ te dilucidius de hominis ingenio atque eruditione docere poſſint, atque ad ipſa quoque vel antiquitatis ducere documenta, vel planiorem natæ ſubinde rei elucidationem exponere, inter ipſas bonorum authorum notas. Tu interim, Benevole Lector, laborem hunc noſtrum boni conſule, & ex uſu tuo eodem ita fruere, ut ſentiam me non tantum hic publice profuiſſe, verum etiam ad alias tute invitari aut trahi operas, ex quibus me non ſterilem vixiſſe ſera etiam diſcat poſteritas, Vale. Dabam HARDERVICI, *Idib. Februarii. Anno* M. DC. LXII.

SERIES

LIBRI I.

PROOEMIUM. 1
1 De Romulo. 8
2 De Numa Pompilio. 18
3 De Tullo Hoſtilio. 24
4 De Anco Marcio. 30
5 De Tarquinio Priſco. 32
6 De Servio Tullio. 38
7 De Tarquinio Superbo. 42
8 Anacephalæoſis de VII. regibus. 49
9 De mutatione Reipublicæ. 50
10 Bellum Etruſcum, cum Rege Porſena. 56
11 Latinum. 62
12 cum Etruſcis, Faliſcis, & Fidenatibus. 72
13 Gallicum. 79
14 Latinum. 94
15 Sabinum. 98
16 Samniticum. 101
17 Etruſcum, Samniticum, & Gallicum. 116
18 Tarentinum, & cum Pyrrho Rege. 123
19 Picenum. 140
20 Sallentinum. 141
21 Volſinenſe. 143
22. 23. 24. 25. 26. De Seditionibus. 144. 147. 149. 151. 152

LIBRI II.

1 PROOEMIUM. 156
2 Primum Bellum Punicum. 158
3 Bellum Liguſticum. 181
4 Gallicum. 186
5 Illyricum. 191
6 Punicum ſecundum. 194
7 Macedonicum primum. 240
8 Syriacum regis Antiochi. 246
9 Ætolicum. 254
10 Hiſtricum. 255
11 Gallogræcum. 257
12 Macedonicum ſecundum. 259
13 Illyricum. 266
14 Macedonicum tertium. 267
15 Punicum tertium. 269
16 Achaicum. 275
17 Res in Hiſpania geſtæ. 278
18 Bellum Numantinum. 285
19 Tranſitio. 291
20 Bellum Aſiaticum. 293

LIBRI III.

1 BEllum Jugurthinum. 296
2 Allobrogicum. 301
3 Cimbricum, Theutonicum ac Tigurinum. 303
4 Thracium. 312
5 Mithridaticum. 316
6 Piraticum. 330
7 Creticum. 335
8 Balearicum. 338
9 Expeditio in Cypron. 340
10 Bellum Gallicum. 342
11 Parthicum. 357
12 Anacephalæoſis. 361
13 Seditioſitas Tribuniciæ poteſtatis. 365
14 Seditio Tiberii Gracchi. 370
15 Caji Gracchi. 373
16 Appulejana. 375
17 Druſiana. 379
18 Bellum Sociale. 385
19 Servile. 390
20 Spartacium. 393
21 civile Marianum. 400
22 Sertorianum. 413
23 civile ſub Lepido. 417

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

LIBRI IV.

1 Bellum Catilinarium. 420
2 Cæſaris & Pompeji. 424
3 Cæſar Auguſtus. 459
4 Bellum Mutinenſe. 462
5 Peruſinum. 467
6 Triumviratus. 468
7 Bellum Caſſii & Bruti. 472
8 cum Sexto Pompejo. 478
9 Parthicum duce Ventidio. 480
10 Parthicum cum Antonio. 484
11 cum Antonio & Cleopatra. 488
12 Bella adverſus exteras gentes. 495

NOMINA EORUM,
Quorum
OBSERVATIONES ET NOTÆ
Hac epitome exhibentur.

Adonis chronicon.
Ælianus.
Agathias.
Agellius.
Albericus Gentilis.
Albertus Magnus.
Alciatus.
Alex. ab Alexandro.
Ammianus Marcellinus.
Antoninus.
Apocryphi libri.
Appianus.
Apulejus.
Ariſtoteles.
Arnobius.
Æſchyles.
Aſconius.
Athanaſii Metaphraſtes.
Athenæus.
Auctor de viris illuſtr.
Auguſtinus.
Auſonius.
Barclajus.
Bellonius.
Berneccerus.
Biblia S.
Blanckardus.
Boxhornius.
Briſſonius.
Brito.
Brunerus.
Camers.
Capitolinæ Tabb.
Capitolini triumphi, ſcriptores & Faſti.
Capitolinus.
Callimachus.
Caſaubonus.
Caſſiodorus.
Cato.
Cæſar.
Chariſius.
Choniates.
Cicero.
Claudianus.
Cluverius.
Codd. Mss.
Cognatus.
Contarenus.
Crantzius.
Crinitus.
Curtius.
Cuſpinianus.
Damaſcenus.

Diaco-

Diaconus.
Dio.
Diodorus.
Dionyſius Halicarnaſſæus.
Egeſippus.
Eraſmus.
Euſebius.
Euſtathius.
Eutropius.
Feneſtella.
Feſtus.
Firmicus.
Freinshemius.
Frontinus.
Galenus.
Gloſſæ Latinæ.
Godelevæus.
Goltzius.
Gothofredus.
Gratius Cynegeticus.
Grotius.
Gruterus.
Heinſius.
Helladius.
Henningea.
Herodianus.
Herodotus.
Hieronimus.
Hirtius.
Homerus.
Horatius.
Jordanes.
Joſephus.
Jovius.
Iſidorus.
Junius.
Juſtinianus.
Juſtinus.
Juſtinus Pater.
Juvenalis, & ejus Scholiaſtes.
Laberius.
Lactantius Firmianus.
Lampridius.
Lipſius.
Livius cum epit.
Lucianus.
Lucilius.
Lucretius.
Macrobius.
Manutius pater.
Martialis.
Mela.
Merula.
Mimus.
Morellus.
Munſterus.
Nonius Marcellus.
Numiſmata vetera.
Obſequens.
Onoſander.
Onuphrius Panvinius.
Oroſius.
Ovidius.
Pacatus.
Papinius.
Pauſanias.
Perottus.
Perſii interpres.
Petronius.
Philargyrus.
Phocylides.
Photius.
Piccardus.
Pighius.
Plautus.
Plinius uterque.
Plutarchus.
Polyænus.
Polybius.
Polydorus.
Pomponius Lætus.
Pontanus.
Porphynus.
Priſcianus.
Procopius.
Propertius.
Puteanus.
Reineſius.
Riicquius.
Rittershuſius.
Robertellus.
Roſa.

Rube-

Rubenius.
Rupertus.
Sabellicus.
Salmaſius.
Saluſtius.
Saxa vetera.
Saxo.
Scaliger.
Schottus.
Seneca.
Servius.
Sextus Ruffus.
Sextus Pompejus.
Sidonius Apollinaris.
Sigonius.
Silius.
Siſenna.
Solinus.
Spartianus.
Stadius.
Statius.
Stephanus.
Stewechius.
Strabo.
Suetonius.
Suidas.
Sulpitius Severus.
Tabb. Græcæ & Capitolinæ.
Tacitus.
Taubmannus.
Terentius.
Tertullianus.
Theopraſtus.
Thuanus.
Thucydides.
Tibullus.
Torrentius.
Trebellius Pollio.
Turnebus.
Valerius Maximus.
Varro.
Vegetius.
Vellejus.
Vinetus.
Virdungus.
Virgilius.
Vopiſcus.
Voſſius.
Welſerus.
Xenophon.
Xiphilinus.
Zevecorius.
Zonaras.
Zoſimus.

a L. An-

[a] L. ANNÆI FLORI [b] RERUM ROMANARUM LIBRI IV.

PROOEMIUM.

POpulus Romanus, à rege Romulo [c] in Cæſarem Auguſtum, [d] ſeptingentos per annos, [e] tantum operum [f] pace belloque geſſit, ut, ſi quis magnitudinem imperii cum

a LVcii Annæi Flori &c.] In Antiquioribus libris, teſte Salmaſio, varie nomen hoc legitur, ita tamen ut ſemper *Annæus* vocetur, niſi quod in aliquibus *Iulium* invenit Lipſius, quibus tamen fidem non habet. Julius Scotto citatur. *Freinſh.* & Seneca Lactantio Firmiano *lib.* 7. *c.* 15. Divinarum Inſtitutionum. Sed falſus fuit in nomine Annæi, cum id proprium fuerit Senecarum. Errant etiam qui hujus diſtributionis in ætates Senecam philoſophum authorem autumant. *Salmaſius.*

Illud videtur cognomen Flori, ſi alienum ſit, adjectum errore, quo multis idem cum epitomatore Livii noſter habetur. *Freinſh.* Trajani & Hadriani Impp. temporibus vixiſſe creditur. *Salmaſius* non obſcure colligit eundem hunc *Florum* fuiſſe, ad quem *Hadrianus* Imp. ſcribenti ſibi: *Ego nolo* Cæſar *eſſe*, &c. reſcripſit: *Ego nolo Florus eſſe*, &c. *Hermannides.*

b *Rerum Romanarum*] Quædam Exemplaria habent *Epitome Rerum Romanarum.* Epitome eſt conciſior laxioris operis & compendioſior narratio. Inter eos qui Epitomatores laudant, maxime autem hunc noſtrum, *Puteanus* eſt. *Hermannides.*

c *In Cæſarem*] *Alii uſque Cæſarem*, quod præferrem, niſi manuſcripti, quos Gruterus & Salmaſius vidêre, repugnarent: quibus etiam ſuffragatur non indiligens editio,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

cum annis conferat, g ætatem ultra putet. Ita late per

quæ decimo ſuperioris ſæculi anno prodiit. Ita loquitur noſter infra, in fine præfationis: *in ſæculum noſtrum. Freinsh.*

d *Septingentos*] Novem adjiciunt Eutropius lib. 7. in princ. & Faſti Conſulares (nam quod fere ſcriptores diverſi abeunt ab ætate illa conditæ Urbis dirigenda, quæ in Capitolinis tabulis habetur, ideò factum eſſe manifeſtum eſt, quod aliquando annos aliquot ipſi prætermittant, in quibus Dictatores ſine Coſs. magiſtratum geſſerunt, & quod ſolennes dies ineundo conſulatui inconſtanter & varia ab initio obſervati unius anni differentiam attulerint. *Stad.*) Decem Oroſios 6. 18. Vellei. 2. 65. 4. DCCIX. ab V. C. anno, Coſ. Auguſtum habet. Tacitus poſt DCCXX. urbis annum, ſolum Auguſtum imperaſſe, principio hiſtoriarum ſcribit. Dio princ. lib. 52. poſt DCCXXV. poſt Actiacam nempe victoriam, quam Panvinius ex Faſtis in viceſimum ſecundum ſupra DCC. refert, qui numerus duodecim annis, quibus cum Antonio Remp. tenuit, reciſis, idem cum Oroſiano fuerit. Dionyſius Halicarnaſſæus 1. 71. bellorum civilium finem in mediam Olympiad. 187. refert, cum Roma apud eundem 1. 71. & 74. & 2. 2. primo ſeptimæ Olymp. condita fuiſſet. Fuerint ergo anni DCCX. quos etiam ſubinnuere videtur Livius in præfat. Sed noſter maluit uti rotundiore numero, quod aliis etiam auctoribus familiare eſt, Livius 9. 18. *P. R. octingenteſimum annum bellare*, ſcribit. & apud Tacitum H. 4. 74. *octingentorum annorum fortuna diſciplinaq; compagem eam* (imperium Rom. dicit) *coaluiſſe* ait Petilius Cerialis. Ita Juſtinianus in l. 3. C. de V. I. Enucl. ab V. C. ad ſuum uſque imperium pene MCCC. (nam quod in Conſtit. ad Tribonian. §. 5. MCCCC. anni ſint, ſcribentis aut deſcribentis error eſt) annos elapſos ait. Ita etiam in enarrandis cladibus, ubi cæſorum numerus refertur, rara centenorum mentio eſt, ſed tot fere millia cæſa dicuntur. Sic infra cap. XII. *Cæſi apud Cremeram trecenti. Freinsh.*

e *Tantum operum*] Huc facit illud Virgilii 1. Æn. *Tantæ molis erat Romanam condere gentem!* Hermannides.

f *Pace belloque*] Ita *Strabo lib. 17. p. 839.* meminit, Romanos quæ Italiæ vicina ſunt, & ipſam Italiam non aliis artibus in ſuam redegiſſe poteſtatem, quàm διὰ τὸ πολεμεῖν, καὶ πολιτικῶς ἄρχειν ſicut verto, *Artibus belli & pacis.* Hermannid.

g *Ætatem ultra putet*] Hoc eſt, putet tantum operum tam brevi temporis ſpatio geri non potuiſſe. *Freinsh.* adeo ut *putare*, nihil hic aliud ſit, quam æſtimare. *Terentius* in Andria: Recte putas. *M. Tullius* in Epiſtolis ad *Cæſarem* lib. 2. Quod Sapientes homines & boni putant. *Lucilius* lib. XXIX. Perge amabo, ac, ſi potes, face dignam me ut vobis putem. Ex *Nonio Marcello Blanckardus.* Nam quod Stadius *putare* pro computare & numerum inire exponit, id quidem alias probum

per orbem terrarum arma circumtulit, ut, qui res ejus legunt, non unius populi, ſed [h] generis humani facta diſcant. Nam tot laboribus periculiſque jactatus eſt, ut, ad conſtituendum ejus imperium, contendiſſe [i] Virtus & Fortuna videantur. Quare quum præcipue hoc quoque, ſicut cætera, operæ pre-

bum eſt; ſed huic loco parum convenire videtur: nam hic non de inquirenda vel computanda ætate ſermo eſt; ſed jam inventa & computata cum rebus in ea geſtis comparatur. *Freinſh.* Ut autem Latini ætatem vocant humanæ vitæ ſpatium ſuis progreſſibus diſtinctum; ita ſeptingentos annos, quibus infantiam, adoleſcentiam, juventutem P. R. complectitur, ætatem vocat. *Stadius. Chriſt. Ad. Rupert.* legit: *Ejus ætatem ultra putet.* Sed hic Reip. Litterariæ ſalus non laborat. Per me licet fælices ſe exiſtiment, qui ſterilem lectionum diverſitatem curioſius notant; Ego hanc laureolam in muſtaceo non quæro. *Hermannides.*

h *Generis humani*] Ita magnitudine Romana totus prope orbis involvitur, ut ei nihil accidere poſſit, quin univerſos contingat. Sic infra 4. 3. *Cum Romanæ dominationis, id eſt humani generis, converſione.* Sic Suetonius Calig. 13. 1. *P. R. vel, ut ita dicam, hominum genus. Freinſh.* Solenne eſt Bonis Authoribus, per *Humanum genus*, intelligere *Orbem Romanum.* Huc facit nobile illud *Symmachi lib.* 1. *Epiſt.* ubi *Senatum Romanum* vocat. *Humani generis* partem nobiliorem. *Hermannides.*

i *Virtus & fortuna*] Tempore quo primis auſpiciis in mundanum fulgorem ſurgeret victura, dum erunt homines, Roma, ut augeretur ſublimibus incrementis fœdere pacis æternæ, *Virtus* convenit atque *Fortuna*, plerumque diſſidentes. Quarum ſi altera defuiſſet, ad perfectam non veniſſet ſummitatem. Hic populus, ab incunabulis primis, aduſq; pueritiæ tempus extremum, quod annis circumcluditur fere trecentis, circummurana pertulit bella: deinde, ætatem ingreſſus Adultam, poſt multiplices bellorum ærumnas, Alpes tranſcendit & fretum: in Juvenem erectus & Virum, ex omni plaga, quam orbis ambit, immenſos reportavit laureæ triumphos. Jamque vergens in Senium, & nomine ſolo aliquoties vincens, ad tranquilliora vitæ diſceſſit. Ex *Marcellini* lib. XIV. *Blanckardus.* Singula patent veritati. *Virtutis* exempla in Pop. Rom. tanta fuerunt, ut Chriſtianum Orbem in dedecus dare poſſint. *Polyb.* Romanis plus Virtutis, quam Fortunæ impertitur. *Fortunæ* non aliud majus exemplum fuit, quàm quod *Bello* contigit *Gallico*, cum Ducum negligentiâ, aut incuriâ Præſidiariorum Capitolio & Urbe capta, Anſer illum ſervaverit ſcopulum,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

precium ſit cognoſcere; tamen, quia [k] ipſa ſibi obſtat magnitudo, rerumque diverſitas aciem intentionis [l] abrumpit, [m] faciam quod ſolent, qui terrarum ſitus pingunt. In brevi quaſi tabella totam ejus imaginem amplectar, nonnihil, ut ſpero, ad admirationem principis populi collaturus, ſi pariter atque [n] inſimul univerſam magnitudinem ejus oſtendero.

pulum, qui reliquo Orbi Romano, ſolus de tot ſupererat terris. Unde *Vegetius*: *Mira*, inquit, *Fortuna! Viros qui univerſum Orbem erant miſſuri ſub jugum, una avis ſervavit*. Ex Rupert. *Hermannides*.

Tam ergo parum ſine fortuna Virtus effecerit, quam ſine virtute Fortuna. Senſit hoc *Brutus*, cum exclamaret apud noſtrum 4. 7. *non in re; ſed in verbo tantum eſſe virtutem*. Adeoque verbum eſt interdum idem, quod alibi dicit: *Vitam regit fortuna, non ſapientia*. Nam *ei, qui ad virtutem tendit, etiamſi multum proceſſit, opus eſt tamen aliqua fortunæ indulgentia*, ut inquit Seneca cap. 16. de vita beata. Hæc ergo ſæpiſſime Popul. Rom. juvit, erexit, reſtituit. Unicum Taciti locum Hiſtor. 3. 56. annotaſſe ſufficiat: *Affuit, ut ſæpe alias, fortuna P. R. Freinsh.*

k *Ipſa ſibi obſtat magnitudo*] Eadem magnitudo obfuit *Carthaginienſibus*, ut infra habet Author hic noſter *lib. 2. cap. 2.* Nec non *Xerxi* non credenti Demarato, qui Regi multitudinem ſuorum obfuturam prædixerat. Orationis *Demarati* epitomen expreſſit *Senec.* cap. 31. lib. 4. *de Benefic. Ipſam illam, qua ſibi placeret, multitudinem, indigeſtam & gravem, metuendam eſſe ducenti: immodica nunquam regi poſſe; nec diu durare, quidquid regi non poteſt.* Nam, ut idem Seneca ait, lib. de Vit. Beat. cap. 13. *Non eſt bonum, quod magnitudine laborat ſua.* Nam *quidquid aptam moderationem ſupergreditur, oneri potius, quam uſui exuberat.* Apul. in Apolog. *Hermannides.*

l *Abrumpit*] Sunt qui *obrumpit* lectum volunt; ſed hoc Latini ſermonis uſus ferre non poteſt. Accedit quod de littera Criticis bellum hic eſt, non de ipſo Romano Imperio, cujus inde ſalus neutiquam laborat. *Hermannides.*

m *Faciam qui ſolent, qui terrarum ſitus pingunt*] Simili utitur narratione *Auſonius* in ſua Gratiarum Actione: *Placet ſignanter & breviter omnia, quæ novimus, indicare, nec perſequi; ut qui terrarum Orbem unius ambitu tabulæ circumſcribunt, aliquanto detrimento magnitudinis, non veritatis ullo.* Chriſti. ad. Rupert.

n *Inſimul*] Pro *junctim*. Ita *Statius* Silv. 1. 6. *Et gentes aliis inſimul togatas.* Veteres autem duplicibus vocabulis, aliquando pro ſimplicibus utuntur, ut hic, *inſimul* pro ſimul:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

dero. Si quis ergo populum Romanum, o quaſi hominem, conſideret, totamque ejus ætatem percenſeat, ut cœperit, utque adoleverit, ut quaſi ad quendam juventæ florem pervenerit, & ut poſtea velut conſenuerit, quatuor gradus proceſſusque ejus inveniet. p Prima ætas ſub regibus fuit, prope q ducentos quinquaginta per annos, quibus r circum

mul: ſic *inſemet* pro ſemet. *Inſimul* libro 2. cap. XX. à Floro uſurpatur: *Populus R. incognita quadam felicitate: relictæ regiis hæreditatibus opes: & tota* inſimul *regna veniebant. Blanckardus.* Pontanus legit *in ſemet.* Huic lectioni refragantur magis impreſſi ſæpius libri; quam genuinus Orationis ſtylus, aut Romana dicendi facundia. *Hermannides.*

o *Quaſi hominem*] Nam ſicut homines, ita civitates quoque & urbes naſcuntur, creſcunt, moriuntur. *Freinsh.* Et ut homo, qui animalium ſolus rationis & cogitationis particeps eſt, cæteris omnibus præfertur animalibus; ita Roman. Imp. cæterarum gentium imperia atque reſp. excelluit dignitate. *Camer.* Eadem figura Plinius 3. 5. *morientis Caſilini reliquias* dicit. Cicero 5.14. de finib. pari ſimilitudine utitur. *Earum*, inquit, *etiam rerum, quas terra gignit, educatio quædam & perfectio eſt, non diſſimilis animantium. Itaque & vivere vitem, & mori dicimus; arboremque & novellam, & vetulam, & vigere & ſeneſcere. Freinsh.*

p *Prima ætas ſub Regibus fuit*] Hanc antiquiſſimam fuiſſe imperandi conſuetudinem, meminit *Ariſt. lib. 3. Polit. cap.* 10. & 11. Et ex eo fortaſſe *Iuſtin.* in princip. lib. 1. *Principio rerum, gentium omnium nationumque, imperium penes Reges fuit.* Hermannides.

q *Ducentos quinquaginta per annos*] *Florus* hoc in loco minus accuratus eſt. Qui exactius computaverunt, à Roma condita ad libertatem, annos CC. & XLIV. numerant. Inde ad *Appium Claudium Caudicem & Marcum Fulvium Flaccum Coss.* invenerunt annos CC. & XLVI. Hinc ad annum Urbis ſeptingenteſimum & vigeſimum tertium, erunt anni CC. & XXXIII. Cui Urbis anno ſi addideris CC. quos hic numerat ab *Auguſto* in ſuum ſæculum, fient anni Urbis nongenti & viginti tres. *Vinet.* Scribit *Liv.* in fine lib. 1. & *Halicarnaſſæus* in Principio quarti, regnatum Romæ ab V. C. ad Liberatam annos CCXLI. Quod autem veteres quidam annum ſubducant, in cauſa eſt, quod nonnulli reges, ſupra integros annos, menſes & dies aliquot regnarint, illasque anni partes, quæ collectæ annum explerent, ut contemnendas ipſi prætererierint. *Florus* ergo adjicit [*prope*] ut ſexennium

r circum ipſam matrem ſuam cum finitimis luctatus eſt. Hæc erit ejus Infantia. Sequens à Bruto Collatinoque conſulibus, in ſ Appium Claudium, Marcum Fulvium conſules, t ducentos quinquaginta annos u patet: quibus Italiam ſubegit. x hoc fuit tempus viris armiſque incitatiſſimum: y ideo quis Adoleſcentiam dixerit. Dehinc ad Cæſarem Auguſtum z ducenti anni, quibus totum orbem pacavit. hic jam ipſa Juventa imperii, & quaſi quædam robu-

deeſſe admoneret. *Stadius.*

r *Circum ipſam matrem ſuam cum finitimis*] Hos *Circummuranos* dixit *Marcellinus* lib. 21. mihi p. 196. Timebat eum periculis objectare *circummuranis*, firmitatem mœnium munimenti, defenſorumque alacritatem expertus. *Ex Marcellino* Hermannides.

ſ *Appium Claudium, M. Fulvium Coss.*] Intelligit non *Appium Claudium Cæcum*, de quo infra cap. 18. Sed eum cui cognomen CAUDEX, de quo c. 2. lib. 2. *Camers.* Non dubitavi autem pro *Quincto Fulvio* ſubſtituere *Marcum*, fretus authoritate faſtorum Capitolinorum. *Blanckardus.*

t *Ducentos quinquaginta annos*] Adeo non diſplicet Stadii & Salmaſii conjectura, qui CCL. hic, & infra CC. legunt, ut etiam in textum recipere auſus ſim, quam & noſter firmare videtur, infra. 2. 1. *Freinsh.*

u *Patet*] *Patêre* dicitur ætas, h. e. *habere tot annos, per tot annos extendi:* ita, patet tempus, *Seneca Conſol. ad Marciam c.* 24. h. e. *extenditur, porrigitur* &c. *Freinsh.*

x *Hoc fuit tempus viris*] Intelligit gentem Valeriam, Poſtumiam, Papiriam, Quinctiam, Furiam, Corneliam, Fabiam, Curiam, Fabriciam, quæ, à Regibus exactis uſque ad Italiam edomitam, magna & illuſtria abſtinentiæ, modeſtiæ, fortitudinis & virtutis Romanæ documenta præbuit. *Stad.*

y *Ideo quis Adoleſcentiam dixerit*] Impetum notat primum optati honoris. Notavit id Cominæus lib. 1. cap. 10. *Quicunque mortalium ad ſumma aliqua faſtigia aſcenderint, resque inſignes geſſerint; ſummâ adoleſcentiâ eas aggreſſos eſſe.* Et Cic. pro Cælio: *Non loquor de Sapientia, quæ non cadit in hanc ætatem. De impetu animi loquor, de cupiditate vincendi, de ardore mentis ad gloriam &c.* Herman.

z *Ducenti anni*] Si numerum volumus eadem ratione cum mox ſequenti rotundum, qua binæ ætates præcedentes inter ſe conſentiant, ſcribendum & hic erit CC. Atque ita ducenti, cum bis CCL. h. e. quingentis conjuncti ſeptingentos ab V. C. ad *Auguſtum* annos ſunt collecturi, ut ratiocinium *Flori* expleatur. *Idem.*

a *In*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

robuſta maturitas. A Cæſare Auguſto [a] in ſæculum noſtrum haud multo minus [b] anni ducenti: quibus [c] inertia Cæſarum quaſi [d] conſenuit atque [e] decoxit;

a *In ſæculum noſtrum*] Satis perplexe. Cum enim ad *Auguſti* conſulatum ab V. C. computaverit DCC. annos, altera, & iſta quam recenſet ducentorum annorum, ætate adjecta, colligimus nongentos annos, producimuſque P.R. ſenium ad *Hadriani* uſque Cæſaris exceſſum: cum tamen *Trajani* XIII. Romanorum Imperatoris virtute, imperium Meridiem & Septentrionem, Orientemque verſus latiſſime productum ſit, quod, ut *Florus* ſubjudicat, ita cæteri conſtantiſſime tuentur. Sed ſub *Hadriano* adſeverent imperium non eſſe amplificatum. Quare, ſi *Flori* rationem ſubduxerimus, à conſulatu *Auguſti* uſque ad *Trajani* mortem, colligemus annos CXXC. Atque ita *Florus* XX. annorum ſpatium in his verbis [*non multo minus*] incluſiſſe videtur. *Idem.*

b *Anni ducenti*] Secundum computationem Euſebii, ad initio imperii Auguſti, uſque ad finem Trajani, ſunt fere anni CLXXVIII. & menſes VI. *Camers.* Tacitus G. 37. 4. ab V. C. ad alterum Trajani conſulatum DCCCI. annos colligit. *Salmaſius* autem putat Florum ſub Hadriano vixiſſe, & per *ſæculum* iſtud *ſuum* Hadriani tempora intelligere: quapropter etiam mox *movit*, non *movet lacertos* legendum ait, *Freinshemius.*

c *Inertia Cæſarum quaſi conſenuit*] Cæſares curam Imperii abjiciebant, partim ne à voluptatibus ſuis avocarentur, partim quia ſubditos imbelles eſſe malebant. *Zevecot.*

d *Conſenuit*] Ætates eſſe Rerumpub. Converſiones nemo dubitat. At certum cujusvis interitus definire ſpatium, inanis labor eſt & inutilis. Docent Hiſtoriæ ſeptingentos aliquando annos Regnis attuliſſe periodos. *Peucer. lib. de Divinat. p.* 21. Monent item earundum monumenta Centeſimas item periodos Rebusp. fatales fuiſſe. *Idem in Orat. de Miraculoſa ſtella.* Prima antiquitate reperimus Regna & potentiores Reſp. 500. annis plerumque floruiſſe *Ioh. Bodin. lib.* 4. *de Rep. cap.* 2. Sunt & non pauca, quæ dimidium tantum periodi quingentorum annorum exegerunt, annisque ſolum ducentis & quinquaginta floruerunt. *Greg. Richt. in Axiom. Polit.* Nihil eo certius quod apud Herodot. Cræſus ad Cyrum: *Humanarum rerum*, inquit, *circus eſt: qui rotatus ſemper eoſdem fortunatos eſſe non ſinit.* Cauſam addit *Strig.* 2. *Paral.* 6. quod *Degeneres poſteri & præſtantioribus orti, evertant Reſp. paulatim uſque ad Periodum.* Herman.

e *Decoxit*] Activum pro Paſſivo, pro *decoctum eſt.* Uſitata multis Authoribus Oratio. Vox ipſa in elegantiæ etiam uſu. Ita Seneca Epiſt. 81. *Fæneratorem non fugat à foro decocto. Hermannides.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

coxit; [f] niſi quod ſub Trajano principe movet lacertos, &, præter ſpem omnium, ſenectus imperii, [g] quaſi reddita juventute, revireſcit.

LIBER PRIMUS.

CAP. I.

De Romulo primo Romanorum Rege.

PRimus ille, & [a] Urbis & Imperii conditor, [b] Romulus fuit; [c] Marte genitus & [d] Rhea

f *Niſi quod ſub Trajano Principe movet lacertos*] Particula *movet* confirmat fidem, quæ Florum ſub Trajano opus hoc ſcripſiſſe credit, contra Opinionem Cl. Salmaſii, qui, pro præſentè, poſuit præteritum *movit*; quod uſus Latinitatis ferre non poteſt, ob ſubſequens verbi præſens, *revireſcit*. Herman.

g *Quaſi redditâ juventute, revireſcit*] Hinc licet patere, quanto Bono natus videri poſſit *Trajanus* Imperator, tanquam *in remedium magnorum malorum divinitus datum*, ut ait *Aurelius Victor*. Prædixerat hanc *temporum felicitatem* Cornix, quæ in hæc effuſa verba, ἔσται πάντα καλῶς, non obſcure ſubinnuit *conſeneſcentem & decoctam*, quaſi Remp. Romanam. Teſtantur idem & prodigia tunc facta, quorum mentionem facit *Xiphilinus*, cum inquit; *Prodigia acciderunt, multa tonitrua atque fulgura*. Vide ſis apud eundem reliqua. *Hermannides*.

HIſtoriam Romuli, præter noſtrum, invenies apud Livium 1. Juſt. 43. Solin. in princ. Victor. cap. 2. de viris illuſtr. Sex. Ruffum de vita regia. Eutrop. 1. 4. Oroſ. 2. 5. Plutarch. Dionyſ. Halicarn. 1. & 2. Valer. Max. 3. 2. & 5. 3. Plin. 8. 17. 14. 12. 15. 18. & 29. 16. 45. 18. 2. 34. 6. Auguſt. de Civ. Dei 2. 17. 3. 15. Lactan. 1. 20. & 2. 7. Virg. Æn. 8. 635. Ovid. 3. & 4. Faſtorum & 14. Metamorph. Horatium 3. 3. Carm. Propert. lib. 4. *Camers.*

a *Vrbis & Imperii Conditor.*] Diſcrimen eſt inter initium *Vrbis* & *Imperii*. Nam quamvis *Dionyſ. Halicarnaſ. lib. 1. cap. 3.* ſcribat, *cum ipſa Vrbe Roma Imperium cepiſſe*, raro tamen initium eſt utriusque ſimul. ſiquidem Imperium tum demum Urbs habere dicitur, cum non juris tantum ſui eſt; ſed & poteſtatem habet ſuis auſpiciis bella gerendi. Fit etiam nonnunquam, ut 1. *Vrbis idem ſit, finis & Imperii*, ut accidit Trojanis & Carthaginenſibus;

d Rhea Silvia. Hoc de ſe e ſacerdos gravida con-
feſſa

bus, item devictis à Tito Hieroſolymitanis. 2. *Vrbs maneat non Imperium*, cujus exemplum eſt in Hieroſolymis à Pompejo captis. 3. *Vrbe deleta imperium maneat, aliò tranſlatum*, quod contigit Jeſolo, Heracleæ & Medauco, veteris Italiæ civitatibus. Urbibus enim his ſublatis imperium fuit tranſlatum *Rivallum* Voſſ. in Arte Hiſtorica cap. 16. Ex Rupert. *Hermannides.*

b *Romulus*] *Romulum* & *Remum* à virtute, hoc eſt, robore appellatos fuiſſe, putat *Feſtus*: Nec immeritò, ſi obſervemus Ῥώμην latinis *Valentiam* eſſe. nam ἐῤῥῶσθαι eſt valere. Gloſſæ: Ῥώμη, *Valentia.* ita vocarunt *robur* corporis, quod & ipſum ex eadem origine venit, nam ῥώμος & ῥώμη, ἀπὸ τοῦ ῥώεσθαι. Æolicum ῥῶμορ & ῥῶβερ. Inde latinum *robur.* Hinc etiam dicti Ῥῶμος, Ῥωμύλος. ῥῶμος enim vir fortis, ut μῶμος irriſio dicitur, & qui irridet. Sic Ῥῶμος & fortitudo vir fortis. *Salmaſius. Romulum* alii deducunt à ruma, hoc eſt, mamma.

c *Marte*] propter authoritatem, quæ regnorum fulcrum eſt & ſalutis tutela. Ideo, ut eam ſibi pararent, multi olim principes cæleſtem originem finxerunt. Unde ne ſucceſſibus deeſſet authoritas Amazonum reginæ *Martheſia* & *Lampeto* Marte ſe genitas prædicarunt. Juſtinus l. 2. c. 4. *Zevecotius.*

d *Rhea Silvia*] Quidam *Serviam* appellant, *Ælianus* var. Hiſt. lib. 7. c. 16. quidam *Iliam.* ſic ſcholiaſtes *Iuvenal.* ad Sat. 9. *Calendis Martiis quibus Iunonis ſacra celebrantur à Romanis, quia tunc Ilia compreſſa eſt à Marte, nam tunc Matronalia ſunt.* Blanckardus. Fuit Veſtalis virgo, *Numitoris* Albani regis filia. *Amulius* frater minor *Numitorem* primogenitum & ſucceſſorum legitimum per vim regno depulerat, ejuſque filium, ne qua ſpes hæredis aut ultoris futuri ſupereſſet, in venatione percuſſit; filiam ad Veſtale ſacerdotium ceperat. Sed poſtquam furtivo concubitu gravidam deprehendit, eam cuſtodia ſepſit, ut partus enecaretur: ipſa quidem peperit gemellos, qui, *Amulii* imperio, in profluentem projecti, beneficio *Fauſtuli* paſtoris Regii collecti ſervati ſunt & educati: ipſa à partu liberata & ſtupri rea patrui juſſu, viva defoditur, &c. *Stad. Ælian. lib.* 7. *Var. Hiſt. cap.* 16. ſcribit Σέρβιαν; ſed *Bongarſ.* ad *lib.* 43. *Iuſtini cap.* 2. putat fuiſſe Σιλβίαν. Nec minus memorabile eſt, quod notavit *Salmaſius* ad hunc locum, Nomen *Rheæ Silviæ* non uſpiam alias occurrere apud bonos Authores; ſuſpicatur tamen, ad *Cap.* 1. *Solini*, eandem fuiſſe σερβηλίαν in στηλοπινακίοις Cyſini templi, quod Attali & Eumenis matri dedicatum fuit. Ex Ruper. *Hermannides.*

e *Sacerdos*] *Amulius* ejecto è Regno *Numitore* fratre, exinde, quod legitimum hæredem ſexum ex nepte metueret virilem, *Rheam Silviam* perpetuæ damnavit Virginitati: &, ne malitiæ deeſſet honos, eandem Sacerdotis titulo ſacravit. Liv. l. 1. c. 4. *Hermannides.*

A 5 Non

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

feſſa eſt: [f] nec mox fama dubitavit, quum Amulii imperio abjectus in profluentem cum Remo fratre, non potuit extingui. Siquidem & Tiberinus amnem repreſſit: & relictis catulis lupa [g] ſequuta vagitum, [h] uber admovit infantibus, matremque ſe geſſit. Sic repertos apud [i] arborem, regis paſtor tulit in caſam, atque educavit. [k] Alba tunc erat Latio

Non deeſt exemplum apud Lacedæmonios. Vid. *Diod. Siculum* in Exc. Peir. p. 224. Hac etiamnum arte ludunt, qui, ſpe potiundorum bonorum, proximos hæredes in monaſteria ablegant. Ex Zevecotio & Rup. *Hermannides*.

f *Nec mox fama dubitavit*] Huc referri poſſunt illa *Soſthenis* ad *Leucippen* apud *Achillem Tatium*, quæ *Therſandri* nuptias faſtidiebat. *Eumne virum piratam exiſtimas, quem adeo diligunt Dii, ut ex ipſis mortis faucibus eripuerint? Atque ſumpta hinc dicendi occaſione, naufragium recenſuit, Divina ope factum, inquiens, quod evaſerit.* Non diſſimilia ſunt, quæ de *Arionis Delphine* Poëtæ fabulantur. Ex *Rupert.* Hermann.

g *Sequuta vagitum*] Utrum vera lupa fuerit Romuli nutrix, diſſentiunt auctores. Affirmant Plutarch. cap. 65. Parall. Virg. Æn. 1. 276. Cicer. de Divin. 2. 20. Naſo 3. 53. Faſt. ſed & Plinius 8. 17. & 15. 18. Juſtin. 43. 2. 6. qui ſimilia recenſet de Cyro 1. 4. 10. de Hierone 23. 4. 7. de Habide 44. 3. 5. Contra Livius 1. 4. 8. diverſam opinionem refett, quam omnino amplectitur Lactantius lib. 1. c. 20. Eutrop. l. 13. in fin. *Freinſhemius*, & merito: Nam quia turpe eſſe id fateri exiſtimarunt Romani, beſtiæ potius quã homini hôc voluerunt adſcribere. Sic olim Athenis meretrix quædam *Leæna* nomine Tyrannum occidit, quam cum ſtatua dignam judicaret Magiſtratus, & meretricis effigiem ponere puderet, cognominis belluæ imaginem dedicavit. *Zevecotius*.

h *Vber admovit infantibus*] *Plutarchus* in *Romulo*, ſuſpectam habet fabulam. In fabulis & hiſtoriis multa reperimus ſimilia. Fieri tamen plerumque ſolet, ut quo magis impedire homines progreſſus eorum nituntur, quos cæleſtis Providentia magnis deſtinavit Imperiis; eo feliciorem ipſis ad præfixam divinitus metam, perveniendi viam efficiant. *Leunclavius lib. 1. Hiſt. Muſulmannicæ.* Herman.

i *Arborem*] Ficum nempe, ſub qua mammas dederat infantibus lupa, quæ Ruminalis eſt appellata ex argumento, nempe à ruma, (*rumen* appellat Plin. 15. 18.) quod eſt mamma. Feſtus, & Plutarch. quæſt. Rom. 53. Livius 1. 4. *l. Romularem vocatam ferunt*, ut ita à Romulo nomen acceperit. meminit ejus Tacitus extremo Annalium XIII. *Freinſhemius*.

k *Al-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

Latio caput, Juli opus. [l] nam Lavinium patris Æneæ contempſerat. [m] Ab his Amulius jam bis ſeptima ſobole regnabat, fratre pulſo Numitore, cujus ex filia Romulus. Igitur ſtatim prima juventæ face, patruum Amulium ab arce deturbat, avum reponit: Ipſe fluminis amator, & montium, apud quos erat educatus, mœnia novæ urbis agitabat. Gemini erant: uter auſpicaretur, & regeret, adhibuere [n] piacula. Remus montem [o] Aventinum, hic

k *Alba*] Urbs eſt in *Latio* ab *Aſcanio Æneæ* filio condita. Appellatur *Longa*, ab ſitu porrectæ in dorſo urbis, *Livius*. Sunt & fluvii & plurimæ civitates eodem prænomine gaudentes. *N. B.*

l *Nam Lavinium patris*] Lavinium deſeruit in odium Novercæ, Unde *Iuvenalis Satyr.* 12.

Atque Novercali ſedes prælata Lavino.

Agrippina qualis fuerit in *Britannicum* privignum monet *Tacit. Annal.* 12. *cap.* 26. Ex Rup. *Herman.*

m *Ab his Amulius*] Hiſtoriam de Fauſtulo ad Amulium abducto. *Nicolaus Damaſcenus in Exc. Peir.* de Bello p. 463. & ſeq. deſcripſit ex *Dion. Halicarnaſſæo.* Ex. eod. *Hermannides.*

n *Piacula*] Quid ſibi velit hæc vox, eo excuſatius ignoro, quod & *Stadio*, & ipſi *Salmaſio*, peregrina videtur. de re nulli dubium; ſed quod in hujus locum verbum ſubſtitui oporteat, ambigitur. Ego, cum in Jordanis libris reperiatur, *adhibere placuit deos*, nec ab ea ſententia, nec à noſtræ lectionis veſtigiis longe abiturum puto, ſi hic reſcribatur: *adhibuere oracula. Oracula enim ex eo ipſo appellata ſunt, quod ineſt in his Deorum oratio*, ſecundum Ciceronem in Topicis cap. 20. Eadem igitur loquendi figura fuerit, adhibere deos, & adhibere oracula, h. e. orationem deorum. Cur autem deos adhibuerint, ratio in præcedentibus verbis eſt, *gemini erant*, & ita nulla ætatis prærogativa, quam in tali caſu obſervari gentium juris eſt. Quanquam enim per naturam ſimul edi non poſſint, ſed ut alter antecedat neceſſe ſit: tamen interdum ita ambigua ea res eſt, *ut nec judiciali ſubtilitate exquiri poſſit* l. 10. §. 1. de reb. dub. quod multo magis hic accidiſſe oportet, ubi partu, remotis arbitris, edito, mater, quæ ſola ſcire poterat, jampridem vita conceſſerat. *Freinsh.*

o *Aventinum*] Ab hac hiſtoria, loco in ſummo Aventino, ubi res ea geſta eſt, *Remoria* nomen manſit, teſte Feſto in *Remurinus*, *Remonium* appellat Plut. Romulo cap. 13. &c. 15. *Remoniam*, quod alteri præfero. *Idem.*

p Pa-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

hic p Palatinum occupat. Prior ille ſex vultures, hic poſtea, ſed duodecim videt. Sic victor augurio q urbem excitat, plenus ſpei, bellatricem fore. ita illi aſſuetæ ſanguine & præda aves pollicebantur. Ad tutelam novæ urbis ſufficere vallum videbatur: cujus dum irridet anguſtias Remus, idque r increpat ſaltu; dubium an juſſu fratris, occiſus eſt. ſ Prima certe victima fuit; munitionemque urbis novæ, ſanguine ſuo conſecravit. t Imaginem urbis magis quam urbem fecerat: incolæ deerant. Erat in proximo u lucus: hunc x Aſylum facit:

p *Palatinum*] Cauſa quare *Romulus* in hoc monte conſtituerit Imperii ac dominationis ſedem, hæc eſt, quod cum expoſitus eſſet una cum fratre Remo, hic educatus fuerit, adeoque quandam præbuerit vitæ incolumitatem. Accedit quod in hoc loco vultures ipſi addixerant regnum. *Blanckardus.*

q *Vrbem*] Condi cœpta eſt Urbs à *Romulo.* Ex A. D. XII. Kal. Maji. die, ipſis Palilibus, ſive paſtorum Deæ *Pali* Sacro, hora intra tertiam & quartam. Fuit is annus poſt captam *Trojam* CDXXXII. Ante *Chriſtum* natum DCCL. & diebus CXXCV. Sed variant vehementer Chronologi. *Stadius.*

r *Increpat ſaltu*] Cum vallum, ut nimis auguſtum, irrideret Remus, ἅμα ἔπος, ἅμα ἔργον, ſaltu etiam tranſilivit, ſimul increpans, & quaſi re ipſa demonſtrans eas valli anguſtias, ut etiam levi ſaltu tranſiliri poſſent. Hæc mens verborum iſtorum. *Salmaſ.*

ſ *Prima certe Victima fuit*] Nimis vero eſt, *Ipſa naturæ vincula dominandi perverſa cupidine diſſolvi. Hoſtes facti, qui fratres erant. Nihilq; profuit eodem ſanguine concretos eſſe, in iiſdem viſceribus, priusquam naſcerentur, veluti domo habitaſſe.* Rupertus ex Puteano. *Hermannides.*

t *Imaginem urbis magis*] Tria hic ſimul conſidera: Locum, Populum & ipſam gubernandi Formam. *Hermannides.*

u *Lucus*] Lucos ac nemora veteres conſecrabant, Deorumque nominibus arbores appellabant, *Tac. in Germ.* Sic & *Plin.* l. XII. I. Arbores fuêre numinum templa, priſcoque ritu ſimplicia rura etiam nunc præcellentem arborem Deo dicant, nec magis auro fulgentia, & ebore ſimulachra, quam lucos & in ipſis ſilentia ipſa adoramus. *Hæc ille.* Ad has arbores hoſtias humanas, quæ plerumque alienigenæ, immolari conſueverunt. Hoſce lucos violare vel ſubvertere, nefas erat & capitale. *Blanckard.*

x *Aſy-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

facit: y & ſtatim mira vis hominum, z Latini, Tuſcique paſtores: quidam etiam transmarini; Phryges, qui ſub Ænea; Arcades, qui ſub Euandro duce influxerant. Ita ex variis quaſi elementis congregavit corpus unum; a populumque Romanum ipſe fecit. Res erat unius ætatis; populus virorum. Itaque matrimonia à finitimis petita: quia non impetrabantur, manu capta ſunt. Simulatis quippe b ludis equeſtribus, virgines, quæ ad ſpectaculum vene-

x *Aſylum*] De Romuli Aſylo nota res ex Livio, 1. 8. 6. Dionyſio 2.15. & aliis. Juvenalis in falſos nobiles, in fine Sat. 8.

Et tamen ut longe repetas, longeque revolvas
Nomen, ab infami gentem deducis aſylo. Freinsh.

Aſylorum uſum, ſive abuſum potius, à Romanis mutuaſſe *Chriſtianos*, qui facinoroſis promiſcuè immunitatem concedunt in templa & ad aras confugientibus. *Romulus* autem *Cadmum*, *Thebanum* æmulatus eſt. Quæ enim *Iudæi* habuerunt aſyla, quorum in literis ſacris mentio, perfugio tantum fuerunt iis, qui delicta non voluntaria commiſerant. vide Deuteron. IV. *Pontanus*. Ex Aſylis aliquem abripere nefas erat: ita ut neque dominis ſervos, neque nexum æris alieni cauſa creditori, neque homicidas magiſtratui dedere liceret. *Stad.*

y *Et ſtatim mira vis hominum*] Vir maximus & immortalitate dignus, qui homines Magiſtratibus ſuis contumaces & Errones in Legum redegit obſequium. *Rupertus.*

z *Latini*] Populi Italiæ in Latio, de quibus *Salluſtius*: Primò Italiam tenuiſſe quoſdam, qui appellabantur Aborigines: hos, poſtea adventu Æneæ Phrygiis junctos, Latinos uno nomine nuncupatos. *Tuſci* autem ex Tuſcia ſive Tuſcana, à ſacrificiis ita appellata regione, originem habent. *Phryges* populi ſunt è Thracia oriundi, quos Joſephus ait Thygrammanes vocari. Silio autem Creni dicuntur. *Æneas* annis CDXXXII antè V. C. in Italiam venit. *Arcades*, vero, qui ex Peloponneſi intima regione oriundi, V. C. annis DXC. hic ſedem quæſivere. *Blanck.*

a *Populumque Romanum ipſe fecit*] Notatur hoc & ab *Ennio*, qui ita:

—— O Romule, Romule, dic ô:
Qualem TE Patriæ Cuſtodem Dî genuerunt?
Tu produxiſti nos intra luminis oras,
O pater! ô genitor, ô ſanguen, Dîs oriundum!

Ex Rupert. *Herman.*

b *Ludis equeſtribus*] Conſualia intelligit, Neptuno equeſtri dedicata, qui Conſus dictus. Raptæ vir-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

venerant, [c] præda fuere. Et hæc ſtatim cauſa bellorum. Pulſi fugatique Vejenres. [d] Cæninenſium captum ac dirutum eſt oppidum. Spolia inſuper opima de rege, [e] Feretrio Jovi manibus ſuis rex reportavit. Sabinis proditæ portæ [f] per virginem: nec dolo; ſed puella [g] precium rei, quam gerebant

virgines an. V. C. quarto, die XV. Kal. Septembr. *Stadius.*

c *Præda fuere*] Numerus raptarum apud Dionyſ. 2. 31. eſt DCLXXXIII. apud Plutar. Romul. c. 22. totidem raptas Juba ſcribit. Valerius Antias DXXVII. alii XXX. tantum. Salmaſius hoc loco legit: *præda fuere, & ſtatim cauſa bellorum.* eleganter certe: & ita Gruterus in duobus Palatinis ſuis legi atteſtatur. *Freinsh.*

d *Cæninenſium*] *Cæninenſes* quam *Cenienſes* dicuntur melius. caput ipſorum Cænina, à qua Cæninenſes. fruſtra ſunt illi, qui apud Solinum reponunt *Cænitenſes* ex Stephano, qui καινίτας vocat. Stephanus, καινίνη πόλις Σαβίνων &c. τὸ ἐθνικὸν καινίται, legendum καινίνη, καινινίτης. igitur illi falſi ſunt. *Salmaſ.*

e *Feretrio Iovi*] Servius ad illud Æn. 6. 859. *Lege Numæ prima opima ſpolia Iovi Feretrio debere ſuſpendi, Secunda Marti* (belli præſidi, cujus templum extra urbem) *Tertia Quirino* (i. e. Marti, qui præeſt paci) ſed Plutarchus qui idem narrat in Marcello cap. 11. quod Servius, & plura addit, obtinuiſſe ait, ut omnia Jovi Feretrio ſpolia ſuſpenſa credantur. Feretrium autem varias ob cauſas dictum putat. *Romulus*, qui ab Acrone Ceninenſium rege ad dimicandum provocatus, quanquam & numero, & fortitudine militum ſuperiorem ſe crederet, tutiuſque eſſet roto cum exercitu, quam ſolum in aciem deſcendere; ſua tamen potiſſimum dextera, omen victoriæ, rapuit: nec incepto ejus fortuna defuit. Occiſo enim Acrone, fuſiſque hoſtibus, opima de eo ſpolia Jovi Feretrio retulit. Hactenus iſtud. quia publica religione conſecrata virtus, nulla privata laudatione indiget. *Val. Max.* Mihi ea opinio, qua à ferendo deducitur, magis placet, apud Livium 1. 10. *Hæc tibi victor Romulus Rex Regia arma fero.*

f *Per virginem*] Tarpeiam intelligit Capitolio præfecti filiam. Hæc creditur Sabinorum ſcutis obruta eſſe: quia dicitur pacta ab hoſtibus, quod illi ſiniſtra gererent, nempè ſcuta, ea ſpe ut illos exarmaret, nudatoſque ſcutis jam Romanis feriendos traderet. *Stadius.*

g *Pretium rei, quam &c.*] Ita magno conſenſu vetuſtiores edd. aliæ *quæ*, ſed illud *quam* pendet adhuc ex præcedente voce *rei*, quæ duplicem hic ſignificationem complectitur, *pretium rei*, h. e. proditionis,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

bant in ſiniſtris, petierat. dubium clipeos, an armillas. Illi ut & fidem ſolverent, & ulciſcerentur, clipeis obruere. Ita admiſſis intra mœnia hoſtibus, atrox in ipſo [h] foro pugna, adeo ut Romulus Jovem oraret, *ut fœdam ſuorum fugam ſiſteret.* Hinc [i] templum & [k] Stator Jupiter. Tandem ſævientibus intervenere raptæ laceris comis. Sic pax facta cum Tatio, [l] fœdusque percuſſum: ſecutaque res mira dictu, ut, relictis ſedibus ſuis, [m] novam in urbem hoſtes demigrarent, & cum generis ſuis avitas opes pro dote ſociarent. Auctis brevi viribus, hunc Rex ſapien-

tionis, & rem *quam gerebant in ſiniſtris:* nec exemplo caret, ut una vox duobus ſenſibus ſerviat. *Freinsh.*

h *Foro*] Duo colles erant, Palatium & Capitolium. In Palatio erat Roma: in Capitolio poſita arx Tarpeia, quæ firmo præſidio arceret hoſtes ab Urbe: ad quam Urbem illac tranſire neceſſe erat. Ergò arce tradita, ad mœnia uſque acceſſerunt. fuitque atrox pugna, egreſſo Urbe Romulo cum ſuis, in ipſo Urbis aditu, ad veterem portam Palatii, ubi poſtea Romanum forum fuit, quum creviſſet Urbs. *Vinetus.*

i *Templum*] Situm fuit in Palatii radice. Alii putant delubrum fuiſſe in Circo Flaminio ædificatum. Hic aliquando Senatusconſulta habebantur. *Blanckardus.*

k *Stator Iupiter.*] Præter ea quæ ſupra dicti ſcribunt de Jove Statore, lege Auguſtin. cap. 13. 3. Civitat. item Ovid. in fine *6.* Faſtor. Seneca autem cap. 7. lib. 4. de benef. ſic inquit: *Stator non ut hiſtorici tradiderunt, ex eo, quod poſt votum ſuſceptum acies Rom. fugientium ſtetit; ſed quod ſtant beneficio ejus omnia, ſtator ſtabilitorque eſt.* Camers. Cæterum eadem de cauſa templum poſtea vovit Atilius Cos. auctor Livius. 10. 36.

l *Fœdus*] Hiſce conditionibus ut Tatius in ſocietatem regni acciperetur: ut Urbs à Romulo, Roma, Populus à Curibus, T. Tatii Patria, Quirites vocarentur: ut mulieres, quæ vellent cum ſuis maritis vivere, liberæ ab omni opere & miniſterio, præter lanificium, haberentur. Hoc commune regnum habuit ad quinquennium, quouſque à Lavinienſibus, qui à Tatii propinquis latrocinio & injuria vexati erant, interemptus eſt, pænaſque dederit contempti juris gentium in ſuorum gratiam, ipſeque moriens Romulo gaudium, &, ſublato imperii æmulo, ſecuritatem attulerit. *Stadius.*

m *Novam in urbem hoſtes*] reſpectu

ſapientiſſimus ſtatum Reipublicæ impoſuit: juventus diviſa per n tribus, in equis & armis, ad ſubita belli excubaret: conſilium Reipublicæ penes ſenes eſſet, qui ex auctoritate o *Patres*, ob ætatem p *Senatus* vocabantur. His ita ordinatis, repente, quum concionem haberet, ante urbem apud q Capreæ paludem

ſpectu animorum, quibus advenerant. Claudius apud Tac. 11. 24. *Conditor noſter Romulus tantum ſapientia valuit, ut pleroſque populos eodem die hoſtes, dein cives habuerit.*

n *Tribus*] Appellatur à *tributo*, quia P. R. ita diviſus tributa conferebat: vel à numero tribuum, quia P. R. primum à Romulo in tribus tres deſcriptus fuit. 1. In *Ramnenſes*, ab ipſo Romulo dictas, quam conſcripſit ex Albanis iis qui ſecum eò ab Alba convenerant & Palatium tenebant. 2. *Tatienſes*, à Tatio vocatas, quæ cum Sabinorum rege Tatio Romam emigraverant, & Capitolium habitabant. 3. *Luceres*, vel à Lucumone Etruſco, vel à luco nominatæ: omnes namque in eam Tribum conſcribebantur, qui Romam, vel ob civitatis communionem, vel Aſyli libertatem, ex locis vicinis habitatum confluxerant. Tribus ſingulas in Curias decem diviſit, undè triginta Curiæ colliguntur. *Stad.*

o *Patres*] Varias hujus appellationis cauſas afferunt Dionyſ. 2. 8. & Plutar. Rom. 18. Mihi potiſſima videtur, quam idem Plut. adducit, ita dictos, ut admonerentur ipſi patria cura & ſollicitudine complectendos inferiores; *Plebeji* vero, amandos & obſervandos eſſe ad inſtar parentum, quo etiam reſpectu principem *patrem patriæ appellavimus, ut ſciret datam ſibi poteſtatem patriam, quæ eſt temperatiſſima, liberis conſulens, ſuaque poſt illos ponens.* Seneca de clem. 1. 14. Similem rationem cur Græci Reges ἄνακτας vocaverint, reddit. Plut. in Theſeo cap. 38. Abhac appellatione, *orba Reſp.* Senatu deſtituta. Juſtin. 21. 4. *Freinsh.*

p *Senatus*] Cicero in Catone cap. 6. Plut. an ſeni ſit gerenda Reſp. ita Laced. Senatum, Lycurgus *Gerontes*, Apollo *Presbygeneas* appellavit. Idem ibidem. *Freinshemius.*

Hæc fuit prima Senatus lectio majorumque gentium: qui verò cum progreſſu temporis ſublecti ſunt, Patres Conſcripti nuncupabantur. *Idem.* Ita *Salluſtius* in *Catilina cap.* 6. Delecti Romæ quibus corpus annis infirmum, ingenium ſapientia validum erat, reip. conſultabant. At hæc ætas fuit inter Quinquageſimum & Sexageſimum annum. Patet hoc ex *Seneca de Brev. Vit. cap.* 20. ubi inquit: Lex à Sexageſimo anno Senatorem non citat. *Ex Ruper.* Herm.

q *Capreæ*] meliores & antiquiores libri *Capræ*. Græcis etiam αἰγὸς λίμνη dicitur, αἴξ enim Capra

paludem, è conſpectu [r] ablatus eſt. [ſ] Diſcerptum aliqui à ſenatu putant [t] ob aſperius ingenium: ſed oborta tempeſtas [u] ſoliſque defectio, conſecrationis ſpeciem præbuere: cui mox Julius [x] Proculus fidem

pra eſt, non caprea, ſed utrumque tamen, & *capræ* & *capreæ paludem* apud veteres dici non ignoramus. Jordanis codices habent: *Capræ paludes*, quod non caret ratione. Sic αἰγὸς ποταμοὶ, cum ſit unicus fluvius, latine *Capræ fluvius*, aut *Capræ fluvii. Salmaſius.*

r *Ablatus*] Regnavit ann. XXXVII. diebus LXXVII. Nonis Quintilibus ſubitò ereptus dicitur. Atque is dies *Nonæ Caprotinæ* dictus eſt, eò quod Romulus exercitum eo die, ad Capreæ paludem recenſens, amplius non comparuit. Plura ejuſmodi exempla paſſim legere licet in Hiſtoriis, Apud *Laertium lib.* 8. Empedocles, *in ejus Vita*. Amilcar ap. *Herodot. lib.* 7. Salomon Rex Hungariæ. *Brunn. lib.* 12. *p.* 139. Hermann. Exceſſus dies quo Romulus obiit incertus eſt: *Plutarchus* ponit ad diem *Nonarum Quintilium Caprotinarum*: alii *Quirinalia* & Menſem *Februarium*. Conſ. *Scalig.* 5. *de Emend. Temp.* Hermannides.

ſ *Diſcerptum*] Diſcerptum fuiſſe ita in ſenatu quidam putant, ut Senatores ſinguli, ſingula fruſta ſinu occultata efferrent, ne facinoris ejus veſtigia extarent. *Salm.*

t *Ob aſperius ingenium*] Alias diſcerptionis cauſas vide apud *Dionyſium Halicarnaſſæum lib.* 2. *c.* 5. & *Plutarchum* in Vit. Romuli. *Hermannides.*

u *Soliſque defectio*] Mirum ſane atque obſervatione dignum, ter Solis defectum in unius Romuli hiſtoria notatum eſſe: primum quo die conceptus dicitur: alterum Natali urbis die, quum prima fundamenta jacerentur: tertium quum in vivis Romulus eſſe deſiit, ut ex Plutarcho, Dionyſio, & aliis obſervavimus. *Stadius.*

x *Proculus*] Hic fuit nobilis ac clariſſimus vir. De hoc nota, quod, cum Senatus finitimis bellis eſſet implicitus, conſuetam annonæ largitionem plebi ſubtraxerit: Romulus autem indignatus, plebi reſtituit, & complures ex primoribus ſupplicio affecit. Hi poſtmodum in ſenatu minutim obtruncatum intra ſinum condunt. Plebs igitur cum facibus ad curiam decurſans, ab Aëtio Proculo revocata eſt, cum ejus orationi finem adhibuiſſet. Is enim primarius in civitate vir, ſe Romulum in monte aſpexiſſe dixit, ut qui humana anguſtior forma divinitatem aſſecutus eſſet. *Ex Plutarcho Blanck.* Ita & *Conon* adulatione permulcens *Ptolomæum* Ægypti Regẽ, ficta adfirmavit fide, vidiſſe ſe ἀμυδρῶς quoſdam ἀστέρας in partibus Leonis: Unde natum ſidus *Coma Berenices*. Vid. *Scalig. in Euſeb. n.* 2145. Herman.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

fidem fecit, viſum à ſe Romulum affirmans, anguſtiore forma quam fuiſſet: mandare præterea, ut ſe pro numine acciperent: [y] *Quirinum* in cœlo vocari, placitum [z] diis: ita gentium Roma pateretur.

CAP. II.

De Numa Pompilio.

[a] SUccedit Romulo [b] Numa Pompilius: quem [c] Curibus Sabinis agentem, [d] ultro petivere, ob inclitam viri [e] religionem

y *Quirinum*] Sive à genere haſtæ, ſive à Curibus, ſive à Quiritibus, quos tamen ab ipſo nomen accepiſſe putat Juſtinianus §. 2. Inſtit. de I. N. G. & C.

z *Diis ita*] Diſtinctionem hanc menti auctoris convenire putamus: *ita*, hoc eſt, ſi hoc fecerint, ſi ſe pro numine acceperint, ſicut apud alios auctores paſſim occurrit *ſic.* ut Ovid. lib. 2. amor. eleg. 13. verſ. 12.

Sic tua ſacra pius ſemper Oſiris ames.

Idem Epiſt. 20. verſ. 3.

——*Diſcedat ſic corpore languor ab iſto.*

Tibullus 2. 5. fin.

——*Sic tibi ſint intonſi, Phœbe, capilli:*
Sic tua perpetuo ſit tibi caſta ſoror.

& alia complura, quanquam nec illa diſtinctio *diis ita plac.* inepta eſt, & loco Taciti 13. 56. juvatur. *Id diis quos implorarent placitum, ut arbitrium penes Rom. maneret, quid adimerent, neque alios judices, quam ſe ipſos paterentur. Freinsh.*

a SVccedit] Poſt Romulum repente ſublatum, interreges Reip. præfuerunt, i. regnarunt Patres, per viciſſitudinem decuriarum, eo quo *Livius* prodit ordine, annum unum. Interregnum verò, intervallum illud temporis, ab re vocatum eſt, quo regnum vacavit à demortuo rege ad ſucceſſoris proximi creationem. Interrex ille dicebatur, qui interea regno præerat, donec ſucceſſor deſignaretur; ſed Interregis poteſtas quinque dierum tantum erat: quibus exactis, alter iterum prodebatur Interrex. Valuit deinceps etiam ad poſteros Interregni magiſtratus, cum Coſſ. rei gerendæ abſentes, intereſſe

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

nem. [f] Ille ſacra & cæremonias, omnemque cultum deorum immortalium [g] docuit: ille [h] Pontifices

eſſe comitiis non poterant, vel Coſſ. vitio creati obdicaſſent, aut uterque Coſſ. in magiſtratu interiiſſet: quod ſi tunc Dictatorem, comitiorum habendorum cauſa, dici non placuit, tum Interrex comitiorum cauſa, ſed è patriciis ſolum, prodebatur: nec moris tamen erat ab eo, qui primus interrex proditus erat, comitia haberi; ſed ad alterum, aliquando ad plures Interreges comitia prorogabantur. *Stadius.* Meminit *Numæ Pompilii* & *Diodorus Siculus in Excid. Peir. p.* 231. Item *Dio Caſſ. in iiſdem pag.* 569. Hermann.

b *Numa*] Numa dictus eſt ἀπὸ τῶν νόμων, hoc eſt, à legibus, quas Romulus inſtituit. *Serv. od.* 6. *Æneid.* Pater erat Pompo Pompilius. Non multum à quadrageſimo anno aberat, cum regnare inciperet. *Halicarnaſſ.*

c *Curibus*] Sabinarum urbium hæc tunc opulentiſſima, parvulus vicus Auguſti Cæſaris temporibus, *Strabo* lib. 5. ubi κύρες, i. Curis, numero ſingulari appellatur, ſicut & apud *Stephan.* Inde Curenſes apud *Plinium.* Vinetus. A *Cures* Quirites dicti putantur, ab haſtis ſcilicet, quas Sabini cures vocabant. *Varro.*

d *Vltro petivere*] Inter homines pro ſummo eſt optimus. Animo itaque Rector eligebatur. *Sen. Ep.* 40. Eſt etiam ad alliciendas hominum mentes ingens Sanctitatis potentia, cujus pulchritudo animos circumfundit; & delinitos admiratione luminis ac fulgoris ſui rapit. *Idem lib.* 4. *de Beneſ. cap.* 22. Hermann.

e *Religionem*] Non præcedit armenta degener taurus; ſed qui magnitudine ac toris cæteros mares vicit. Inter homines pro ſummo eſt optimus. Animo itaque tunc rector eligebatur: ideoque ſumma felicitas erat gentium, in quibus non poterat potentior eſſe, niſi melior. *Seneca epiſt.* 90. Herm.

f *Ille ſacra*] Multas areas iis aſſignans Diis, quibus nulli dum honores tributi eſſent: multa etiam templa & aras erigens, attributo ſuo cuique numini feſto, & inſtitutis qui ſacra curarent ſacerdotibus, latiſque legibus permultis de caſtimonia, de ceremoniis, de luſtrationibus, ceteroque cultu & honore Deorum. Ipſum quoque Romulum, templo & alternis annis ſacrificio ſub Quirini cognomento coli voluit. Ex *Halicarnaſſæo Blanck.*

g *Docuit*] Non docuit tantum, ſed & ipſe ſacerdos fuit, ea potiſſimum ſacra adminiſtrans; quæ poſtea ad Dialem Flaminem fuerunt delata. *Idem.*

h *Pontifices*] Ultimo loco inſtituit, cum ampliſſima dignitate. Hi à ponte ligneo reficiendo nomen habent. Nam ab iis ſublicius eſt factus primum & reſtitutus ſæpe, cum ideò ſacra & uls & cis Tiberim non mediocri ritu fiant.

fices; i Augures, k Salios, l cæteroſque per ſacerdotia; m annum quoque in duodecim menſes, n faſtos

Varro. Quatuor numero à Numa inſtituti traduntur, qui omnes ex patriciis electi ſunt, uſque ad annum urbis CDLIV, Horum omnium ſupremus, *Maximus* dicebatur. Pontificum officium erat lites ſacras, inter privatos pariter & magiſtratus, ac ſacrorum miniſtros, judicare: leges ferre de ſacris, quæ nondum ſcripta eſſent, nec uſu recepta: in omnes magiſtratus, & ſacerdotes inquirere: miniſtros ſacrorum in officio continere: vulgo Deorum ac Geniorum cultum præmonſtrare, ac interpretari. Si quis autem eorum præſcripta contempſiſſet, eum mulctare, pro delicti magnitudine: ipſi à judiciis & mulcta erant immunes, nec tenebantur ſenatui, vel populo rationes reddere. Si quis è vita exceſſiſſet, ſubrogabatur è civium numero, qui collegio erat idoneus, ſi collegii judicium felici augurio comprobaretur. Ex *Halic. Blanck.*

i *Augures*] Hi ab avium obſervatione nomen habent. A Romulo trium Augurum collegium inſtitutum, ita ut ſinguli ex ſingulis tribubus legerentur, quorum ſacerdotium à Numa poſtea confirmatum fuit. Horum officium erat ſigna in cœlo, ac terris edita interpretari publicè, ac privatim enarrare quarum rerum indicia eſſent, &c. *Idem.*

k *Salios*] Nomen habent à ſaliendo, vel à Salio Arcadio, qui juvenes Italicos ἐνόπλιον ſaltationem docuerit, *S. P. Feſtus.* Eligebantur è patriciis XII. numero, juvenes decôre conſpicui: qui ſacra in Palatio celebrabant: unde Salii Palatini vocati. Hi choreis & hymnis armatos Deos venerabantur. Feſtum eorum incidebat in Panathæa, menſemque Martium. Æreis balteis ſuper verſicolores tunicas cingebantur, togiſque purpura prætextis & fibula adſtrictis induebantur, quas vocabant trabeas. Geſtabant etiã capitibus, quos vocant apices, faſtigiatos in coni formam pileos: accincti gladio ſinguli: dextra tenebant lanceam aut virgam; ſiniſtra verò peltam Thraciam, quæ ſcuto virgato, anguſtiores habenti laterùm cavitates, ſimilis erat. Ex *Halicarn.* Fuerunt etiam virgines ſaliares. *Sexto Pomp.* teſte. *Idem.*

l *Ceteroſque per ſacerdotia*] Floro *per ſacerdotia deſcribere*, idem eſt quod Tacito, *per cohortes*, Hiſt. IV. 66. *per manipules*, Hiſt. II. 78. *Freinsh.*

m *Annum*] Numa rex ex Græcorum uſu annum ita ad Lunæ curſum digeſſit, ut 354. dies contineret: cumque Luna Solem quotannis undecim diebus cum quadrante antevertere deprehenderetur, Lunaremque annum viceſimo quoque anno Solarem 215 diebus excedere, eam inæqualitatem intercalatione ita diſpenſandam exæquandamque conſtituit, ut ſecundo quoque anno viciſſim modo dies 22, modo 23, poſt Terminalia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

[n] faſtos dies nefaſtoſque deſcripſit. Ille [o] Ancilia atque [p] Palladium, ſecreta quædam [q] Imperii pignora;

nalia Pontifices intercalarent: ea namque ratione futurum erat, ut viceſimo quoque anno, intercalatione 225. dierum ita diſpenſata, Lunæ curſus cum Solis converſionibus exæquaretur: undecim namque dies cum quadrante vicies ducti 225 dies colligunt. *Stadius.*

n *Faſtos, &c.*] Profeſtorum dierum alii fuerunt Faſti, alii Comitiales, alii Comperendini, alii Stati. *Faſti* ſunt, quibus Prætori licet fari tria verba ſolemnia, DO, DICO, ADDICO: quibus contrarii ſunt *Nefaſti.* Faſtorum tria genera ſunt. *Primum* eſt eorum, quibus fari ſemper & licebat, & ſolebat, niſi extra ordinem impediretur. *Alterum* genus eorum eſt, quibus quidem fari licebat, ſed non omnibus horis. *Tertium* genus Comitiales fuêre, qui caſu tantum Faſti erant. Quia, cum comitia non haberentur, tunc fari ſolum Prætor ſolebat. Licet autem nefaſtis diebus Prætori haud liceret tria ſolemnia verba dicere, tamen cauſas agere, concionem habere, & legem promulgare potuit. *Paulus Manutius pater.*

o *Ancilia*] Ancile vocatur ſcutum breve & rotundum: de quo Virg. *leva ancile gerebat.* Et Ancile dictum ab anciſione, quod ſit ab omni parte veluti anciſum & rotudum. *Ovidius.*

Idque ancile vocant quod ab omni
parte reciſum.
Quemque notis oculos angulus
omnis abeſt.

Ita notat *Iſidorus* lib. XVIII. Etymolog. cap. XII. *Plutarchus* verò in Numa cap. XXV. ſcribit Ancylia per y: atque ita vocata, quoniam ἀγκυλὸν τὸ σχῆμα ποιοῦσιν. Porrò hoc Ancile è cœlo cecidiſſe ferunt, editamque vocem, omnium potentiſſimam, fore civitatem, quam diu in ea manſiſſet. Itaque facta ſunt ejuſdem generis plura, quibus id miſceretur, ne internoſci cæleſte poſſet: probatum opus eſt maxime Mamurii, qui præmii loco petiit, ut ſuum nomen inter carmina Salii canerent. Ex vet. *Blanck.*

p *Palladium*] Erat hoc ſimulacrum Palladis, quod Æneas poſt excidium Trojæ, à Diomede acceptum aſportaſſe in Italiam dicitur. Quem ideo *penatigerum* vocat Ovid. Metam. 15. 450. Quamvis alios, bello Mithridatico à Fimbria repertum, auctores eſſe Servius ait, ad Æn. 2. 166. Aliorum denique alia eſt ea de re ſententia. Vide Dionyſ. 2. 77. Hinc ille nummus, Pontano teſte, cum Veſtæ templo, in quo Palladium Romæ ſervabatur. In eodem nummo Æneas fingitur Anchiſen patrem humeri portans, & manu dextra tenens hoc Palladium, ſiniſtra filium Julum. Hoc vero *Palladium, quod occultum Romani neminique videndum colebant, Heliogabalus in cubiculum ſuum tranſtulit.* Herodian. 5. 15. quamvis Lamprid. in vita ipſius cap. 6. *non veram imaginem* abſtuliſſe, *ſed ex pluribus, quæ ad ſimulacrum illud*

gnora; [r] Janumque geminum, fidem pacis ac belli; inprimis focum [ſ] Veſtæ virginibus colendum dedit;

effictæ erant, aliquam, aſſerat. Poſſet autem Romanis hoc loco objici quod à Strabone lib. 6. Heracleotis. *At multo etiam protervius eſt ea ab Ilio allata fabulari, quæ ſcriptum ponunt. Nam & Heracleæ, & Lavinii, & Luceriæ, & Siritide Minerva habetur Iliaca, quaſi ab Ilio allata.* Freinsh.

q *Imperii pignora*] Fata appellat Plautus Bacchid. 917. quibus nempe manentibus ſalus populi ſalva eſſet. Ejuſmodi ſeptem recenſet Servius ad Æn. 7. 188. & ſunt: *Acus matris deum, Quadrigæ fictiles,* (de quibus Plinius 28, & 35. 12.) *Vejentorum cineres, Oreſtis ſceptrum Priamive, Ilione, Palladium, Ancilia, Idem.* Poſterioribus temporibus Imperii pignus fuit *Fortuna aurea.* Apud Perſas olim *Cineres Zoroaſtris.* Valeſ. ad Ammian. p. 270. Chriſtiani hos æmulati, in ridiculam inciderunt ſuperſtitionem. Nam primum pro Regni pignore habuerunt *Crucem Salvatoris*: poſtea *Hugo* Italiæ Rex *Lanceam* voluit eſſe ex clavis Jeſu Chriſti ſanctificatam, quæ dicitur Conſtantini Magni, donatam Rudolpho Regi Burgundiorum & Italiæ. Ex Rupert. *Hermannides.*

r *Ianumque geminum*] Janus dictus ab eundo, quaſi Eanus, quod januis præeſſet. Cœli & Hecates filius fuit. Primus docuit Italos vinum & far ad ſacrificia, & religionem magis, quam ad eſum & potum. Primus aras & pomœria, & ſacra docuit, multaque alia, quæ ad pudorem & ſanctimoniam domorum pertinent. Vidi in nummis veteribus ita excuſum, ut in manu virgam & clavem, ſub pedibus bis ſenas aras haberet. Simulachrum in Capitolio ita formatum fuit, ut in manu dextra trecentorum, in ſiniſtra ſexaginta quinque numerum tenuerit, ad demonſtrandam anni dimenſionem. Appellatur verò Geminus, s. Quadrifrons, quod univerſa climata majeſtate ſua complectatur. Alias, ob ſingularem prudentiam, qua viderit procul ventura, ac præterita reſpexerit, Bifrons dicitur. Addit Florus, *fidem pacis & belli*; ſcilicet, quia belli tempore portæ ejus patent, pacis verò clauduntur. hinc Janus Cluſius, hinc Patulcius. De aliis Jani nominibus alibi. *Blanckardus.*

ſ *Veſtæ virginibus*] Veſtales dictæ, quod Veſtæ ſacra curarent, & ignem ejus cuſtodirent, qui non in foco aut altaribus, ſed in vaſculis quibuſdam fictibus erat ſuſpenſus. *Val. Max.* IV. 4. Hæ fuerunt Lavinii & Albæ ante Romam conditam. Numa templum Veſtæ inſtituit, & quæ ad ejus ſacra pertinent. Virginibus ignis commiſſus, quod ut virgo incorrupta, ita ignis incontaminatus ſit: vel quod Veſta viri impatiens fuerit, cum Juno & Ceres, ejus ſorores, peperiſſe dicantur: vel quod advigilent facilius, quia curis familiaribus vacuæ. Inſtitutæ & captæ quatuor numero:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

dit; ut t ad ſimulacrum cœleſtium ſiderum, cuſtos imperii flamma vigilaret. u Hæc omnia quaſi monitis x deæ Egeriæ, quo magis y barbari acciperent.

ro: Gegania, Verania, Canuleia, & Tarpeja. Deducebantur in atrium Veſtæ, quo à ſenioribus inſtruerentur. Obligabantur 30 annos, quibus debebant diſcere, ſacris operari ac docere. Poſtea matrimonio eas jungi licuit. Una earum, ætatis habita ratione, Maxima dicebatur. Erant in perpetuo opere. Ignem ſine intermiſſione & alebant & reparabant. Undè Florus; *ut ad ſimulachrum cœleſtium ſiderum, cuſtos imperii flamma vigilaret.* Putabant enim Romani poſt extinctionem, Urbis & imperii everſionem ſecuturam. Hæ virgines honoribus & præmiis variis affectæ. Incedebant albis veſtimentis, quorum limbus purpuratus. Vittæ erant in capitæ, ut ſacratas numini agnoſceres. Coma earum in ſpiras diviſa, & in cervices annulatim pendula. Virgis cæduntur compertæ levioris delicti: probroſæ verò & inceſtæ fœdiſſimo mactantur ſupplicio. Vivæ enim, funebri ritu & pompa, efferuntur, amicis & cognatis cum luctu & lacrimis comitantibus. *Blanckard.*

t *Ad ſimulacrum cœleſtium ſyderum*] Primus perpetui Ignis uſus fuit in Eccleſia Jadaica. *Cunæus lib.2. de Rep. Hebr. c.13.* Ab his religionem hanc mutuati ſunt Ægytii. *Diod. Siculus.* Hinc Perſæ & Chaldæi. *Briſſon. lib. 2. de Regn. Perſar. p.164.* Apud hos tamen, quod memorabile eſt, ignis iſte extinctus eſt, ea nocte qua *Muhamedes* natus fuit. *Leuncl. lib. Hiſt. Muſelmannicæ.* Hermannid.

u *Hæc omnia*] Idem ut fidem obtinerent egerunt plures. Africanus Scipio Jovem in Capitolina cella conſulere dixit. Minos leges, quas ferebat, Jovi adſcripſit, ut violare eas homines vererentur, quas à Deo exiſtimabant profectas. *Damaſcenus de moribus gentium.* Exemplis his præceptum datur ab *Ariſtotele 5. Polit. cap.* 11. qui oportere Principem ſerio, & ante omnia curare docet, vel ſaltem videri curare Divina. Nam populus nequicquam injuſti à juſto Principe metuit, quem penes Dii ſtare creduntur, & quem confidit eſſe religioſum. *Hermannides.*

x *Deæ Egeriæ*] Hanc ab *egerendo* dictam non difficulter ſuſpicari licet, vel inde, quod crederetur conceptum alvo partum facile *egerere* poſſe. Eadem cum *Lucina*, & *Nixia.* Sacrificabant ei tantum prægnantes. *Hermannides.*

y *Barbari*] Appellat ita, quod rudes & feroces fuerint, nullis cultioribus inſtitutis mitigati, quod noſter tangit infra 1. 22. 1. & Dionyſ. 3. 26. ſive quod ex Barbaris, h. e. non Græcis, orti. Qua ratione Plautus, Captivis, 4. 2. 114. *Quid tu per barbaricas urbes juras?* cum Italas nominaſſet: & in ejuſdem Pœnulo 3. 2. 21. *Barbariam* pro Italia accipit. Dionyſius tamen Romanos

 manos

ciperent. Eo denique ferocem populum redegit, z ut quod vi & injuria occupaverat imperium, a religione atque juſtitia gubernaret.

CAP. III.
De Tullo Hoſtilio.

EXcipit Pompilium Numam a Tullus Hoſtilius: Cui b in honorem virtutis regnum ultro datum. c Hic omnem militarem diſciplinam artemque bellandi condidit. Itaque mirum

manos à Græcis ortos aſſerit, 4. 31. hoc argumento, quod literis Græcis ſcripta columna in Dianæ fano locata fuerit tempore Regis Tullii. Cujus tamen fidem elevat Cæſar de bell. Gall. 6. 14. qui Græcas literas in uſu fuiſſe ſcribit apud Gallos, quos tamen nemo facile à Græcis deduxerit. *Freinsh.*

z *Ut quod vi & injuria*] Hanc plerorumque, fere dixerim omnium, magnorum imperiorum originem eſſe facile videbunt res ex vero æſtimantes. Ut ridicule facere videantur, qui ab aliis majorum ſuorum acquiſita, ab aliis iterum perdita, longo poſt intervallo, quaſi jure, repetunt, ſicut apud Tacit. 6. 31. 3. Artabanus Parthus *Veteres Perſarum ac Macedonum terminos repoſcit.* Freinsh.

a *Religione atque Iuſtitia*] Aureus hic nexus *Iuſtitiæ* & *Religionis.* Adnotavit illum de Judæis *Strab. lib.* 16. cum inquit: *manſere juſti vereque religioſi:* & *Philo de Vita Abrah.* qui *Religioſus* eſt, *amet* etiam *Iuſtitiam.* Simile quid huic habet *Iuſtin. lib.* 36. *c.* 2. Hermannides.

---

a *TVllus Hoſtilius*] His natalibus oriundus. E Medullia, oppido ab Albanis olim condito, quod Romulus deditione acceptum fecerat Romanorum coloniam, vir genere nobilis, & opibus pollens, nomine Hoſtilius in urbem migraverat, ubi Sabini generis uxorem duxit Herſilii filiam. Is vir, multis ſub Romulo factis ſtipendiis, editiſque egregiis facinoribus, in Sabino bello interiit, ſepultusque à regibus in præcipuo fori loco: addita columna cum inſcriptione. Ex hoc unico filio jam adulto, & nobili matrona, prognatus eſt Tullus Hoſtilius, qui tum rex legitimo civitatis ſuffragio declaratus eſt. *Halicarnaſſ.*

b *In honorem virtutis*] In Numa

rum in modum exercita juventute, d provocare auſus Albanos, gravem & diu e principem populum,

ma religio, magnum cujuſque ſtatus fulcimentum: in Tullo virtus ſpectata fuit: non cæcus favor & nullis plerumque ſuis titulis generoſa ambitio, quæ vel fumoſas tantum imagines, vel ea quæ volubilis fortunæ dona ſunt, in commendationem ſui producit. *Zevecotius.* Confer *Senecam* Epiſt. 90. qui ita: *Primis mortalium commiſſi erant Melioris arbitrio. Naturæ eſt enim potioribus deteriora ſubmittere. Multis quidem gregibus, aut maxima corpora præſunt, aut vehementiſſima. Non præcedit armenta taurus degener, ſed qui magnitudine & toris cæteros vincit Elephantorum gregem excelſiſſimus ducit. Inter homines pro ſummo eſt optimus. Animo itaque Rector eligebatur. Ideoq; ſumma felicitas erat gentium, in quibus non poterat potentior eſſe, niſi melior.* Hermannides.

c *Hic omnem &c.*] Annon ante eum Romulus? haud dubie. quomodo ergo hic *omnem militarem diſciplinam condidiſſe* dicitur? *Condere* igitur Floro eſt perpolire, corrigere, & quaſi ex integro reſtituere: ſicut Ecbatana Seleucus condidiſſe dicitur, apud Plin. *6.* 14. Gentem Tyriorum Alexander apud Juſtin. 18. 4. 1. Imperium Carthaginenſium Mago apud eundem, 19. 1. 1. ita Auguſtus *faciendi* verbo utitur, ubi templum Jovis Feretrii feciſſe dicit, in monumento Ancyrano. *Freinshem.* Pulchre in hanc rem *Alexander Severus* apud Lampridium: *Diſciplina majorum remp. tenet: quæ ſi dilabatur, & nomen Romanum, & imperium amittemus.* Urget eandem diſciplinam *Papirius* apud *Liv.* 8. *c.* 30. Vide & *Val. Max. lib. 2. cap.* 7. Adde *Lipſ. de Milit. Rom. lib.* 5. *D.* 17. 18. Hermannides.

d *Provocare*] Occaſio belli hæc fuit. Fortè evenit, ut agreſtes Romani ex Albano agro, Albani ex Romano prædas invicem agerent. Imperitabat tum C. Cluilius Albæ: utrinque legati ad res repetendas miſſi. Tullus præceperat ſuis, ne quid cum Albano prius, quam mandata agerent. Satis ſciebat, negaturum Albanum: ita piè bellum indici poſſe. Ab Albanis ſocordius res acta: excepti hoſpitio comiter regis convivium celebrant. tantiſper Romani & res repetiverant priores, & neganti Albano bellum indixerant. hæc renuntiant Tullo. Tum legatis dicendi poteſtatem facit. Illi omnium ignari, primum purgando terunt tempus: *ſe invitos quicquam, quod minus placeat Tullo, dicturos, ſed imperio ſubigi: res repetitum ſe veniſſe. Ni reddantur, bellum indicere juſſos.* Ad hæc Tullus: *Nunciate*, inquit, *regi veſtro, regem Romanum Deos facere teſtes, uter prius populus res repetentes legatos aſpernatus dimiſerit, ut in eum expetant hujuſce clades belli.* Hæc nunciant domum Albani. Ex Livio lib. 1. cap. 22. *Blanckardus.*

e *Principem populum*] quia Al-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

lum. Sed quum pari robore frequentibus prœliis utrique comminuerentur, [f] miſſo in compendium bello, Horatiis, Curiatiisque, tergeminis hinc atque inde fratribus, utriuſque populi fata [g] permiſſa ſunt. Anceps, & pulchra contentio, exituque ipſo mirabilis. Tribus quippe illinc vulneratis, hinc [h] duobus occiſis, qui ſupererat Horatius, [i] addito ad virtutem dolo, [k] ut diſtraheret hoſtem,

ba condita fuit ab Aſcanio Julo Æneæ filio, ante Romam annis CCCC. diruta ſub hoc T. Hoſtilio A. V. C. XXCVII. Stetit ergò res Albana annis CCCCLXXVII. *Pontanus.* Principem populum, hoc eſt, originis auctorem, ideo vocat, quod & Romani Albanorum coloni eſſent, & genus & gentem Romani etiam patricii magna ex parte ad Albanos referrent. *Stadius.* Albani verò in Italia ante Romanos quadringentos per annos reliquos potentia & virtute ſuperarunt, *Servius* ad Æneid. I. 276. Nam quod *Virg.* & *Iuſtinus* 43. I. trecentorum duntaxat mentionem faciunt, hoc eſt, uſque ad urbem conditam. *Freinsh.*

f *Miſſo in compendium Bello*] Bellorum compendia ſæpe & privatis data Civibus, & eadem Reges in ſe ſuſcepere. De *privatis* videri poſſunt Exempla. I. *Sam.* 17. Apud *Ioſeph. Antiq. lib.* 6. *cap.* 11. Herod. *lib.* I. De *Regibus* vide *Diodor. Siculum lib.* 4. *cap.* 60. Strab. *lib.* 2. *cap.* 7. Polyæn. *Hermannides.*

g *Permiſſa*] Antequam hoc fieret, fœdus ictum inter Romanos & Albanos eſt his legibus: ut cujuſque populi cives eo certamine viciſſent, is alteri populo cum bona pace imperitaret. Ad hæc ira Jovis in eum populum invocatur, qui prior defecit publico conſilio. Dein à Romanis porcus ſaxo ſilice percuſſus. Sua item carmina Albani, ſuumque jusjurandum per ſuum Dictatorem, ſuosque ſacerdotes peregerunt. *Livius.*

h *Duobus &c.*] Duo Romani, vulneratis tribus Albanis, corruerunt. Fortè ſuperſtes integer fuit, qui, ut pugnam adverſus Albanos ſegregaret, capeſſit fugam. Reſpiciens, videt magnis intervallis ſequentes: in eum qui propè aderat, magno impetu redit, quo cæſo, ſecundam pugnam petit. Prius itaque, quam alterconſequi poſſet, & alterum Curiatium conficit. Jamque ſinguli ſupererant, ſpe & viribus impares. Romanus Albano, malè ſuſtinenti arma, gladium ſuperne jugulo defigit, jacentem ſpoliat. *Livius.*

i *Addito ad Virtutem dolo*] Hunc in hoſtem licitum eſſe nemo dubitat. *Auguſtin.* ipſe *quæſt.* 10. *in Ioſuam.* Nihil ad juſtitiam intereſſe judicat, ubi juſtum bellum ſuſcipitur,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

ſtem, [i] ſimulat fugam: ſingulosque, prout ſequi poterant, adortus, exſuperat. Sic (rarum alias decus) unius manu parta victoria eſt: quam ille mox [m] parricidio fœdavit. Flentem ſpolia circa ſe, [n] ſponſi quidem, ſed hoſtis, ſororem viderat. Hunc tam immaturum virginis amorem ultus eſt ferro. Citavere [o] leges nefas; [p] ſed abſtulit virtus parricidam,

tur, ut vel aperte pugnet quis, vel ex inſidiis. *Herman.*

k *Vt diſtraheret hoſtem*] Stratagema fuit privati hominis, quod poſtea in communem abiit documentum. Exemplorum plena eſt experientia in iis, qui magnam vim hoſtium, aut numeroſiorem militis virtutem, vel in expugnandis civitatibus, vel in expeditionibus, undique irrupturi frangunt & lacerant. *Hermannides.*

l *Simulat fugam*] His artibus toti exercitus circumventi. De Athenienſibus victis ab Ætolis, vide *Thucid. lib.*7. De Perſis à Theſſalibus. Curt. *lib.*3. *cap.*1. De Romanis à Carthaginenſibus. *Polyb. lib.* 1. *cap.* 19. Item à Gallis *lib.* 2. *cap.* 25. Francis à Marſete. *Agathias lib.* 1. *c.* 27. Ex Rup. *Herm.*

m *Parricidio*] Parricidium *Iſid.* lib. 5. Etym. c. 26. dici putat, quaſi parentis cædium. *Cicero* primò parricidam vocat, qui parentem occidit: deinde, lege Pompeja, qui propinquum quemvis: poſtremo, ex Numæ Pompilii lege, qui liberum hominem morti ſciens dederit. Patriæ etiam oppreſſor, aut proditor, parricida jure vocatur: quia patria parens uniuſcujuſque eſt. *Blanckard.* Rerum ſucceſſui ſi Victoria adſit, impotentes animi facit homines. Unde pulcherrimo apud Romanos uſu, aures vellicabantur Victoribus. Nam triumphantibus à tergo, in eodem curru adſtabat *Servus publicus*, qui *auream immenſi ponderis coronam* ſuſtinebat, ac triumphantem ad *inſtrumenta ultimi ſupplicii* proxime *currui appenſa*, attendere monebat, quæ erant *tintinabulum* & *flagellum. Zonaras tom.* 2. *Annal. p.* 32. Hermannides.

n *Sponſi*] Soror Horatii deſponſa uni ex Curiatiis, obvia ante portam Capenam fuit: cognitoque ſuper humeros fratris paludamento ſponſi, quod ipſa confecerat, ſolvit crines, & flebiliter nomine ſponſum mortuum appellat. Movet Horatio animum comploratio ſororis, eamque ſtricto gladio transfigit. *Abi hinc cum immaturo amore*, inquit, *ad ſponſum, oblita fratrum mortuorum, vivique oblita patriæ. Sic eat, quæcunque Romana lugebit hoſtem. Blanck.*

o *Leges*] Lex horrendi carminis erat, *Duumviri perduellionem judicent. Si à Duumviris provocarit, provocatione certato: ſi vincent, caput obnubito: infelici arbori reſte ſuſpendito. Verberato vel intra*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

dam, & [q] facinus intra gloriam fuit. Nec diu in fide Albanus. Nam [r] Fidenates bello miſſi in auxilium ex fœdere, medii inter duos [ſ] expectavere fortunam. Sed rex callidus, ubi inclinare ſocios ad hoſtem videt, tollit animos, [t] quaſi ipſe mandaſſet, ſpes inde noſtris, metus hoſtibus. Sic fraus proditorum irrita fuit. Itaque hoſte victo, ruptorem

tra pomœrium, vel extra pomœrium. Livius.

Duumviri capitales hoc primum anno creati: eo conſilio, ut judicii invidiam ipſe Tullus declinaret, & tamen parricidium puniret; ſed & data provocationis libertas ad populum. *Hermannid.* Capitis namque damnato filio à duumviris, pater Horatius ad populum provocat. Populus filii vitam lacrymis patris condonat. *Stadius ex Livio, lib.* 1. *c.* 26.

p *Sed abſtulit virtus parricidam*] quia recens meritum obſtabat facto. Unde *abſolverunt magis admiratione virtutis, quam jure cauſæ*, ut habet *Livius, lib.* 1. *cap.* 26. Hermannides.

q *Facinus intra gloriam fuit*] Cave ſis ne arbitrere, *Horatium parricidio ſibi gloriam peperiſſe*; ſed gloriam è certamine, cum Curiatiis decertato, parricidii abſcondiſſe ſcelus. Monente Rup. *Hermannides.*

r *Fidenates*] Fidenates & Vejentes uſuri occaſione ex eventu belli, quod inter ſe Romanus & Albanus gerebat, arma ex inſidiis parabant: quos ut fœdere junctos intelligunt, bellum quoque & ipſi ſopiebant. Fraude tamen & perfidia Fufetii, ſocietatiſque promiſſione, ad arma contra Romanos ſollicitantur. Flagrabat namque Dictator Fufetius domeſtica invidia apud ſuos, eò quod publicam fortunam Trigeminorum fato experiundam commiſiſſet: eam ſe Fufetius tali in Romanos inſidiarum occaſione exſtincturum ſperabat. *Idem.*

ſ *Expectavere fortunam*] Callido conſilio ducis, quod tamen ipſi in exitium vertit. Apud Livium 31. 32. *Damocritus prætor Ætolorum, egregie conſultum genti ajebat: nam utrius partis melior fortuna belli eſſet, ad ejus ſocietatem inclinaturos*, Freinsh. Fuit hoc ingenium etiam pleriſque Græcis. Vide *Curt. lib.* 4. *cap.* 5. De Rhodiis *Valer. Pater lib.* 1. *c.* 5. De Gelone *Herodot. lib.* 7. De Corcyræis Diod. Sicul. lib. 11. c. 15. De Numidis *Idem lib.* 20. De Lacedæmoniis. *Polyb. lib.* 4. *cap.* 9. Hermann.

t *Quaſi ipſe mandaſſet*] vide Florum lib. IV. 2. Clarius hoc explicat *Livius lib.* 1. *cap.* 27. cum addit, clara ipſum Regem voce ſuos inveniſſe milites, dixiſſeque, *Nihil trepidatione opus eſſe: ſuo juſſu*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

rem fœderis u Metium Fufetium, religatum inter duos currus, pernicibus equis x diſtrahit: Albamque ipſam quamvis parentem, æmulam tamen, y diruit, quum prius omnes opes urbis, ipſumque z populum

ſu *Albanum circumduci exercitum, ut nuda Fidenatium terga invadant.* Ex Rupert. Hermannides.

u *Metium*] Etſi properamus, ἐν παρόδῳ tamen admonere non pigebit, *Metium* hic ſcribi. In optimis Nazariani membranis, & in antiquis Jordanis, quomodo etiam ſcribendum cenſeo apud Virg. Æn. 8. 742. & in illo Ovidii à Criticis exagitato, Triſt. 1. 3. 75.

Sic doluit Mettus, tunc cum in contraria verſus,
Vltores habuit proditionis equos.

Nam viri docti, qui perſuaſum habent Virg. Ovid. propter verſum, *Mettum* pro *Metium* uſurpatum fuiſſe, egregie animi falluntur *Metum* dixere veteres, & *Mettum, Metium* & *Mettium* pro eodem, ut *Atius* cum ſimplici: & cum duplici, *Attius*. *Metum* dixiſſe veteres nihil melius probet, quam ὑποκοριστικὸν *Metellus*. Nam ut à Marco, Marcellus. Sic à Meto, Metellus. Græcis Μέτιος. Ita ſemper apud illos ſcriptum reperies. Latinis ſcriptoribus *Metum* aut *Mettum* frequentius, quam *Metium*. Salmaſius.

x *Diſtrahit*] Avertêre Romani à tanta fœditate ſpectaculi oculos. Primum ultimumque illud ſupplicium apud Romanos exempli parum memoris legum humanarum fuit. in aliis gloriari licet, nulli gentium mitiores placuiſſe pœnas. *Livius lib.* 1. *c.* 28. Alii tamen atrocibus pænis ſubjecti. Sic Manlius Capitolinus de ſaxo Tarpejo dejectus: Lentulus, aliique ſceleris Catilinarii comites, laqueo in carcere ſtrangulati: Sejanus in Gemonias ſcalas præcipitatus: alii aliter periere. Certè ſicut miſerandum humana corpora beſtiis projici; ſic & imperioſius faciunt ii, qui pernicibus equis divelli jubent. Certè non tantum atrocitatis delicti, ſed & humanitatis ratio habenda. *Blanckard.* Simile exemplum eſt *Hermanarici* Gothorum Regis, cujus facit mentionem *Bonfinius* ex *Iornandis Geticis cap.* 24. Is mulierem quandam *Sanjehl*, ob fraudulentum mariti diſceſſum, ferioribus illigatam equis, incitatiſque curſibus, per diverſa diſcerpi præcepit. *Herman.*

y *Diruit*] Unà hora quadringentorum annorum opus, quibus Alba ſteterat, excidio ac ruinis dedit. Templis tamen Deum (ita enim edictum ab rege fuerat) temperatum eſt. *Blanck. ex Livio lib.* 1. *cap.* 29.

z *Populum*] Cum tranſlatus eſſet Romam, Principes Albanorum in Patres, ut ea quoque pars Reip. creſce-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

pulum Romam tranſtuliſſet: prorſus ut conſanguinea civitas non periiſſe, ſed in ſuum corpus rediiſſe rurſus videretur.

CAP. IV.
De Anco Marcio.

ANcus deinde Marcius, nepos Pompilii, [a] pari ingenio. Hic igitur & [b] mœnia muro amplexus eſt, & interfluentem Urbi Tiberinum ponte commiſit: Oſtiamque, in ipſo maris fluminiſque confinio, coloniam

creſceret, legit; Tullios, Servilios, Quintios, Geganeos, Curiatios, Clælios: templumque, ordine ab ſe aucto, curiam fecit. Poſt, equitum decem turmas ex Albanis legit. *Idem ex eodem lib.* 1. *c.* 29.

---

a *Pari ingenio*] quantum ad juſtitiam, religionem, paciſque artes attinet. Quanquam nec belli laudibus ſuperioribus inferior. Septem autem bella geſſit, primum cum Latinis, alterum cum Fidenatibus, tertium & ſeptimum cum Sabinis, quartum & quintum cum Vejentibus, ſextum cum Volſcis. Horum omnium communis cauſa fuit, ut res Romanis ereptas, prædaſque abactas, quas jure non reddebant, armis repeteret. *Stadius.*

b *Mœnia muro, &c.*] Vitioſa ſcriptio. Scribendum *Intermœnia*, quæ ſunt intervalla, quibus mœnia deficiebant, nec conjungebantur. Illa intermœnia muro amplexum eſſe Ancum Marcium ſignificat. Nihil magis huic loco nocuit ut ab imperitis corrumperetur, quam ignorata vox intermœnia. Nam in illis locis in quibus crebra & juncta erant ædificia, mœnibus non erat opus, cum objectu ſuo murorum vicem præſtarent ædificia. Sed ubi deficiebant, quæ intervalla rectè intermœnia appellat, illa muro amplexus eſt. *Salmaſius.* Quid autem muro cinctum oſtendit *Livius?* Janiculum, *inquit*, quoque adjectum, non inopia loci; ſed ne quando ea arx hoſtium eſſet. lib. 1. c. 33. Addit & porro ibid. id non muro ſolum, ſed etiam, ob commoditatem itineris, ponte ſublicio, tum primum in Tiberi facto, conjungi urbi placuit. Sic & *Dionyſius.* Muro cinxit Janiculum, montem excelſum, trans Tiberim ſitum: collocavitque in eo præſidium, ut ab Etruſcis tutior eſſet fluminis naviga-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

niam poſuit: [c] jam tum videlicet præſagiens animo, futurum, ut totius mundi opes & commeatus illo, veluti maritimo Urbis hoſpitio, reciperentur.

CAP.

vigatio, qui totam Transtiberinam regionem tenentes, latrociniis infeſtabant negotiatores. Sublicium quoque pontem, quem ſolis lignis ſine ære ac ferro contineri fas eſt, ille impoſuiſſe Tiberi dicitur: qui uſque in hunc diem conſervatur, & ſacer habetur ab omnibus, cujus ſi qua pars laboret, Pontifices eam reficiendam curant, patria quædam in ejus inſtauratione peragentes ſacrificia.

c *Iam tum videlicet, &c.*] Ancus Marcius non urbem modò cunctis vitæ commodis locupletavit; ſed etiam ad majora capeſcenda incendit. Cum enim Tiberis amnis ex Apennino præter ipſam urbem defluens, & in importuoſa ac contigua littora, quæ Thyrrhenum pelagus efficit, ſe exonerans, non magnopere urbanis prodeſſet, (quod nullum haberet circa oſtia caſtrum, quod naves tum è mari appellentes, tum per fluvium deſcendentes, acciperet pariter & redderet negotiantibus) alioqui uſque ad fontes fluvialibus ſcaphis mediocriter pervius, uſque ad urbem verò & magnis marinis onerariis navigabilis: decrevit navale ad ejus oſtia condere, pro portu uſus ore ipſo fluvii. panditur enim in latum, qua ſe cum mari conjungit, & ſinus amplos capit, non ſecus ac marinorum portuum optimi, & quod maximè mireris, oſtium ejus non præcluditur, nec obturatur aggeſta è mari arena, ut multis etiam magnis fluviis accidit: neque per paludes ac voragines oberrans abſumitur prius, quam ad mare perveniat; ſed perpetuo navibus eſt mirabilis, per unum nativum oſtium in mare ſe ingurgitans, & dorſa ſub alto aſſurgentia diverberans: quamvis vehemens ibi ventus crebro ab occidente ſpirare ſoleat. Itaque remigio inſtructæ naves, quantumvis magnæ, & ex onerariis vel ter millenariæ per oſtium ejus intrant, & urbem uſque remigio ac funibus pertrahuntur: majores autem ante os in ſalo firmantur ancoris, exonerantur que navigiis fluvialibus. Portò qua inter flumen & mare prominens littus curvatur in cubiti ſpeciem, oppidum Ancus muniit, quod ex re Oſtiam appellavit: (Θύραν nos diceremus) effecitque ut Roma non mediterraneis tantum, ſed etiam marinis hominibus patens, tranſmarina quoque bona deguſtaret. *Ex Halicarnaſſeo Blanck.* Portum, qui olim ibi fuit, cuique in orbe par non erat, prodigioſum Romanorum opus, Turcarum metu, diruit viribus ſuis diffidens Gregorius Papa. Quod urbis quidem opes imminuit, ſed auxit ſecuritatem. *Zevecotius.*

a Quam-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

CAP. V.
De Tarquinio Priſco.

TArquinius poſtea Priſcus, [a] quamvis tranſmarinæ originis, regnum, ultro petens, accipit, ob induſtriam atque elegantiam: quippe qui oriundus Corintho, Græcum ingenium Italicis artibus miſcuiſſet. Hic & [b] ſenatus majeſtatem numero ampliavit, & centuriis tribus auxit, quatenus Attius Navius numerum augeri prohibebat, vir ſummus augurio. quem rex in experimentum rogavit, *fieri ne poſſet quod ipſe mente conceperat?* Ille rem expertus augurio, *poſſe* reſpondit. *Atqui hoc* inquit, *agitabam, an cotem illam ſecare novacula poſſem?* Augur, *Potes ergo*, inquit: & ſecuit. Inde Romanis

c ſacer

a *Quamvis tranſmarinæ orig.*] Patre nimirum Demarato Corinthio natus, cujus præter citatos Strabo lib. 5. & lib. 8. meminit. *Freinsh.*

Is fuit potens mercator, qui Corintho patria, per ſeditionem, pulſus in Italiam navigat. Tarquinios Etruriæ urbem omnium fortunarum ſuarum ſedem deligit: ibi filios Aruntem & Lucumonem procreat. Lucumo, patre & fratre defunctis, jam lucem aliquam ſibi prudentia per divitias quæſiturus, Romam venit. Legitur ab Anco Marcio in Senatum, fit Lucius pro Lucumone, & Tarquinius, à Tarquiniis patria ſua, appellatur: dignuſque habitus eſt, qui, Anco mortuo, regnaret. Priſcus autem dici cœpit, quando L. T. Superbus regnaret, quia avus nepotem præceſſerat. Idem pluribus præliis varios populos rebellantes fregit, ac de iis triumphavit. Cum regnaſſet annis 37. occiſus eſt per Anci filios. *Ex Halic. Stadius.* Vide & Livium lib. 1. c. 54. *Hermannides.*

b *Senatus majeſtatem*] Si hunc locum conſideres, ab ipſa vera Hiſtoria diſcrepare, & quædam ibi deſiderari intelliges. Non enim prohibebant auguria Senatum ampliare; ſed equitum centurias tres à Romulo lectas. Quas ipſas etiam ex Romuli inſtituto ſub ſuis nominibus reliquit Tarquinius, cotis diſciſſæ miraculo deterritus: cum

alioqui

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

e ſacer auguratus. Neque pace Tarquinius quam bello promptior. Duodecim namque d Tuſciæ populos frequentibus armis ſubegit. e Inde f faſces, trabeæ,

alioqui novas ex ſuo nomine decreviſſet adjicere. Obſtantibus igitur auguriis, numero tantum eaſdẽ duplicavit. *Pigh.* Vide Liv. l.1.c.36.

Senſus igitur eſt: rex tribus cum numero augere prohiberetur, conjectis in eaſdem centuriis, auxit. *Freinsh.*

c *Sacer auguratus*] Claudius *ad ſenatum retulit, ſuper collegio auſpicum, ne vetuſtiſſima Italiæ diſciplina per deſidiam exoleſceret.* Tac. 11. 15. *Freinsh.*

d *Tuſciæ populos*] Hi quondam Thyrreni & Etruſci dicti. Principes Etruriæ populi ſunt hi: Arretini, Cerites, Cluſini, Faliſci, Fæſulani, Petulini, Piſani, Populonienſes, Ruſellani, Vejentes, Volaterrani & Vulſinienſes. *Pighius.*

e *Inde faſces, &c.*] Cum Tarquinius Etruſcos novennali bello fregiſſet, hac conditione pacem petentibus dedit, ut ſe civitatum ſuarum principem agnoſcerent. Illi facile aſſenſi, principatus inſignia, quibus ſuos reges ornare conſueverant, ad eum detulerunt: Dionyſ. 3. 84. etiam Strabo l.5. teſtatur, ornatum triumphalem ac conſularem, omniumque adeo magiſtratuum à Tarquiniis Romam fuiſſe tranſlatum. Inſignia autem iſta fuerunt: Corona aurea, ſella eburnea, ſceptrum in ſummitate habens Aquilam, purpurea tunica auro diſtincta, purpureum amiculum varium, qualia Lydorum atque Perſarum Reges geſtarunt, niſi quod non quadrata, ut illa, ſed figura eſſet ſemicirculi. alludit huc Silius Ital. 8. 486.

Biſſenos hæc prima dedit præcedere faſces, &c.

& Salluſt. Catil. 51. *Inſignia magiſtratuum ab Tuſcis pluraque ſumſimus.* Freinsh.

Non vero ſtatim hos oblatos honores Tarquinius admiſit; ſed legem prius de iis recipiendis ad populum tulit. Quam cum populus juſſiſſet, tum demum corona aurea, ſceptro, ſellaque eburnea, & toga picta purpurea, lictoribuſque XII, toto deinceps vitæ tempore, uſus eſt. Idem ornatus manſit & ipſius ſucceſſoribus, &, poſt pulſos reges, annuis Coſſ. excepta corona togaque picta: nam hæc ſola eis adempta ſunt, quod invidioſa viderentur, & libertati gravia. Attamen cum triumphus alicui decernitur, tunc & aurea geſtat ornamenta, & picta amicitur purpura. *Ex Dionyſio, Blanckard.*

f *Faſces*] Magiſtratuum majorum inſignia, quæ ipſis à lictoribus præferebantur. *Freinshem.*

Nihil tamen vetat Etruſcorum id eſſe inventum, primumque ab illis mutuatum Romulum. *Faſces* appellamus, bacillos aliquot teretes loco colligatos in modum faſcis. Eos bacillos ex ulmo fuiſſe antiquitus, teſtis eſt *Plautus. Plinius* tamen Betulam arborem ter-

g trabeæ, h curules, i annuli, k phaleræ, l paludamenta,

ribilem ait magiſtratum virgis. Faſcium inventum Vetuloniæ Etruriæ urbi adſcribit *Silius*. Inde traducti Romam. Et faſces quidem hæſerunt Romæ, non ſecures. Hoſce ante magiſtratum in humeris ferebant lictores. Hi præter faſces manu geſtabant virgam, & ad ſubmovendum, & ad januam tangendam. Nam quoties magiſtratus ſuam, aut alienam, domum intraturus erat. Lictor præcedens, virgâ fores percutiebat, quaſi ad ſignificandum ejus adventum. In triumpho Laurus in faſcibus; ac laureæ virgæ in manibus militum, & triumphantis. Poſterioribus tamen temporibus lauro perpetua faſces donatæ. *Lipſius*.

g *Trabeæ*] Triplex trabea fuit. *Prima* Diis conſecrata, texta ſola purpura: *altera* ex purpura immixto albo, regibus peculiaris: *tertia* ex purpura & cocco, auguribus permiſſa, dum auguria captant. *Ita Suetonius in lib. de veſtim.* Male ergo *Iſidorus* ultimam ſpeciem regibus aſſignat, *lib.* 19. *Etymolog. cap.*24. Poſteribus temporibus non Reges tantum, ſed & Conſules, trabea amiciebantur. Ea, imperante Gratiano, auro picta fuit, contra veterum inſtitutum, *Auſonio teſte*. Blanckardus. Quidam Romulo tribuunt inventionem ejus. *Cedrenus* etiam Numam trabea uſum ſcribit non longè à principio. *Freinsh.*

h *Curules*] Sellas Curules ab Etruſcis ſumptas etiam Livius auctor eſt, 1, 8. Erat autem ſella, qua ſedebant Coss. & Prætores, qui inde Curules dicebantur. Erat autem ea ſella eburnea, indeque *Horatio Curule ebur* dicitur. *Freinsh.* Humiles erant Senatorum omnium ſedes, altæ conſulum & excelſæ.

In iis etiam, ornatus cauſa, ſigna fuerunt. *Lipſius*.

i *Annuli*] De annulorum origine & apud Romanos uſu prolixe *Plin. Hiſt. Nat. l.*33. 1. ubi vide. Atque ab initio quidem, triumphantes tantum, nec hi quidem omnes, aureis utebantur. Mox ad equeſtrem ordinem devenere. Vilioribus geſtare non licebat. Adeoque proprium hoc equitibus ornamentum erat, ut qui à Principe annulo aureo donarentur, in ordinem equeſtrem allecti intelligerentur. *Freinsh.*

k *Phaleræ*] Ornamenta equorum, quibus inter dona militaria, equites ob rem bene geſtam donabantur. *Freinsh.* ex Plin. loc. cit. Qui hoſtem dejecerit, aut ſpolia legerit, duplex jam hinc præmium, diverſum pro genere militiæ. Nam pediti datur Phiala ſive Armilla, equiti Phalera. Phaleræ diſtinctæ à Torquibus. Illæ demiſſæ ad pectus pendebant: Hæ ſtringebant magis & ambibant ipſum collum. Diverſitas etiam in forma, quod illæ planiores & magis jacentes: iſtæ contortæ & ex annulis aut catellis plexæ. Unde ipſæ Catellæ dictæ. *Lipſius*.

l *Paludamenta*] Hæc appellatio propria eſt Imperatoriæ. *Freinshemius*. Nec ſolum Imperatorum erat

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

menta, m prætexta: inde, quod aureo curru quatuor

erat paludamentum, ſed etiam tribuitur aliis militibus. Forma paludamenti erat, ut extrema longitudinis eſſent utrimque anguſta, imis latioribus. Color ejus eximius, & quidem è cocco. Erat etiam album, quo interdum uſi, ſed crebrius cocceo. Imperatores inter vota & immolationes exibant, & tunc veſtem hanc capiebant: quæ profectio etiam celebris eſſe ſolebat frequentia deducentium proſequentiumque. *Lipſius.* Non ſiniſtre ſuſpicari licet Paludamenta hæc aureas fuiſſe Tunicas (quamvis uſus aurei panni, non tam frequens fuerit temporibus illis, quam qui eſt hodie) quibus triumphavit Tarquinius Priſcus, ut monet *Verrius* apud *Plinium.* Accedit ejuſdem huc Plinii authoritas, qui ſe ipſum vidiſſe fatetur Agrippinam Claudii Principis Uxorem, edente eo navalis prælii ſpectaculum, aſſidentem ei indutam *paludamento auro textili, ſine alia materia.* Tacitus, qui Plinium non ſemel ſequitur, non paludamentum; ſed Chlamydem auratam fuiſſe ſcribit: *Ipſe inſigni Paludamento; neque procul Agrippina Chlamyde aurata præſedere.* Annal. 12. cap. 56. Ut ut inter Paludamentum & Auream Chlamydem nihil ſit diſcriminis; nolim tamen idem videri *Auratum eſſe,* & *ex auro dici textili,* nulla alia materie. *Hermannid.*

m *Prætexta*] Hac etiam Hoſtilium uſum ſcribit Liv. 1. 8. *Freinshemius.* Nam ab eo ſella Curulis, & prætexta ſumpta fuit. *Hermannides.*

Hac utebantur pueri uſque ad annum XVII. qui annus tyrocinii dicebatur: Dein puellæ ingenuæ, libertinorum filii, magiſtratus omnes, non modo Romæ, ſed in Coloniis etiam & municipiis: magiſtri vicorum & collegiorum: Sacerdotes, Senatores ludorum Romanorum diebus: & mulieres nonis Caprotinis hac amiciebantur. Prætexebatur purpura ad togæ virilis differentiam, quæ pura dicebatur. Futuræ matresfamilias prætextam depoſuere Propertio teſte. *Blanckardus.* Prætextæ apud Hetruſcos originem invenêre, ut meminit *Plinius.* Eidem ſuffragatur *Strabo lib. Geog.* V. λέγεται δὲ καὶ ὁ θριαμβικὸς κόσμος, καὶ ὑπατικός, καὶ ἁπλῶς ὁ τῶν ἀρχόντων ἐκ Ταρκυνίων δεῦρο μετενεχθῆναι. h. e. *ajunt autem & Triumphalia, & Conſularia, ac omnium fere Magiſtratuum, ex Tarquiniis huc deleta.* Prætexta enim Magiſtratuum erat, ut ſupra docuimus ex Livio, qua utebantur Cenſores, qui erant, velut in apice & culmine dignitatis conſtituti. Monet id *Athenæus Dipnoſophiſtικῶν* XIV. Regnante Romulo, cum, Capitolio à Sabinis capto, collatis in medio foro ſignis, dimicaretur, matronarumque intercurſu inter duas acies prælium fuiſſet poſitum, inter alios honores, datum Matronis ut pueri earum purpura ornarentur prætexta. *Plutarch. in Romulo.* Conſuli poteſt

tuor equis [n] triumphatur, [o] togæ pictæ, [p] tunicæque

& *Macrobius lib.*1. *cap.*6. qui *Plinio* diſpar. Mihi potior authoritas *Plutarchi*, qui Romulum etiam prætexta uſum fuiſſe meminit: licet Plinius voluerit à Tullo demum Hoſtilio, tertio Romanorum Rege, uſum ejus inductum: qui poſtea ad alios abiit magiſtratus. Vide Tacit. Annal. XII. *Hermannides.*

n *Triumphatur*] Hic triumphus curulis fuit, pedeſtri ſpecioſior & ornatior. Honor triumphi fuit illud ſummum & magnificentiſſimum præmium, quo præcellentium Imperatorum, qui res in bello feliciter geſſerant, virtus & fortuna ornari ſolebat. Nemini, niſi qui Dictator, aut Conſul, aut Prætor, res geſſiſſet, licuit triumphare. Triumphum petentes oportebat extra Urbem ſubſiſtere, & ibi decretum integri ſenatus exſpectare. Facto decreto, rogabatur populus, ut eo die, quo triumphus duceretur, imperium triumphanti daret. Pompam quod attinet, hæc ejuſmodi fuit. Imperator triumphali habitu ornatus, armillis ſumptis laurea redimitus, & ramum dextra tenens, populum convocabat, & militibus ſuis, aliis communibus, aliis propriis laudibus ſuis oneratis, pecuniam & ornamenta dividebat, cum armillas aliis, aliis haſtas puras, aliis argenteas, expreſſum viri nomen, ac facinus ferentes, largiretur. Nam ſi quis murum primus aſcenderat, muri: ſi caſtellum expugnarat, caſtelli ſpeciem corona gerebat. Qui autem civem in acie, aut aliter conſervaſſet, quernam coronam accipiebat, cujus honos argenteis & aureis laminis excellebat. Quidam cohortibus etiam univerſis. Spoliorum autem magnam partem militibus diſtribuebant. His peractis, ſacrificio facto, triumphans currum conſcendens orabat Deos, ut res Romanas ſervarent. Tum per portam triumphalem vehebatur. Præcedebant tubicines, canentes modos triumphales, aut claſſicum. Poſt hos ducebantur boves mactandi in ſacrificiis, vittis, ſertiſque redimiti, & aliquando auratis cornibus. His ſuccedebat oſtentatio ſpoliorum, & manubiarum, quæ ſingulari artificio compoſita, partim plauſtris vehebantur, partim geſtabantur ab adoleſcentibus ornatis. Ferebantur & tituli victarum gentium, cum imaginibus victarum urbium: ac fuerunt ſpoliis interdum mixta animalia, antea non viſa, aut mirabiles plantæ ex locis captis aſportata. Succedebant inde, qui ex hoſtibus capti erant, Duces vincti catenis, & poſt illos, ante currum Imperatoris, portabantur coronæ aureæ, ſi quæ ipſi ab urbibus vel Provinciis per legationes eſſent exhibitæ. Tum ipſe Imp. curru ſublimi vehebatur, fulgens veſte triumphali, & redimitus corona laurea, ramumque lauri manu geſtans. Veſtis erat purpurea, auro intexto picta. Hac veſte extra triumphū uti nemini fas fuit. Currum, qui turris rotundæ inſtar conſtructus erat, uſitatè trahebant equi albi. Quidam tamen cervos, vel

que palmatæ : omnia denique decora & inſignia, quibus imperii dignitas eminet.

CAP.

vel leones, vel elephantos junctos habebant. Sub eo loco, cui Imp. inſidebat, ſuſpenſum fuit idolum Faſcini, ut cogitaret ſe hominem eſſe. In ipſo curru miniſter publicus advehebatur, coronam auream, gemmis diſtinctam, ſuſtinens, monens eum, ut reliquum vitæ ſpatium cogitaret, nec eo honore elatus ſuperbiret. Appenſum quoque fuit currui tintinnabulum & flagellum, ut moneretur, & flagris cædi, & capite damnari poſſe. Moris item fuit, ut triumphantium ora minio illinirentur. Dein filiolos pueros & cognatorum virgines in currum adſciſcebat, grandiores vero equis jugalibus imponebat. Currum ſequebatur equitum & peditum exercitus, ſuo quiſque ordine. Ex his, ſi qui coronas aliaque dona ab Imp. acceperant, ea præ ſe ferebant. Cæteri laureati incedebant, cientes lætiſſima voce triumphum, & accinentes triumphalia carmina. Qui ad ſpectaculum confluxerant, induti erant veſtitu mundo, & ut plurimum albo. Procedente pompa, ædes ſacræ fuerunt apertæ. Coronis item ac ſuffitibus repletæ. Ad Capitolium ductus Imp. ſimulatque de foro, verſus illud currum flectere cæpit, hoſtes abduci mandat in carcerem. Cum ventum fuit in Capitolium, Jovi, Junoni, Diis deabuſque aliis gratias agit pro felici bellorum ſucceſſu, rogatque ut res Romanas foveant, protegantque. Tum immolantur hoſtiæ, ſeu victimæ, & dicata Jovi corona aurea, & aliquot pretioſæ manubiæ : clypei & alia monumenta ibi ſuſpenſa. Datum etiam in ipſo Capitolio epulum ſumptibus publicis, & aliquantum pecuniæ plebi viritim diſtributum, cetera relata in ærarium publicum. Atque hoc quidem modo pompa hæc celebratur : cui ſuccedunt ſtatuæ, trophæa, arcus triumphales, atque alia monumenta. *Ex Zonara, Roſa, & aliis Blanckardus.*

o *Togæ pictæ*] Toga picta, veſtis Etruſca fuit, purpurei coloris, auro diſtincta, à triumphantibus geri ſolita, quam, ſubactis Thuſciæ populis, Tarquinius Priſcus Romam tranſtulit. *Macrobius, Plinius*, id non Priſco, ſed Hoſtilio tribuunt. Picta vocabantur, quod in ea figuræ ita fingerentur, ut ea ſpecie ad picturæ ſimilitudinem accederent. Duos Hiſtoriæ memorant, quorum virtuti tributum ſit, ut picta toga, quanquam privati, uterentur, Paulum Æmilium, & Pompejum, *Sigonius &c.* Pingebatur autem acu, ex invento Phrygum, indice Plin. 8. 43. *Freinsh.* Toga hæc picta non Triumphantium tantum fuit, ſed & aliorum; Conſulum ſcilicet & Prætorum. Monet hoc Lampridius in Alexandro, cum in hæc verba ſcribit, *Prætextam & pictam togam nuſquam, niſi Conſul, accepit : & eam quidem, quam de Iovis templo, alii quoque accipiebant, aut Prætores, aut Conſules.* Nam alias Prætores utebantur prætexta, ut monet *La-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

CAP. VI.
De Servio Tullio.

a SErvius Tullius deinceps gubernacula Urbis invadit, b nec obſcuritas inhibuit, quam-

zarus Dayſius. Idem ſubindicat & *Plutarchus* in Cicerone, de Cornelio Lentulo, de quo cum Prætor eſſet, & magiſtratu ſe abdicaſſet, ita ſcribit: στρατηγῶν γὰρ ἐτύγχανε, καὶ τὴν περιπέρφορον ἐν τῇ βουλῇ καταθέμενος, διήλλαξεν ἐσθῆτα τῇ συμφορᾷ πρέπουσαν, h. e. Erat enim Prætor, poſitaque in Senatu *prætexta*, fortunæ ſuæ congruam induit. Vertit Interpres aliter, ſcilicet *purpuream veſtem*. Uter veritatis ſcopum attigerit. Doctorum ſit judicium. Nihil mihi ſumo: Interpreti detraho nihil. *Herman.*

Aurum intexere in Aſia invenit Attalus rex. *Colores* diverſos picturæ intexere Babylon maxime celebravit, & nomen impoſuit. Plurimis vero *liciis* texere, quæ polymita appellant. Alexandria inſtituit: *Scutulis* dividere Gallia. *Plinius ib.* Primitus autem *forma* ſemicirculari fuerunt, ut *Halicarn. lib.* 211, 74. notat: *Amictus ipſius fuit toga picta purpurea, qualem Lydorum atque Perſarum reges geſtarunt: niſi quod non quadrata, ut illa; ſed figura eſſet ſemicirculi. Hoc veſtimenti genus Romani togam, Græci* τήβεννον *appellant*. Pictæ togæ à purpureis ac prætextis differunt. Purpureæ togæ puræ fuerunt, pictæ veræ figuris variis ornatæ. Prætexta erat alba cum limbo purpureo circumducto, aliter quam in togis pictis, *Blanckardus.*

p *Tunicaque Palmata*] Has plerique pro iiſdem habent cum togis pictis: ego autem nuſquam legiſſe memini *togam palmatam*, ſed ſemper *tunicam*, niſi apud *Iſidorum lib.* 19. quem pro idoneo auctore hoc in loco non agnoſco. conſtat autem, quid inter togam & tunicam interſit: imo ſimul geſtari ſolitas indicat *Livius* 30. 15. Præterea ab auctoribus ita curioſe non diſtinguerentur, ſi eædem forent. *Freinsh.* Tunica hæc erit, quam Juvenalis vocat Jovis, de qua dictum ſupra. *Hermannid.*

Hanc merebantur ii, qui de hoſtibus palmam reportaſſent. inde palmata dicitur, *Servio* authore. Præter hæc ornamenta externa accedebat corona aurea, & ſceptrum eburneum, quod in ſummitate aquilæ figuram habebat. *Blanckard.*

---

a *SErvius*] Hic, matre Ocriſia bello Corniculano capta prægnante, apud Tanaquillam Tarquinii uxorem natus eſt, & Servius à matris fortuna vocatus. *Stadius.* Legem de libertate civium tulit. unde

quamvis matre ſerva creatum. Nam eximiam indolem, uxor Tarquinii Tanaquil, liberaliter educaverat: & clarum fore, c viſa circa caput flamma promi-

unde Servius Tullius, à ſervitute tollenda vocari potuit, cum humili conditione natus ipſe, pauperum ſorti tam præclare proſpexerit. *Pigh.* Hic, progreſſu temporis, Tarquinio gener factus, ſoceroque inſidiis filiorum Anci interempto, ſocrus ſuæ auxilio regnum occupat. Ipſe bellum cum Etruſcis XX, ann. geſſit. Belli cauſa à Vejentibus Cæretibus, Tarquinienſibus, qui Etruriæ reliquam partem ad rebellandum ſollicitabant, orta eſt, ut qui factæ pacis cum Priſco rege conditionibus ſtare nollent: eos virtute & armis ita fregit, ut ter de iis triumphum egerit. *Stad.*

b *Nec obſcuritas*] Hæc enim ad ultiora nitenti impedimento eſſe ſolet: quo conſilio Aſtyages, cum ſibi à nepote metueret, filiæ ex gente obſcura tum temporis Perſarum, maritum dedit, *ne paterna maternaque nobilitas nepoti animos extolleret.* Juſtin. I. 4. 4. Quicquid enim virtute, quicquid induſtria profeceris, quia tamen in æquo videre, fortunæ modum exigent. *Ægerrime enim*, ait Dio. lib. 41. *homines tolerant ſibi à ſuis æqualibus anteiri.* Freinshem.

Sic Ægyptum per annos CC. & LX. uſque ad ſuperatum & in furcam actum à Selymo Tomumbeium ſervi tenuerunt. *Zevecotius.* Neque tamen imperia iis contemptæ originis ſunt viliorìſque conditionis, licet cætera digniſſimis, facile permittenda ſunt. Quippe, ad conſervandam & pacem publicam & dignitatem, plurimum facit, obſervatus fortunæ ordo, in quo, ſi boni ſint, origine nobiles ignobilibus, antiqui novis, divites pauperibus regundis merito imponuntur. Neque aliud vel magis deturpavit, vel inviſius reddidit Tiberii Claudii, aliorumque Cæſarum imperium, quam quod, clariſſimis quibuſque viris poſtpoſitis, publicas dignitates ſervis libertiſque mandaverint. *Boxhornius.*

c *Viſa circa caput flamma*] Virgilius ſimile de Julio fingit. Accidit hoc & L. Marcio duci exercituum Cornelianorum, de quo Livius 25. 39. Philoſophi notant ex naturalibus cauſis oriri poſſe hunc ignem: apud Photium certe Bibliothecæ cod. 242. plura recenſet Damaſius, quæ partim prodigiis, partim naturalibus cauſſis accenſeas. ipſum locum adſcribere fas ſit: *Severi equus, quo multum uſus eſt, tractatus, ſcintillas è corpore multas & magnas ejecit, donec portentum hoc ad conſularem dignitatem Romæ eum evexit. Sed & Tiberio aſinus, ut refert Plutarchus Chæronenſis, adhuc juveni, & in Rhodo operam danti eloquentiæ, imperium eodem eventu præſignificavit. Sed & Balemeri, unum ex Attilæ aulicis, de ſuo corpore jeciſſe ſcintillas. Hic Palemeris pater fuit Theodorici ejus, qui nunc ſummum totius Italiæ im-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

promiſerat. Ergo inter Tarquinii mortem, annitente regina, ſubſtitutus in locum regis, [d] quaſi ad tempus, Regnum dolo partum ſic egit induſtrie, ut jure adeptus videretur. Ab hoc populus Romanus relatus in [e] cenſum, digeſtus in claſſes, curiis atque

perium tenet. Dicit autem etiam de ſe ipſo autor: ut etiam mihi, cum & induor & exuor, etſi id raro admodum accidit, accidit tamen, ut ſcintillæ ingentes exiliant, aliquando cum ſonitu, interdum etiam flammâ integrâ veſtem illuſtrent, nihil tamen exurant; & ſe ignorare quo portentum hoc tenderet. Vidiſſe ſe ait & hominem quendam è capite ſcintillas evibrantem, & flammam, cum vellet, è capite aſperiore veſte attrito excitantem. Cæterum ſicut ignis clarus eſt & ſplendidus; ita claros etiam futuros, quibus eveniunt, talia prodigia oſtendunt. Eadem ratione apud Dionyſ. 5. 45. Romani cum arſiſſent, λαμπρὰν νίκην, *ſplendidam victoriam* ſibi portendi interpretantur. Ita *illuſtria Macedonum caſtra* Dario *viſa*, fulgorem Alexand. portendere augurantur quidam apud Curt. 3, 3. 6. *Freinsh.*

d *Quaſi ad tempus*] Dum nempe Rex convaleſceret, cujus mors tegebatur, donec Servio confirmaretur poteſtas. Simile exemplum *Calligenis*, qui mortem Philippi celavit, dum Perſeus regnum invaderet, apud Liv. 40. 59. *Mechemetis Baſſa*, qui Solymanni obitum preſſit, donec ad Selimum de occupando regno literas daret, apud Thuan. Hiſt. lib. 38. adde Juſtin. 30. 2. *Freinshemius.*

Cum nondum in Superbum omnium ſtudia inclinarent, regnum invaſit Servius, & primum tanquam tutor liberorum Priſci, ne injuria & invidia animos vulgi turbaret: poſt eum illi pax eſſet, ut legitimus Princeps regnavit. *Zevecotius.* Politicæ prudentiæ eſt ſubditis maturè de Succeſſore proſpexiſſe. Quod ſi uſus non ferat, & res ſit hæreditaria, mortem defuncti Principis prudenter diſſimulare donec occulta ſint firmata. Exempla faciunt, *Livia* apud *Tacit. Annal.* 1. *cap.* 5. quæ *acribus cuſtodiis domum & vias ſepſerat*: dein *lati interdum nuntii vulgabantur, donec proviſis, quæ tempus monebat, ſimul exceſſiſſe Auguſtum, & rerum potiri Neronem, fama eadem tulit.* Non diſſimile factum fuit *Agrippinæ*, defuncto Claudio, ut imperium filio ſtabiliret Neroni, apud eundem. *Annal.* 12. *cap.* 60. Hermannides.

e *Cenſum*] Atque ita capita civium omnium numerata, & bona æſtimata ſunt, pro diverſa opum unicujuſque, & ætatis, & artium officiorumque ratione inſtituta. In eo militaris ordinis exemplum regem ſequutum crediderim, quo omni caſtrenſium multitudine in legiones, cohortes, manipulos, centu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

que [f] collegiis diſtributus : ſummaque regis ſolertia ita eſt ordinata reſpublica, ut omnia patrimonii, digni-

	CLASSES CIVIUM	CENSUS CLASS.	CENTURIÆ CLASS.
Populus in ſex claſſes pro diverſitate opum diſtributus eſt, & claſſes ſingulæ in Centurias; & harum aliæ Seniorum, aliæ Iuniorum.	I. ditiſſimorum	C ∞	LXXX. Senior. XL. Iunior. XL. His additæ, XVIII. Equitum, & Fabrum inſuper duæ.
	II. Ditiorum	LXXV ∞	XX. Senior. X. Iunior. X.
	III. Divitum	L ∞	XX. Senior. X. Iunior. X.
	IV. Mediocrium	XX ∞	XX. Senior. X. Iunior. X. His additæ duæ tibicinum, ut vult Dionyſius.
	V. Modicorum	XI ∞	XXX. Senior. XV. Iun. XV.
	VI. Tenuiſſimorum.	XI ∞	I. Hæc immunis erat à militia & tributis, ad quæ priorum claſſium Centuriæ tenebantur.

centurias diſtributa, facilius in omnes imperium derivatur. Formam omnem diſtributionis iſtius in claſſes & centurias Livius ac Dionyſius diligenter tradidere, qui tamen in numero centuriarum nonnihil inter ſe diſſentiunt. Nos eos ſequuti tabellam confecimus, quam ſupra exhibemus.

Centuriæ igitur CXCIII fuere. At ſupra fidem alicui poſſit videri, cum pauci fuerint ditiſſimi, plures mediocris fortunæ, plurimi autem tenuiſſimæ, ac proinde horum tanta multitudo in plures centurias, quam ditiſſimorum, illud modicū corpus, diſpeſci potuerit; ditiſſimorum tamen hic plures, quam cæterorum Centurias recenſeri. Verum Centuriæ ſingulæ ditiorum ex multo minori civium numero conſtitere, quam illæ hominum inferioris conditionis. Cauſa vero hujus inſtituti non una fuit. Prima, ut in ferendis ſuffragiis de Rep. ditiſſimi reliquos ſuperarent. Cum enim in Comitiis centuriatis ſingularum Centuriarum ſingula valerent ſuffragia, & ditiſſimorum, illis Equitum & Fabrum additis, Centuriæ eſſent C. ac idcirco tot ſuffragia, quivis videt adverſus horum conſenſum, nihil potuiſſe reliquas claſſes, utpote quarum Centuriæ conjunctæ non eſſent, niſi numero XCIII. nec niſi totidem vota conficerent. Altera, ut tributorum onera maxime in ditiſſimos inclinarentur. Tertia, ut militiæ gerendæ onus in eoſdem derivare-

 tur.

dignitatis, ætatis, artium, officiorumque diſcrimina in tabulas referrentur; ac ſic maxima civitas minimæ domus diligentia contineretur.

CAP. VII.
De Tarquinio Superbo.

POſtremus omnium fuit regum Tarquinius, cui cognomen [a] *ſuperbo* ex moribus datum. Hic [b] regnum quod à Servio tenebatur, [c] rapere maluit, quam expectare; immiſſiſque in eum percuſſoribus, ſcelere

tur. Quam autem ea res ardua ac ſumptuoſa fuit, inde patet, quod, civibus in bellum ire juſſis, nulla tum ſtipendia perſolverentur. Ut autem à laboribus militiæ Claſſis ſexta civium tenuiſſimæ fortunæ immunis haberetur, non ideo modo placuit, quod ſine ſtipendiis in hoſtem hi haud potuerint educi; ſed etiam quod conſultiſſimum fuerit, infimam illam plebem ab armis abſtinere. Orborum, viduarumque fortunas à cenſu tum excluſas, nec earum nomine tributa tum exacta fuiſſe, ex Livio manifeſtum eſt. Cujus favoris beneficium nulli idoneæ rationi inniti exiſtimamus. *Boxhornius.*

f *Collegiis*] Diſſentiunt à noſtro *Plutarch. Numa cap.* 31. & *Plinius* 34. 1. & 35. 12. qui Numæ inſtitutum hoc tribuunt. *Freinſh.*

---

a *SUperbo*] Cognominis hujus rationem reddit Livius 1. 49. quod inſepultum ſocerum abjecerit: meliorem noſter, quoniam ſuperbe vixit & imperavit. *Freinſhemius.*

Metuebat forte, ne, ſi funus pompa regia per Urbem duceretur ſolemnibus cæremoniis, mota deſiderio Tullii plebs forte ſeditiones concitaret, atque impetum in ſe ſuoſque faceret; ut multis ſæculis poſtea, Julio Cæſare occiſo contigit. *Pighius.*

b *Regnum avitum*] Indicat igitur Tarquinium hunc nepotem fuiſſe Priſci. alii filium ejus faciunt: inter quos Livius 1. 47. Plutarch. Poplic. cap. 21. filium an nepotem Priſci appellet, ambigit. *Freinſhemius.*

c *Rapere maluit*] Sic Selymus Bajazethem patrem primum regno, poſt, oblato veneno, exuit vita. *Zevecotius.* Inſigne hujus rei exemplum quoque

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

lere partam poteſtatem [d] non melius egit, quam acquiſierat. Nec abhorrebat moribus uxor Tullia, quæ, ut virum regem ſalutaret, [e] ſuper cruentum patrem, vecta [f] carpento, [g] conſternatos equos egit. Sed ipſe [h] in Senatum cædibus, in omnes [i] ſuper-

que eſt apud *Tacit. Annal.* 1. *cap.* Tiberii, qui cum metueret Germanicum, quem ante deoptaverat, eundem, inopinato, ut creditur, ſuſtulit veneno. *Hermannides.*

d *Non melius egit, &c.*] Ita ſolet fieri. *Nemo enim unquam imperium flagitio quæſitum bonis artibus exercuit.* Tac. 1. 30. nam plerumque *imperium iis artibus retinetur, quibus initio partum eſt.* Salluſt Cat. 2. 5. Qui enim bonis artibus ad regna pervenere, iiſdem etiam ſubditorum animos retinere gaudent; qui diverſa irrupere via, quoniam caritatem civium promittere ſibi non poſſunt, metu & terrore, ſolitis tyrannidi vinculis exprimunt obſequia. Seneca de clem. 1. 15. *ſcelera ſceleribus tuenda ſunt.* Rariſſimum enim eſt, ut *regnum dolo partum, ſi agatur induſtrie, jure acceptum videatur.* Freinsh.

e *Super cruentum patrem*] Immanitas incredibilis; ſed non tamen ſine exemplo, legimus enim & apud Juſtin. 41. 6. *Eucratides à filio, quem ſocium regni fecerat, in itinere interficitur: qui, non diſſimulato parricidio, veluti hoſtem, non patrem interfeciſſet, & per ſanguinem ejus currum egit, & corpus abjici inſepultum juſſit.* Gruterus. *Inhumanum inde traditur ſcelus, monumentoque locus eſt: ſceleratum vicum vocant, quo amens Tullia per patris corpus carpentum egiſſe fertur.*

f *Carpento*] Carpentum quaſi Carmentum dicitur à Carmenta Evandri matre. Hinc Ovidius l. 1. Faſtorum.

Non prius Auſonias matres carpenta vehebant,
Hæc quoq; ab Evandri dicta parente reor.

Erat vehiculum quod muli juncti trahebant. Unde Homerus I. ω

Πρόσθε μὲν ἡμίονοι ἕλκον τετράκυκλον ἀπήνην.

Horum uſus non domi tantum; ſed & in militia fuit, ut ex *Livio* diſcere licet. Sunt & carpenta quædam quæ Vopiſcus judicialia appellat, de quibus Imperator Juſtinianus in Novella LXX. Cap. I. ὥστε τῆς ἐλευθερίας ἀπολαύσῃ, ὥστε ἀπήνῃ τῆς ἐπιχρύσοις. *Blanck.*

g *Conſternatos*] adeo ut auriga, jubente Tullia, vi debuerit per cadaver agere. *Dionyſius.*

h *In Senatum cædibus*] Rationem hujus facti reddit Livius 1. 49. Nam cum ſenatus ex optimis & ditiſſimis civibus conſtaret, hunc præcipue ſublatum voluit, tam ut eorum præda diteſceret, quam ut metum ſibi ab iis demeret, denique ut facilius orbæ reip. dominaretur. *Regi-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

i ſuperbia, quæ crudelitate gravior eſt bonis, graſſatus: quum k ſævitiam jam domi fatigaſſet, tandem in hoſtes converſus eſt. Sic valida oppida in l Latio capta ſunt, m Ardea, n Ocriculum, o Gabii, p Sueſſa

Regibus enim ſemper boni, quam mali, ſuſpectiores ſunt, ſemperque his aliena virtus formidoloſa eſt, ait Salluſt. Cat. 7. 2. ita Græcinum Julium *C. Cæſar occidit ob hoc unum, quod melior vir eſſet, quam eſſe quemquam tyranno expediret*, apud Senec. de Benef. 2. 21. & Tiberius Arruntium *divitem, promptum, artibus egregiis, & pari fama publice ſuſpectabat*. apud Tac. 1. 13. Tertiam rationem quod attinet, eo facit Hannonis conſilium apud Juſtin. 21. 4. qui ſenatum interfecturus erat, *ut orbam remp. facilius invaderet*. Freinshemius.

i *Superbia*] Plerumque in magnis ille *contemptor animus, & ſuperbia, commune nobilitatis malum*. Saluſt. Jugurt. Sed Princeps temperet, ſciatque *Modeſtiæ famam neque ſummis mortalium aſpernandam, & à Diis æſtimari*. Tacit. xv. Annal. Cur autem inſoleſcat? *Non minus hominem ſe, quam hominibus præeſſe cogitet*. Plinius paneg. Sceptrum, aut opes, faciunt animos? Miſer & vane. *Cuncta mortalium incerta: quanto plus adeptus ſis, tanto te magis in lubrico cenſeas*. Tacitus I. Annon ruinæ præcipiti obnoxia regna? *Vidi cruentos carcere includi duces, Et impotentis terga plebeja manu ſcindi Tyranni*. Lipſius.

k *Sævitiam*] *Talis autem fuit*. Cognitiones capitalium rerum, ſine conſiliis per ſe ſolus exercebat: perque eam cauſam occidere, in exilium agere, bonis multare poterat. Traditum à prioribus regibus morem de omnibus Senatum conſulendi ſolvit. domeſticis conſiliis Rempublicam adminiſtravit. bellum, pacem, fœdera, ſocietates, per ſe ipſe cum quibus voluit, injuſſu populi ac Senatus, fecit, diremitque. *Livius*. lib. 1. cap. 49.

l *Latio*] Atqui nulla ſubjectarum urbium Latina, præter Gabios. Apparet igitur Florum non ſtricte vocabulo *Latii* uſum fuiſſe; ſed, quomodo poſterioribus temporibus conſuevit, ut vicini etiam populi comprehenderentur: qua ratione *ſocii Latini nominis* appellati creberrime apud auctores, non Priſci tantum Latini, ſed Italorum plerique. *Freinsh.*

m *Ardea*] Sed hæc oppugnata tantum ab ipſo, nec capta eſt, teſte Dionyſ. extremo lib. 4. Liv. extremo l. 1. nam in obſidione iſta conſpiratio adverſus ipſum facta eſt. *Freinsh.* Hanc urbem omnino in Latio ponit *Carolus Stephanus*. Fuit Turni & Rutulorum regia. Diſtabat quinque milliaribus Germanicis verſus ortū ab urbe. Belli cauſam prætexuit quod Romanos exules excepiſſent, eoſque reducere in patriam conarentur; ſed revera inhiabat opulentiſſimæ urbis divitiis. *Stadius*.

n *Ocri-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

p Sueſſa Pometia. Tum quoque cruentus in ſuos. neque enim filium verberare dubitavit, ut q ſimulanti transfugam, apud hoſtes hinc fides eſſet. Cui Gabiis, ut voluerat, recepto, atque per nuncios conſulenti *quid fieri vellet?* r eminentia forte papaverum

n *Ocriculum*] Urbs eſt Umbrorum ad Tiberim via Flaminia: Stephano ὀκρίκολα. Urbs eſt Tuſcorum. Diſtat oppidum ab Urbe verſus Septentrionem 22000. paſſuum. *Stadius.*

o *Gabii*] Volſcorum urbs opulentiſſima. Diſtabat ab urbe verſus orientem viâ Præneſtinâ centum ſtadiis. *Strabo.*

p *Sueſſa Pometia*] De hac intelligendus Plinius 7.16. ubi loquitur de iis, qui naſcuntur cum dentibus. *In fœminis ea res inauſpicati fuit exempli, regum temporibus. Cum ita nata eſſet Valeria, exitio civitati in quam delata eſſet, futuram, reſponſo aruſpicum vaticinante, Sueſſam Pometiam illa tempeſtate florentiſſimam, deportata eſt, veridico exitu conſecuto.* Gruter. Erat urbs Volſcorum ultra Livium fluvium in Vulturum ſita, ab urbe diſtabat 85000. paſſuum. Hanc diripuit *Superbus*, atque ex ejus manubiis pecuniam fecit XL. talentorum, teſte *Livio*, hoc eſt, ut nunc computamus, 21060. coronatorum. Summa, quam Dionyſius nuncupat, omnem fidem excedit. *Aurunci* direptam & ſpoliatam à Superbo iterum munierunt, deductis in eam colonis: unde Sueſſa Auruncana deinceps nomen habuit. Denuo tamen à Romanis capta, & crudeliter habita eſt, Coſſ. Sp. Caſſio, & Virginio, anno V. C. CCLII. *Stad.*

q *Simulanti transfugam &c.*] Transfugis non temere credendum eſt. Uti enim qui bona fide contrarias partes elegit, multum ſolet prodeſſe; ita qui mala, multum ſæpe poteſt nocere. Fraus in parvis fidem ſibi præſtruit, ut, cum operæ pretium eſt mercede, magna fallat, *Livius lib.* 28. Zopyrus apud *Juſtinum lib.* 1. Babylonem Dario prodidit. Apud *Florum lib.* III. II. in Cannenſi prœlio Annibal per ſimulatos transfugas terga Romanorum cecîdit, & Craſſus dum Mararæ Syro temere credit, ab eo in mediam camporum vaſtitatem deductus, una cum exercitu undique hoſti expoſitus, miſere periit. *Zevecotius.*

r *Eminentia forte pap. cap. &c.*] Conveniunt omnes præter Ovid. qui dicit liliorum capita excuſſiſſe. Ad rem quod attinet, imitatus eſt hoc facto Tarquinius Thraſybulum Mileſium, ut refert Dionyſ. 4. 63. Simile eſt quod Aventinus propius ab initio libri quarti, de Caroli filio naturali Pipino, recenſet. qui legatis patris, juſſu ejus, conſilium poſcentibus, quomodo conjurati puniendi forent, cum forte hortum repurgaret: *nihil opus eſt verbis,*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

rum capita virgula excutiens, quum per hoc interficiendos eſſe principes intelligi vellet, ſ quæ ſuperbia!) ſic reſpondit. Tamen de manibus t captarum urbium u Templum erexit; quod quum inauguraretur, cedentibus x cæteris Deis (mira res dictu) reſtitêre y Juventas, & z Terminus. Placuit

verbis, ait, herbas inutiles radicitus extirpo, ut fruges bonæ creſcant, ite & renunciate regi, quæ facio. Freinsh.

ſ *Quæ ſuperbia!*] Multis in locis hac loquendi figura auctor utitur, ut infr. 3. 4. (*ſimili prodigio!*) 3. 5. (*quanta felicitas!*) 4. 2. (*ô ſecuritas!*) Quod autem ſuperbiæ hoc adſcribit Flor. magis ex odio quodam adverſus cæteram regis ſuperbiam, quam ex vero agit. Prudentiæ enim potius adſcribendum fuerat, ne cognitum miniſtro conſilium per eundem proderetur. Alias enim ſuperbiæ ſignum eſſe nemo ambigit. Idque innuit apud Livium 42. 40. Q. Marcius, non reſpondere; ut viliſſimum illud mancipium Pallas, *nihil unquam, niſi nutu aut manu ſignificet, vel, ſi plura demonſtranda ſint, ſcripto utatur, ne vocem conſocies. Tacit.* 13. 23. Freinshemius. Neſcio annon prudentiam dixerim? Cum ſecretiora Principum conſilia non ſatis caute tegi poſſint, aut tuto verbis communicari. Proximum ſiquidem inde periculum, ſi diu mente agitata inconſulte aut male fidis palam fiant. In exempla non eo, quæ paſſim occurrunt. *Hermannides.*

t *Captarum urbium*] Dionyſ. 4. 57. Livius 1. 53. Tacitus H. 3. 72. unius Sueſſæ Pometiæ ſpoliis id factum aſſerunt. Apiolarum manubiis Plinius 3. 5. ex Antiate. Ea autem ſpolia cum vix ad fundamenta ſuffecerint; (ut Livius quidem computat) Florus autem de erecto templo loquatur, conſulto de pluribus urbibus locutus eſt. *Idem.*

u *Templum*] Capitolium. Ut avi ſui vota perſolveret. Nam ille cum Sabinis dimicans, ſi pugna illa vinceret, Jovi: Junoni. Minervæque templa voverat. *Dionyſ. teſte.* Templum hoc in monte Tarpejo extructum fuit, ac Jovi dicatum, ut *Livius* tradit. Lib. 4. c. 53. & 55. *Blanckhard.*

x *Cæteris Deis*] Inter principia condendi hujus operis, moviſſe numen ad indicandam tanti imperii molem traditur Deos: nam quum omnium ſacellorum exaugurationes admitterent aves, in Termini fano non addixere. *Liv. l. 1. c. 55.*

y *Iuventas*] Ovid. ſolum reſtitiſſe *Terminum* meminit, Faſt. 2.

Terminus, ut memorant veteres, inventus in æde
Reſtitit, & magno cum Iove templa tenet.

ſicut & Livius 1. 55. quamvis 5. 54. mentionem etiam illius faciat. Juventæ etiam meminit Dionyſ. 3. 52. tertium

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

cuit [a] vatibus contumacia numinum. ſiquidem firma omnia & æterna pollicebantur. Sed illud horrendum, quod molientibus ædem, in fundamentis [b] humanum repertum eſt caput. nec dubitavêre cuncti, monſtrum pulcherrimum, imperii ſedem, caputque terrarum promittere. Tamdiu ſuperbiam regis Populus Romanus perpeſſus eſt, [c] donec aberat

tertium Martem adjicit Auguſtinus de Civit. Dei. 4. 23. *Freinsh.* Dea eſt quæ poſt prætextam excipit juvenilis ætatis exordia. Græcis *Hebe*, Junonis filia, pocillatrix Jovis, Herculis Uxor. De hac multa *Torrentius ad Hor. lib.* 1. *Carm. Od.* 20. Ex Rup. *Herman.*

z *Terminus*] De hac re perantiquum ænigma extat apud A. Gell. 12. 6.

Semel minuſne, an bis minus ſit, neſcio,
An utrumque eorum, ut quondam audivi dicier,
Iovi ipſi regi noluit concedere.

Cæterum ſimilis ſcirpus eſt in fine vitæ M. Antonini Philoſophi, apud Julium Capitolinum, de Tertullo Fauſtinæ adultero, *de quo mimus in ſcena, præſente Antonino, dixit, cum ſtupidus nomen adulteri uxoris à ſervo quæreret, & ille diceret ter,* Tullus, *& adhuc quæreret, reſpondit ille*, jam dixit ter tullus dicitur. *Freinsh.*

a *Vatibus*] Vates intelligit, qui in urbe erant, quoſque ad eam rem conſultandam ex Etruria acciverat. *Livius.*

b *Humanum repertum eſt caput*] De hac re & quomodo Olenus Calenus augur, fatum illud in ſuam gentem trahere ſit conatus, vide Dionyſ. 4. 66. Plin. 28. 2. Servium Æn. 8. 345. Caput autem illud *Toli* cujuſdam fuiſſe, & inde *Capitolium* nominatum, ex monumentis vetuſtiorum refert *Arnobius* contra gentes lib. 6. Ita in fundamentis Carthaginis caput bubulum, mox equinum inventum, bellicoſam potentemque fore ſignificavit, apud Juſtinum 18. 5. Omnia enim ex ſimilitudine rerum interpretabantur veteres. Ita vultures *aſſuetæ ſanguine & præda aves bellatricem fore*, quam conderet urbem, Romulo ſpoponderant, ſupra 1. 1. ita Servium *clarum fore viſa circa caput flamma promiſerat.* ſupra 1. 6. Ita Carthaginenſibus bellatoris equi caput virtutem bellicam. Romanis autem humanum caput, imperium orbis præſagiit, cum omnia homo regat, hominem autem caput. *Freinshemius.* Fuit autem recens occiſi hominis caput, quod & facie vivo erat ſimile, & calido etiam tum recentique ſanguine manabat. *Dyonyſ.*

c *Donec aberat libido*] Injuria quæ fœminis infertur graviſſima, minimeque tolerabilis habita ſemper fuit. Plures enim ob libidinem vita & dignitate privati occurrunt, quam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

erat libido. hanc ex [d] liberis ejus importunitaten tolerare non potuit. Quorum quum alter ornatiſſimæ fœminæ [e] Lucretiæ ſtuprum intuliſſet, matrona dedecus ferro expiavit: [f] Imperium tum regibus abrogatum.

CAP.

quam ob tyrannidem: maxime quia tyrannum ſubditi timent, ideoque ægrius contra eum conſpirant; at cum libidinoſos, viles & puſillanimes eſſe omnes exiſtiment, grande ad contra eos conjurandum momentum addit contemptus. Multa *Ariſtoteles l.* v. *Pol.* 10. adducit exempla, nec ſæcula viderunt pauciora. *Zevecotius.*

d *Liberis*] Sextum Tarquinium intellige potiſſimum.

e *Lucretiæ ſtuprum*] Cum Ardeam obſideret Tarquinius, primoribus ſatis liberi commeatus erant. Regii quidam juvenes interea conviviis otium terebant. forte potantibus his apud S. Tarquinium, ubi & Collatinus, Lucretiæ maritus, cænabat, incidit de uxoribus mentio. Collatinus negat verbis opus eſſe, paucis id quidem horis poſſe ſciri, quantum cæteris præſtet Lucretia ſua. Omnes citatis equis advolant Romam, perguntque inde Collatiam, ubi Lucretiam, nocte ſera deditam lanæ, inter lucubrantes ancillas ſedentem, inveniunt. Muliebris certaminis laus penes ipſam fuit. Victor maritus invitat regios juvenes. Ibi S. Tarq. libido Lucretiæ per vim ſtuprandæ capit. Poſtea cum comite uno Collatiam venit. ubi in hoſpitale cubiculum deductus, ac amore ardens, ſtricto gladio ad dormientem Lucretiam venit, ac obſtinatam pudicitiam minis variis vicit. *Ita fere Livius. lib.* 1 *c.* 58. Mirabile dictu, duo fuerunt, & adulterium unus admiſit. Vos appello leges judiceſque Romani. Si ad veſtrum judicium quiſquam deferret hoc crimen, vobiſque probaretur, non ſolum indemnatam, verum etiam caſtam & innocentem interfectam eſſe mulierem, nonne eum, qui id feciſſet, ſeveritate congrua plecteretis? Hoc fecit illa Lucretia, illa ſic prædicata Lncretia. Lucretia caſtam Lucretiam interemit. *Ita Auguſt.* Unde patet tantum infamiæ pudenda ignaviſſimaque morte promeruiſſe, quantum gloriæ & exiſtimationis pudicitia conſervata potuiſſet obtinere. *Blanckardus.*

f *Imperium &c.*] Diem quo Reges Roma pulſi ſunt, qui *Regifugium* dicebatur, bis quotannis Romæ celebrabant, ſeptimo ſcilicet Cal. Mart. & undecimo Cal. Jul. auctor Ovid. 2. & 5. Faſtor. Pulſus autem fuit regno Tarquinius 7. Cal. Mart. ex 2. Faſtor. Advertendum autem ſerpentem latraſſe, quum pulſus eſt, apud Plin. 8. 41. *Camers.* Regnatum Romæ ab V.C. uſque ad liberatam annos CCXLIV. *Livius. lib.* 1. *cap.* 60.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

CAP. VIII.

Anacephalæoſis de ſeptem regibus.

HÆc eſt prima ætas Populi Romani, & quaſi infantia, quam habuit ſub regibus ſeptem, quadam fatorum induſtria, tam variis ingenio, ut reipublicæ ratio & utilitas poſtulabat. Nam quid Romulo ardentius? tali opus fuit, ut invaderet regnum. Quid Numa religioſius? ita res popoſcit, ut ferox populus Deorum metu mitigaretur. Quid ille militiæ artifex Tullus, bellatoribus viris quam neceſſarius? ut acueret ratione virtutem. Quid ædificator Ancus? ut urbem colonia extenderet, ponte jungeret, muro tueretur. Jam vero Tarquinii ornamenta & inſignia quantam principi populo addiderunt ex ipſo habitu dignitatem? Actus à Servio cenſus quid effecit, niſi ut ipſa ſe noſſet Reſpublica? Poſtremo Superbi illius importuna dominatio nonnihil, immo vel plurimum, profuit. Sic enim effectum eſt, ut agitatus injuriis populus, cupiditate libertatis incenderetur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

CAP. IX.

De mutatione Reipublicæ.

EGitur [a] Bruto [b] Collatinoque ducibus, & auctoribus, quibus ultionem ſui moriens [c] matrona mandaverat, Populus Romanus ad vindicandum libertatis ac pudicitiæ decus, quodam quaſi inſtinctu deorum concitatus, regem repente [d] deſtituit, [e] bona diripit,

a *Bruto*] Cognomentum hoc traxit à ſimulata ſtultitia; cum verum ei nomen L. Junio eſſet. *Freinsh.* Fuit autem Marci Junii filius, ex Tarquinia regis Superbi ſorore natus. *Stadius.* Cum enim ob opulentiam, occiſo patre & fratre, ſibi quoque à Tarquinio metueret, ſub hac perſona latuit, donec, capta occaſione, prorumperet. Cum enim ſuſpecta ſit Tyrannis nobilium alacritas, & erectum ingenium, ut ſupra 1. 7. monuimus, nonnulli, ut loquitur Senec. *in contemptu remedii cauſſa delituerunt.* Sicut hic noſter, ut & Archelaus Cappadox apud Dion. non longe à fine lib. 57. Dionyſius Corinthi apud Plut. Timoleonte cap. 19. & Juſtin. 21. 5. Solon apud Cicer. de offic. 1. 30. ut & de ſe teſtatur, forte immerenter, Claudius Cæſar, apud Sueton. cap. 38. *Freinsh.*

b *Collatinoque*] Tarquinius Egerii filius hic fuit, ita appellatus à Collatia oppido Latino, ubi plurimum morabatur.

c *Matrona mandaverat*] *Date dextras fidemque*, inquit Lucretia, *haud impune adultero fore. Sextus eſt Tarquinius, qui hoſtis pro hoſpite priore nocte vi armatus mihi ſibique, ſi vos viri eſtis, peſtiferum hinc abſtulit gaudium. Vos*, inquit, *videritis quid illi debeatur: ego me, etſi peccato abſolvo, ſupplicio non libero: nec ulla deinde impudica, Lucretiæ exemplo, vivet.* Livius lib. 1. c. 58.

d *Deſtituit*] Oratione Bruti quam in foro habuerat, concitatus. Hic enim de vi ac libidine S. Tarquinii, de ſtupro infando Lucretiæ, ac miſerabili cæde, de orbitate Tricipitini, varie diſſerebat. Indignam Servii Tullii retulit cædem, & invectam corpori patris nefando vehiculo filiam. *Livius* Lib. 1. cap. 28.

e *Bona diripit*] Juſſu ſcilicet & inſtinctu Patrum, *ut* nempe *contacta regia præda omnem in perpetuum ſpem pacis cum his amitterent*; ita enim obligandi ſunt mobiles animi, & quorum pænitentia metuitur: ita Jugurtha apud Salluſt. *id modo feſtinabat, Bocchi pacem im-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

ripit, [f] agrum Marti ſuo conſecrat, imperium in eoſdem libertatis ſuæ vindices transfert, mutato tamen & [g] jure, & nomine. Quippe ex perpetuo annuum placuit, ex ſingulari duplex: ne [h] poteſtas

minuere, ne, moras agitando, aliud quam bellum mallet. ita Rex Veientium juſſis occidi Romanis legatis, *obſtringi Fidenatium Pop. ne reſpicere ſpem ullam ab Romanis poſſet conſcientia tanti ſceleris, voluit.* apud Liv. 4. 17. & apud eundem 44. 27. Perſeus Gentium *aſſidue ad laceſſendos hoſtili facto Romanos ſtimulat.* Sic apud Tacit. H. 4. 70. *Valentinus ac Tutor in arma Treviros retrahunt, occiſis Herennio ac Numiſio legatis, quo minore ſpe veniæ creſceret vinculum ſceleris.* Eadem de cauſſa apud eundem Tacit. 3. 42. Florus *pellexit alam equitum, ut cæſis negotiatoribus cum Romanis bellum inciperet.* Ita Aſdrubal ultimus Carthaginenſium Imp. in captivos Rom. crudeliter ſævìit, *ne Carthaginenſibus ullam ſpem pacis à Romanis impetrandæ relinqueret*, apud Appian. de bel. Punic. propius à fine. Notat autem Livius epit. 67. 3. ab hoc ad C. uſque Cæpionem, nullius magiſtratus Romani bona publicata. *Freinsh.* Vide *Tacit. Ann.* 3. *cap.* 41. & *lib.* 4. *Hiſt. cap.* 7. *Diodor. Sicul. lib.* 1. *cap.* 21. *Polyb. lib.* 1. *capp.* 20. 79. 80. Hermann.

f *Agrum Marti ſuo conſecrat*] Unde Campus Martius, de quo præter alios Strabo lib. 5. Dicit autem *Marti ſuo*, quia conditor urbis originem ad eum referebat. *Idem.* Campus Martius antea etiam Marti ſacer erat, *teſte Dionyſio libro quinto*; ſitus inter Urbem & Tiberim, antea ſemper pratum fuerat, equis & juventuti exercendæ accommodatus: id Tarquinius contempta religione, coluerat. Coſſ. quidquid frumenti jam maturi erat, juſſerunt collectum in Tiberim effundi: hinc inſula frumenti ſtipularumque putredine, & ex cæterarum rerum alluvione nata eſt Æſculapio ſacra. *Stadius.*

g *Iure*] Minus bene Livio teſte, *lib.* 2 *cap.* 1. *libertatis originem inde magis, quam quod diminutum quicquam ſit ex regia poteſtate, numeres. Omnia jura, omnia inſignia primi Coſſ. tenuere. id modo cautum eſt, ne ambo faſces haberent, duplicatus terror videretur.* Idem tradit *Cicero lib.* III. *de leg. Regio. Imperio. Duo. Sunto. &c.* munus igitur potius quam jus mutatum fuit. Nota Auguſti prudentia, *qui cuncta diſcordiis civilibus feſſa, nomine Principis ſub imperium accepit.* Blanck.

h *Poteſtas*] Pari poteſtate creati ſunt ambo Coſſ. eo conſilio, ut alter collegam ſuum, ſi quid præter jus aut fas moliretur, æquali imperio coërceret. *Annuus* fuit *magiſtratus*, ne diuturnitate inſoleſcerent, juſtoſque ſeſe in conſulatu civiumque ſtudioſos præberent, memores, anno exacto, capti magiſtratus, ut privatis, judicium eſſe

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

ſtas [i] ſolitudine vel [k] mora corrumperetur: [l] *Conſuleſque* appellavit pro regibus, ut conſulere ſe civibus ſuis debere meminiſſent. [m] Tantumque libertatis

ſubeundum. *Stadius.* Adde quod *Cicero* dixit *Orat. poſt redit. ab Exilio ad Senat.* Conſulem unum non ſæpe, non ſæpe reperiri improbum, duos vero nunquam, excepto illo Cinnano tempore. Idem repetitur in *Orat. pro Domo ſuâ.* Conferri juxta huc poſſunt quæ addunt *Ammian. lib.* 14. de Conſilio eorum qui Conſtantio Imperatori diſſuaſerunt, ut Gallum Cæſarem ad ſe evocaret; ne Urſicino ſolo in Oriente relicto, nemo eſſet, qui prohiberet altiora meditantem. Item quæ *Iuſtinus* refert *Lib.* 2. *cap.* 15. de Ariſtide, & ejuſdem Collega. *Hermannides.*

i *Solitudine &c.*] Salluſt. Catil. cap. 6. in fin. *annua imperia, bonoſque imperatores ſibi fecere, eo modo minime poſſe putabant per licentiam inſoleſcere animum humanum.* Imitatus hoc C. Cæſar, Africam in duas partes diviſit apud Dion. lib. 59. *Freinsh.*

k *Mora corrumperetur*] Verum enim eſt iſtud Mamerci apud Livium 4. 24. *maximam libertatis cuſtodiam eſſe, ſi magna imperia diuturna non eſſent, & temporis modus imponeretur, quibus juris imponi non poſſet:* & illud Latronis apud Senec. 7. controv. ult. *Nihil tam utile, quam brevem poteſtatem eſſe, quæ magna ſit.* ita cum *ordo Iudicum Carthagine dominaretur, eo maxime, quod iidem perpetui judices erant;* Annibal *legem promulgavit, ut in ſingulos annos judices legerentur, ne quis biennium continuum judex eſſet.* Idem Livius 33. 32. Adde Valer. Max. 4. 1. 3. & hoc eſt illud Taciti 6. 48. *vi dominationis convelli & mutari.* Idem. Nam *Tacit. lib.* 4. *Ann. cap.* 1. Vetuſtate Imperii coalita audacia. Et *Vannius*, ut idem habet *Annal. lib.* 12. *cap.* 29. diuturnitate in ſuperbiam mutavit. *Herman.*

l *Conſuleſque*] Advertendum, annum illum primum habuiſſe quinque Coſs. auctor Auguſtin. Civit 3. 16. Macrob. Saturn. 1. 12. dicit primos Coſs. factos Cal. Jun. quem diem, ut ante annotatum eſt, Romani celebrabant. Plutarchus vero aſſerit, eos creatos Cal. Jan. Hinc ſervatum ut deinceps ſemper Cal. Jan. Coſſ. crearentur. Lege ipſum Problem. 18. *Camers.*

m *Tantumque &c.*] Nec immerito: *libertas* enim *inæſtimabilis res eſt.* l. 106. de R. I. Ideo, cum Græci liberi pronuntiarentur, *Majus gaudium fuit, quam quod univerſum homines caperent, ut facile appareret, nihil omnino bonorum multitudini gratius, quam libertatem eſſe.* Freinshem. Monet ad hunc locum *Rup.* Tarquinii ſuperbi crudelitatem, ita ſuavitatem commendaſſe publicæ libertatis, atque *hyemis ſolet aſperitas vernum laudare tempus.* Similis habetur locus apud *Plin. in Panegyr. c.* 5. *f. Mithridates* apud *Salluſt. lib.* 4. *Hiſt. c.* 2. Pauci,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

tatis novæ gaudium inceſſerat, ut vix mutati ſtatus fidem caperent; [n] alterumque ex conſulibus, tantum ob nomen & genus regium, [o] faſcibus abrogatis, Urbe dimitterent. Itaque ſubſtitutus [p] Valerius Publicola, ex ſummo ſtudio annixus eſt augendam

ci, ait, libertatem, pars magna juſtos volunt dominos. *Europæis* id Gentibus non novum. De *Orientalibus* quid cenſeri debeat, monet *Bernecc. ad lib.* 38. *Juſt. cap.* 3. 8. Hermannides.

n *Alterumque ex Conſulibus ob nomen & genus regium, Urbe dimitterent*] *Dionyſ. Halicarnaſſ. lib.* 5. *cap.* 8. 9. *& ſeqq.* facile Populum Romanum hujus facti abſolverit, redditis abdicationis rationibus, quod Tarquinius Collatinus conjurationis adverſus reos juſtiſſimæ pœnæ ſubtractum iverit. Contra quamvis *Auguſtin. lib.* 2. *de Civit. Dei cap.*17. & *lib.*3. *cap.*16. ſentiat; multa tamen invenias exempla, quæ à propinquis, cognatis, nepotibus & filiis ſumpta docent exempla. Vid. *Tacit.* 4. *Hiſt. cap.* 15. de Brinione. *Livium lib.* 24. *cap.* 24. & alios. Ex Rup. *Hermann.*

o *Faſcibus*] Faſcibus pro conſulatu, hoc eſt, inſignibus pro magiſtratu, per ſynecdochen uſus eſt. Faſcibus ergo abrogatis, hoc eſt, abdicato conſulatu. *Dionyſius cum L. Piſone* cauſam abdicati conſulatus, quam noſter laudat, itidem *Cicero, Livius*, cæterique derident, & rationibus infirmant. Ortam, inquit, *Dionyſius*, diſſenſionem, inter Brutum & Collatinum, cum Brutus, ſupplicio de filiis ſumpto, eodem jure in ſororum Collatini filios, Aquilios, Vitellioſque, ejus conjurationis ſocios, animadverſum vellet, eos, cum pro pari poteſtate, qua præditus erat, eximere Collatinus vellet, Brutum, miſſo in ſuffragia populo, collegæ magiſtratum abrogaſſe. *Stad.* Contra officium boni ac prudentis viri haudquaquam facit, qui ab amico & optimo ſibi metuit: neque in æquitatem delinquunt, qui ad imperia admoti mala, quæ ex innocentiſſimis, nec tamen ſine cauſa ſuſpectis, in perniciem Reip. metuuntur aliquando exitura, quavis ratione, quæ tutiſſima ſit Reipubl. & quantum fieri poteſt, minime noxia ſuſpecto innocenti, ut abrogatione honoris, exilio, aliiſque in tempore præveniunt. *Nequam Romani, ſeditionis per gentilitatem ſpeciem haberent.* Boxhornius.

p *Valerius Publicola*] *Poplicola* ſcribendum eſſe Capit. Tabel. teſtantur, idemque convincit nominis ratio, eo quod à populo colendo illud cognomen in conſulatu, antea *Voluſus* dictus, invenerit; tum quod δημοκηδής, h. e. populum colens, Poplicola à Plutarch. & Dion. interpretatur. *Stad.* Quoniam autem Collatinus magiſtratu non ita multo, poſtquam eum ſuſ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

gendam liberi populi majeſtatem. Nam & q faſces ei pro concione ſubmiſit, & r jus provocationis adverſus ipſos dedit. Et, ſ ne ſpecie arcis offenderet, t eminentes ædes ſuas in plana ſubmiſit. Brutus vero

cepiſſet, abiit, Valerium hunc in ejus locum ſubſtitutum, primum Cos. fuiſſe dicit Cicero in Orat. pro Flacco cap. 11. *Freinsh.*

q *Faſces*] Cum faſces ſubmitteret in concione Conſul, tunc profitebatur ſeſe populi majeſtatem agnoſcere, honoreſque ſuos in populi juſſu eſſe. Secures etiam, ut omnem metum populo terroremque eximeret, à faſcibus ſuſtuliſſe Poblicolam teſtatur Plutarch. *Stadius.*

r *Ius provocationis*] Lex Valeria, de provocatione lata, vindex procul dubio erat patronaque publicæ libertatis, ut, ſi quis magiſtratus civem Romanum necare, verberare, multare vellet, eum ad populi judicium vocare civis privatus poſſet; interea vero à magiſtratu damni nihil accipere, niſi quando populus judicaſſet, atque hac lege fiebat, quod faſces plus dignitatis domi, quam poteſtatis haberent: foris enim magiſtratui, qui cum imperio erat, verberandi necandique poteſtas erat; domi autem, niſi populi judicio, in eum qui provocaſſet, animadverti non potuit. *Stadius.* Quidam volunt nullam provocationem fuiſſe à Rege ad populum. *Scip. Gentilis de Princ. Rom. Theſ.* 3. & confirmat hoc ipſum, quod refert *Florus.* Nam ſi ante Legem Valeriam, non potuit ad Populum provocari à Conſulibus; ſit conſequens, idem obtinuiſſe in Regibus, ratione connexi manifeſtâ, quod Conſules in nullum aliud jus ſucceſſerint, quam in Regium. At contra præter *Ciceronem* & *Senecam*, Livius lib. 8. cap. 33. ubi *M. Fabius* à *Papirio Dictatore* provocans ad Populum, *Videbo*, inquit, *ceſſuruſne provocationi ſis, cui Rex Romanus, Tullus Hoſtilius ceſſit.* Et *Valer. lib.* 8. *cap.* 1. §. 1. *Marcus Horatius interfectæ ſororis crimine à Tullo Rege damnatus*, ad populum provocato judicio abſolutus eſt: quod & *Livius lib.* 1. *cap.* 26. Ex Rup. *Hermannides.*

ſ *Ne ſpecie arcis offenderet*] Inter irritamenta invidiæ *Piſonianæ* numerat *Tacitus lib.* 3. *Annal. c.* 9. fuiſſe *domum foro imminentem.* Adde eundem *Tacit. lib.* 15. *Ann. cap.* 69. Ex eod. *Hermann.*

t *Eminentes ædes*] Conſul Poplicola ædificabat in ſummitate Veliæ, h. e. in æditiſſima parte Palatini montis, unde cum deſpicere populum, velut omnium cervicibus immineret, videretur, & vim quoque, tanquam ab arce, propellere poſſe, venit apud populum (omnia tuta tunc ex recenti Tarquiniorum metu timentem) in ſuſpicionem affectati regni: quare, ut eum metu liberaret, ædes nocte demoliri juſſit, & ſub ipſum collem ſubſtrui. *Stad.*

u *Veli-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

ro favori civium, etiam domus ſuæ clade & parricidio [u] velificatus eſt. Quippe quum ſtudere revocandis in Urbem regibus liberos ſuos comperiſſet, protraxit in forum, & concione media virgis cecîdit, & [x] ſecuri percuſſit: ut plane publicus parens in locum liberorum adoptaſſe ſibi populum videretur. Liber jam hinc populus Romanus, prima adverſus exteros [y] arma pro libertate corripuit; mox pro finibus: deinde pro [z] ſociis, tum gloria & imperio, laceſſentibus aſſidue uſque quaque finitimis: [a] quippe cui patrii ſoli [b] gleba nulla, ſed ſtatim hoſtile

u *Velificatus*] Tanquam qui velis remiſque contenderet, ut verum vindicem ſeſe libertatis publicæ, ſevero etiam in filios ſupplicio, idque abrupto omni paternæ neceſſitudinis vinculo, teſtaretur. *Idem.*

x *Securi percuſſit*] Extat elegans Livii locus lib. 2. c. 5. qui ita ſe habet: *Stabant deligati ad palum nobiliſſimi juvenes. Sed à cæteris, velut ab ignotis capitibus, conſulis liberi omnium in ſe averterant oculos, miſerebatque non pœnæ magis homines, quam ſceleris, quo pœnam meriti eſſent, illos, eo potiſſimum anno, patriam liberatam, liberatorem, conſulatum ortum ex domo Iunia, patres, plebem, quicquid Deorum huminumque Romanorum eſſet, induxiſſe in animum, ut ſuperbo quondam regi, tum infeſto exuli proderet.*

y *Arma pro libertate*] Apud *Xenoph.* l. 1. de inſt. Cyri, belli juſte ſuſcipiendi cauſa duplex eſt; ſi quis vel injuria affectus ſit, vel eam ab amicis ac ſociis conetur avertere. Addo ego, ſi ſuccurrendum injuſte oppreſſis, aut contra monarchiæ candidatos ſit conſpirandum. *Zevecotius.*

z *Sociis*] Æqua illa cauſa fuiſſet, ſi intra æquitatis limites ſe continuiſſent Romani. Verum illi plerumque non pro amicis, ſed pro ſuis tantum arma geſſerunt, ſociis pariter atque hoſtibus ſervitutem imponere aſſueti. *Idem.*

a *Quippe cui &c.*] *Roma à principio*, ut docet Servius Æn. 11. *tantum unam Tiberis ripam tenebat.* Juven. ſat. 8. *& quæ Imperii finem Tiberinum virgo notavit.* Propert. 4. 2. *Et Tiberis noſtris advena bubus erat.* Camers. Latium urbi ab ortu, ab occaſu Hetruria erat, à meridie Veientes, Sabini à ſeptentrione, hoſtes omnes. *Stadius.*

b *Gleba nulla*] Extenuat rem auctor oratoria licentia, ut major inde admiratio oriatur. Jam enim ſub tot regibus, & omnibus, præter Numam, bellatoribus, aliquantum agri adquiſiverant Romani. *Freinſh.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

ſtile [c] pomœrium, mediuſque inter Latium & Tuſcos, quaſi in quodam bivio, collocatus, omnibus portis in hoſtem incurreret: donec quaſi contagione quadam per ſingulos itum eſt, & proximis quibuſque correptis, totam Italiam ſub ſe redegerunt.

CAP. X.

Bellum [a] Etruſcum cum Rege Porſena.

PUlſis ex Urbe [b] regibus, prima pro libertate arma corripuit. Nam Porſena rex Etruſcorum ingentibus copiis aderat, & Tarquinios manu reducebat. [c] Hunc

c *Pomœrium*] Dicebatur ſpatium illud augurato conſecratum, quod intra murum & extra neque habitari, neque arari fas erat. *Livius lib.* 1. *cap.* 44.

ORdo temporis in hoc capite ita ſe habet: Primis Coſſ. L. Junio Bruto & Valerio Voluſio, poſtea Poplicola dicto, dum exſules Tarquinii res ſuas per vim repetunt, prima hæc arma ſumpta ſunt à populo Romano pro libertate contra Veientes & Tarquinienſes, qui dum reducere cives ſuos Tarquinios in regnum conabantur, à Romanis ad Arſiam ſylvam victi ſunt. Arunte regis Superbi filio, Brutoque mutua vi, & ita pridie Kalen. Martias, in prælio occiſis. Poplicola Bruti collega de Etruſcis poſtridie primus quadrigis in Urbem vectus triumphavit. Superbus rex eo prælio & filii morte fractus, ad Porſenam regem fugit, qui ad miſericordiam, afflictis Tarquinii opibus, allectus (ut regale nomen regibus & magnum & ſanctum eſt) ita Porſena anno proximo pro Tarquinii reſtitutione arma ſumpſit, qui, etiamſi populum Romanum armis fameque fatigaverat, tamen novæ fortitudinis Romanæ exemplis, Horatii, Mucii, & Clœliæ virginis perculſus, pacem eodem anno, deſerta Tarquinii cauſa, cum populo Romano fecit. *Stadius.*

a *Etruſcum*] Bellum Etruſcum vocat propter Veientes & Tarquinienſes, qui Superbum regem armis reſtitutum volebant. Veji, Etruſcorum vrbs, trans Tiberim opulentiſſima erat, ſita c. ſtadiis ab urbe, quibus odii cauſa in Romanos erat, quod Romulus agrum ipſis, Septem pagos dictum, jure belli

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

[c] Hunc tamen, quamvis & armis, & [d] fame urgeret, occupatoque [e] Janiculo ipſis Urbis faucibus incubaret, ſuſtinuit, repulit. noviſſime etiam tanta admiratione perculit, ut ſuperior [f] ultro cum pæne victis [g] amicitiæ fœdera feriret. Tunc illa Romana prodigia atque miracula, Horatius, Mucius, Clœlia: quæ niſi [h] in annalibus forent, hodie fabulæ viderenbelli ademerat. Tarquinienſes Tarquinios & cives & gentiles fovebant. Porſena Cluſii rex erat, oppidi Etruſcorum. *Idem.*

b *Regibus*] Optimæ divi Nazarii membranæ; *pulſis ex urbe regni*: alter Pal. *regiis*, forte *regnis*, '*pulſis urbe regnis*, quod eſſet pro *regibus*: ut ſervitia pro ſervis, conjugia pro conjugibus. Ita hic regna pro regibus. *Salmaſius* hoc loco, & in notis ad Trebell. Pollionis Claudium cap. 5. Loquitur certe non abſimiliter Florus infr. 1. 24. *totam eam dominationem.* Freinsh.

c *Hunc tamen*] Romana gens nunquam plus animi, plus ſuperbiæ, plus roboris oſtendit, quam cum in extrema pericula conjecta fuit. Quemadmodum apes, cum fuci aliquam partem cibariorum abſumunt, ſarciendo damno fiunt agiliores; ita Populi Romani Fortuna ſemper, in malis major reſurrexit. Ex Rup. *Hermann.*

d *Fame*] Qua tamen invictiſſima quæque facile expugnantur. *Sæpius enim penuria, quam pugna conſumit exercitum, & ferro ſævior fames eſt*: ait Veget. 3. 3. & iterum 3. 9. *fames (ut dicitur) intrinſecus pugnat, & vincit ſæpius quam ferrum.* Freinsh.

e *Ianiculo*] Roma, montibus ſeptem exceptis, collibus tribus amplificata fuit. Hortulorum nempe, Janiculo & Vaticano. Janiculum trans Tiberim fuit. *Blanck.*

f *Vltro cum pæne victis*] Cic. in L. Piſonem: *Habet hoc virtus, ut viros fortes ſpecies ejus & pulchritudo etiam in hoſte poſita delectet.* Et *Liv. lib. 26. cap.* 13. ait: *Et ipſi virtutem mirantur hoſtes.* Herm.

g *Amicitiæ fœdera*] Non tamen æquis conditionibus, quippe mulctavit eos parte agri, imperavit obſides, cognitionem cauſæ de bonis regiis ſuſcepit. Dion. 5. 30. Tacit. *Vrbis* etiam *deditæ* meminit H. 3. 72. immo, quod non niſi ſua quoque confeſſione victis imponi poteſt, *in eo fœdere, nominatim comprehenſum invenimus, ne ferro, niſi in agricultura, uterentur.* Plin. 34. 14. *Freinsh.*

Melior, ait Livius l. 30. *tutiorque eſt certa pax, quam ſperata victoria: Illa in tua, hæc in Deorum manu eſt.* Paulo Æmylio ne, cum ſuperato Perſe, & jam facile, ut exiſtimabant, penitus delendo, pacem iniret, ſuaſère amici. At is reſpondit, notum ſibi eſſe, ſæpe eos, quorum res fractæ eſſe putantur, ultimis viribus, quas fortunæ ante

rentur. Quippe Horatius [i] Cocles, poſtquam hoſtes undique inſtantes ſolus ſubmovere non poterat, [k] ponte reciſo [l] tranſnatat Tiberim, nec arma dimittit. [m] Mucius [n] Scævola regem [o] per inſidias in caſtris

non commiſerunt, ſibi ſalutem, victoribus damnum aut perniciem parere. Malle ſe ideo parcere ſupplici, quam cum deſperante, adeoque alacrius pugnaturo, dimicando tentare fortunam. Raro nempe bellum, eo quo evaſurum putatur, evadit. Quis non, ſi bellorum principia cum exitu conſecrat, Pyrrhum, Annibalem, Jugurtham victos miretur? & quidem ultimum catenis vinctum Pop. R. in triumpho adſpexit. *Zevecotius.*

h *Niſi in annalibus*] In facto Coclitis non abſimili figura utitur Livius lib. 11. 10. *rem auſus plus famæ habituram ad poſteros, quam fidei.*

i *Cocles*] Simile huic virtuti facinus de Norvegienſi quodam milite, qui Anglos ad Derventam fl. pontem tranſituros ſolus cohibuit, eſt apud Polydor. lib. 8. Procopius etiam, in fine primi Gotthicorum, de Principio & Tarmuto narrat, eos ſolos Gotthorum impetum ſuſtinuiſſe. *Coclites* autem appellati ſunt veteribus, *qui altero lumine orbi naſcerentur*, apud Plinium 11. 37. *Freinsh.*

k *Ponte reciſo*] Sublicium intelligit: atque Rom. hoc Coclitis periculo monitis, religioſum fuit poſthac eundem pontem ex alia materia, quam ex ligno conſtruere. *Stadius.* Plinius. 16. 15. dicit de buleutero Ciziceno, *ædificium amplum, ſine ferreo clavo, ita diſpoſita contignatione, ut eximantur trabes ſine fultura, ac reponantur. Quod idem Romæ in ponte ſublicio religioſum eſt, poſteaquam Coclite Horatio defendente, ægre revulſus eſt. Freinsh.* Non abſimilis Virtus *Caſſii Scævæ*, niſi quod Scutum abjicere coactus ſit, cum in mare ſe daret. Ex *Val. Max. l. 3. cap. 2. Ex.* 23. Hermannid.

l *Tranſnatat Tiberim*] *Tiberine pater*, inquit, *te ſancte precor, hæc arma & hunc militem propitio flumine accipias.* Grata erga tantam virtutem civitas fuit. Statua in comitio poſita: agri quantum uno die circumaravit, datum. Privata quoque inter publicos honores ſtudia eminebant. nam in magna inopia, pro domeſticis copiis, unuſquiſque ei aliquid, fraudans ſe ipſe victu ſuo, contulit. *Livius lib. 2. cap. 10.*

m *Mucius*] Simile in Plutarch. Parall. cap. 2. Nec minore animo quidam Romanus Mithridatem aggreſſus eſt. Dio lib. 35. *Freinsh.* Non abſimile exemplum eſt apud *Plutarch. in Parallel.* de Ageſilao, Themiſtoclis fratre. Huc pertinet egregius diſcurſus *Caſaub. Epiſt.* 170. Ex Rup. *Hermann.*

n *Scævola*] A clade dextræ manus hoc cognomen inditum, *Livio* teſte.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

caſtris ipſius aggreditur: ſed ubi p fruſtrato circa purpuratum ejus ictu tenetur, ardentibus focis injicit manum, terroremque geminat dolo. *Vt ſcias*, inquit, q *quem virum effugeris, idem trecenti juravimus*;

teſte. Scævola enim cum dextram igni dediſſet, enſemque à Porſenna datum læva manu atripuiſſet, Scævola in poſterum cognominatus eſt. Unde etiam Scææ ab Ulpiano J. C. dicuntur, qui ſiniſtra manu pro dextra utuntur. *Godelevæus.* Inde cognomentum Scævolæ multis Romæ factum eſt. *Al. ab Alexandro.* Patres C. Mucio reduci virtutis cauſa trans Tiberim agrum dono dedere, quæ poſtea ſunt Mucia prata appellata. *Liv. lib.* 2. *c.* 11.

o *Per inſidias*] Diſcrimen adhibendum inter percuſſores qui fidē expreſſam, vel tacitam, violant, ut ſubditi in regem; an vero nulla teneantur fide? Talis ille laudatus ab Hiſtoricis Q. Mucii conatus, quem ipſe ſic defendit, *hoſtis hoſtem occidere volui*. Porſena ipſe in hoc facto, nihil niſi virtutem agnoſcit. Nimirum hoſtem occidere ubivis licet, non naturæ tantum; ſed & gentium jure: nec refert quot ſint qui faciant, aut patiantur. Neque tantum qui hæc faciunt; ſed & qui aliis faciendi authores ſunt, jure Gentium inculpati habentur. Scævolæ ad audendum fuere authores illi in bellis adeo ſancti veteres Romani ſenatores. Verum eſt quod deprehenſi tales exquiſitis ſuppliciis afficiantur. Sed id ideo, quia eodem jure gentium in hoſtem quidvis licet: gravius autem aut levius malum ſtatuit quiſque pro ſua utilitate. At de his percuſſoribus quorum facto perfidia ineſt, aliter cenſendum. Cauſa hujus rei eſt, ne nimium intenderentur pericula, eorum maxime, qui eminent. Negabat Eumenes credere, *Se quenquam ducum ſic velle vincere, ut ipſe in ſe exemplum peſſimum ſtatueret*. Grotius.

p *Fruſtrato, &c. ictu*] Ubi Mucius venit, in confertiſſima turba prope regium tribunal conſtitit. Ibi cum ſtipendium forte militibus daretur, & Scriba, cum rege ſedens, pari fere ornatu multa ageret, eum milites vulgo adirent, ſcribam pro rege obtruncat. *Livius* lib. 2. c. 12.

Dionyſ. etiam 5. 28. vocat γραμματέα, quos multæ dignitatis fuiſſe elucet inde etiam, quod in pace Ætolis data excipiebatur: *obſes ne eſto prætor, præfectus equitum, ſcriba publicus*. Livius 38. 11. *Freinshemius.*

Attendite delicatuli! rex Etruriæ pari utebatur veſte cum Scriba, & hic eos omnes decet, quibus eſt cor, quibus eſt mens: hoc eſt, qui alia habent, quibus vulgo cenſeantur, quam aurum, gemmas, purpuram, byſſinum. Verum Græcus bene imperat; *differant à plebe reges mente; veſte, non eſt opus.* tanto quidem magis, quod fere *Veſtium ornamenta quærant, laude morum qui carent*. J. Grut.

p *Quem virum effugeris*] Quid hoc

vimus; quum interim (immane dictu!) hic [r] interritus, ille trepidaret, tanquam manus regis arderet. Sic quidem viri: ſed ne quis ſexus à laude ceſſaret, ecce & [ſ] virginum virtus. [t] Una ex obſidibus regi data, [u] elapſa cuſtodiam, Clœlia, per patrium

hoc ad æſtimationem viri ccc. an plus minuſve habeat ſociorum. *Freinsh.* Senſus eſt: *Cum trecenti ſint è Nobilitate Romana, qui conjurarunt in caput tuum; facile conjicere potes, quantum effugeris virum, qui primus hoc decus ſuum voluit.* Hermannides.

r *Interritus, &c.*] Mucius ignibus manum impoſuit. Acerbum eſt uri: quanto acerbius ſi id te facien- te patiaris? Vides hominem non eruditum, nec ullis præceptis contra mortem aut dolorem ſubornatum, militari tantum robore inſtructum, pœnas à ſe irriti conatus exigentem. Spectator diſtillantis in hoſtili foculo dextræ ſtetit, nec ante removit rudis oſſibus fluentem manum, quam ignis illi ab hoſte ſubductus eſt. facere aliquid in illis caſtris felicius potuit, nihil fortius. Vide quanto acrior ſit ad occupanda pericula virtus, quam crudelitas ad irroganda. Facilius Porſena Mucio ignovit, quod voluerat occidere: quam ſibi Mucius, quod non occiderit. *Seneca epiſt.* XXIV.

ſ *Virginum*] De Scythis Juſtin. 2. 1. *non virorum imperio magis, quam fœminarum virtutibus claruere.*

t *Una ex obſidibus*] Nota, fœminas obſides dari ſolitas antiquis temporibus, ut rectè reprehenſus videatur à Lipſio ad Tacit. Germ. 8. 2. Suetonius, Aug. cap. 21. qui *novum genus obſidum* appellat *fœminas*. Freinsh. Ad recentiora, credo, tempora Tranquillus reſpexit, quibus mos ille vetus exoleverat; aut certe ad Parthos, qui id genus obſidum dare non conſueverant. *Sabellic.* Germani quoque captivitatem longe impatientius fœminarum ſuarum nomine timent: adeo ut efficacius obligentur animi civitarum, quibus inter obſides puellæ quoque nobiles imperantur. *Tacitus.* Erant autem ex primariis familiis obſides viginti, imprimis conſulum liberi, Marci Horatii filius, Publii Valerii filia, jam nubilis. *Dionyſ.* Cauſam, cur fœminæ etiam obſides dari ſolitæ fuerint, exprimit *Tacitus: Efficacius obligari animos eorum quibus obſides imperatæ fuerunt fœminæ: cum infirmum charumque ſexum hoſtili ſævitiæ ac ludibrio nemo facile credatur expoſiturus.* Herman.

u *Elapſa cuſtodiam*] Conſtat obſidi fugere non licere, ſi ab initio aut poſtea quo laxius haberetur, fidem dederit. Alioqui videtur non is animus fuiſſe civitatis obligandi civem ne aufugeret; ſed hoſti dandam facultatem qualis vellet cuſtodiæ. Et ſic defendi poteſt Clœliæ factum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

trium flumen equitabat. Et rex quidem tot tantiſque virtutum territus monſtris, *valere*, x *liberoſque eſſe* juſſit. Tarquinii tamdiu dimicaverunt, donec Aruntem filium regis manu ſua Brutus occidit, y ſuperque ipſum mutuo vulnere expiravit; z plane quaſi adulterum ad inferos uſque ſequeretur.

CAP.

factum. Sed etſi ipſa nihil peccaverat, civitas tamen recipere & retinere obſidem non poterat. Sic Porſenna apud Livium: *Si non dedatur obſes, pro rupto ſe fœdus habiturum.* deinde: *Romani pignus pacis ex fœdere reſtituerant.* Grot.

Fugiendi occaſio hæc fuit. *Cum ad dicendam cauſam veniſſent Romani oratores, petierant virgines licentiam in amne lavandi. Hac à cuſtodibus impetrata, monentur tantiſper à flumine ſecedere, dum ſe abluiſſent & veſtimenta recepiſſent, ne illi nudas conſpicerent: cum hoc quoque feciſſent cuſtodes, hortante ac præeunte Clœlia, natatu ſuperato flumine, in urbem ſe recipiunt.* Ex Dionyſio Blanckardus. & *Romani novam, in fœmina, virtutem novo genere honoris, ſtatua equeſtri donavere: in ſumma Sacra via fuit poſita virgo inſidens equo.* Livius *lib.* 2. *c.* 13. *in fin.*

x *Liberoſque*] Hiſce conditionibus pax facta, quod Septempagos agrum Etruſcum à Romulo jure belli de Vejentibus captum, Porſenæ reſtituerent, captivos redderent, ipſi perfugos reciperent, darent quoque Romani pacis obſides, prætextatos patritios decem, & totidem virgines. *Stadius.*

y *Superque ipſum mutuo vulnere expiravit*] Stupore dignum quod apud *Liv. lib.*22. *c.*51. legitur: *Præcipue convertit omnes ſubſtratus humida mortuo ſuper incubanti Romano vivus, naſo auribusque laceratis: cum manibus, ad capiendum telum inutilibus, in rabiem ira verſus, laniando dentibus hoſtem exſpiraſſet.* Similiter *Seneca lib. de Provident. cap.* 2. his uſus verbis: Jam *Petreius & Iuba concurrerunt, jacentque alter alterius manu cæſi.* Ex Rup. *Hermannides.*

z *Plane quaſi adulterum*] Iſta verborum circuitione Florus ſubindicare videtur Aruntem Tarquinium Lucretiæ vim attuliſſe, quem tamen omnes, quos equidem legerim (præter unum Servium Æn. 8.) Sextum vocant; etſi Dionyſ. 4. 72. eum natu maximum filiorum Superbi regis nominet; Livius, Ovidius in Faſtis. 2. minimum. Brutum hoc anno in magiſtratu cæſum eſſe ideo Dio lib. 46. annotavit, quod omnes qui collegæ imperium abrogaſſent, eodem in magiſtratu periiſſe obſervatum ſit; quod & ipſe exemplis confirmare nititur. *Stadius.*

a *Æmu-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

CAP. XI.

Bellum Latinum.

LAtini quoque Tarquinios aſſerebant, [a] æmulatione, & invidia: ut populus, qui foris dominabatur, ſaltem domi ſerviret. Igitur omne Latium, [b] Mamilio Tuſculano duce, [c] quaſi in regis ultionem, tollit animos

a *ÆMulatione & invidia*] Hæc Lugdunenſes colliſit & Viennenſes. *Tacit. lib. Hiſtor. cap.* 65. Inalpinos & Gallos, Brunn. lib. 1. pag. 48. Achæos & Ætolos. *Polyb. lib.* 2. *cap.* 45. Seleucum & Lyſimachum, *Iuſtin.* 17. *cap.* 1. Athenienſes & Spartanos, *Idem. lib.* 3. *cap.* 2. Hermann.

b *Mamilio*] Rebus adhuc florentibus, generum ſibi, ut ſubſidia ſuæ dominationis L. Superbus confirmaret, Mamilium adſciverat: quare ſpe reditus, Porſena cum Romanis fœderato, ipſi acciſa, exulatum ad Mamilium abierat. Hujus auxilio fretus, Latinos ad arma excitat duce Mamilio. Senatus Dictatorem dici jubet A. Poſtumium: qui laborioſo & ancipiti prælio hoſtes fudit ad Regillum lacum, Mamilio & Sexto Tarquinio ducibus in prœlio occiſis. Poſtumius Dictator de Latinis triumphavit, & in hoc honore Regillenſis dictus eſt. Mortuus eſt paulo poſt etiam Cumis Superbus rex, quo ſe, poſt fractas Latinorum opes, contulerat, atque ita, tyrannis ubique ſublatis, parta eſt Romanis libertas, idque foris: quia domi adhuc ſub patriciorum dominatione ſerviebant. Inde à vicinis laceſſiti, dum fines ſuos ab injuria armis tuentur, agrum etiam de hoſte urbeſque capiunt. Florus deinde Romanæ rei anguſtias, & cum vicinis adhuc populis, hoc eſt, Etruſcis & Latinis, circa matrem luctantis, cum orbis acquiſiti terminis ampliſſimis confert, & paucis bellorum progreſſus complectitur. *Stadius.*

c *Quaſi in regis ultionem*] Hanc nempe cauſam prætexebant, cum invidia eſſet, & metus augeſcentis Rom. potentiæ. Notandum igitur duas plerunque cauſſas bellorum eſſe, aut plures: quarum favorabiliores in vulgus vulgentur; ſecretiores, quæ interdum ſola cauſſarum nomen merentur, reticeantur. reſpicit huc Thucyd. 1. 4. *Equidem veriſſimam cauſſam, ſed minime verbis agitatam, Athenienſes fuiſſe reor: qui Lacedæmonios, potentiæ viriumque ſuarum metu, in arma egerunt. Quæ autem in ſpeciem palam ferebantur cauſſæ, &c.* Dionyſ. excer-

nimos. Apud [d] Regilli lacum dimicatur, diu Marte vario: donec Poſthumius, ipſe [e] dictator, [f] ſignum in

excerpto III. de legat. *Aperta Samnitici belli cauſſa, & cujus prætextus apud omnes ſpecioſius vulgari poterat, erat Lucanorum protectio, &c. ſed occulta cauſſa, & quæ magis amicitiam dirimere cogebat, erat Samnitum potentia, &c.* Freins.

d *Regilli lacum*] Regillus eſt lacus in agro Tuſculano ad Algidi nemoris ingreſſum. Hodie *Lago di S. Praſſo* appellatur. *Pont.*

e *Dictator*] Dictatorem dicendum eſſe in rebus trepidis, ex Senatuſconſulto ab altero Coſſ. vel rei gerendæ cauſa, vel ſeditionis ſedandæ pro tempotis neceſſitate, cautum erat. Conſul itaque nocte ex conſularibus virum unum dicebat, qui cum ſumma poteſtate, & ſine provocatione, Reipublicæ præeſſet, ſex menſium ſpatio: cæteri magiſtratus abdicarent, Dictatori parerent: ipſe vero legiones ducebat, & equitare, niſi legibus ſoluto, non licebat. Dictator ſibi Magiſtrum equitum dicebat, cujus ſumma in equites & accenſos poteſtas erat, perinde atque ſummum fuit Dictatoris imperium in Magiſtrum equitum & populum. Primum autem invenio Dictatorem T. Larcium, Magiſtrum vero equitum Sp. Caſſium, anno nono poſt reges exactos, dictoſque ſeditionis ſedandæ cauſſa, dum plebs, ære alieno demerſa, tumultuatur, & ad bellum Latinum nomina dare recuſabat. Rei, hoc eſt, belli gerendi cauſſa, atque imperii poteſtas, dabatur ad ſex menſes ſi res gerenda erat: cæteris in cauſis, quæ primo tempore ſeditionis ſedandæ potiſſimum fuerat, rebus peractis, magiſtratu ſeſe addicabat. Alterum Dictatorem lego fuiſſe A. Poſtumium Album, ejuſque Magiſtrum equitum T. Æbutium Elvam, anno Urbis conditæ CCLVII. rei gerendæ cauſa creatum ob Latinum bellum, de quo Florus noſter agit. *Stadius.*

f *Signum in hoſtes, &c.*] Non meminit Livius illius ſigni in hac pugna jacti in hoſtes, ut repeteretur. Ait tantum Poſtumium dictatorem cohorti ſuæ ſignum dediſſe, ut quem ſuorum fugientem viderent, pro hoſte haberent. Hoc tamen de ſigno, in mediam hoſtium aciem projecto, ut magna vi repeteretur ab aliis imperatoribus uſurpatam memini. Quod novum & inſigne commentum à Poſtumio dictatore primum inſtitutum hic vult Florus. *Salmaſius.* Romani ſigna ſacra habuerunt, ut religionem animis gignerent, & ſignorum non amorem tantum, ſed venerationem. Ergo firmius aſſervabant, fortius amiſſa recuperabant. Quoties legis, integras acies jam fluctuantes jam recedentes, reſtitutas & impulſas ſignis in hoſtem jactis? Suadebat enim repetere non pœna tantum, quæ manebat iis amiſſis; ſed etiam pudor & religio, & quaſi deos ac ſacra ſua prodidiſſent. *Lipſius.* Signa jacere in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

in hoſtes jaculatus eſt ([g] novum & inſigne commentum) uti peteretur [h] curſu. [i] Coſſus equitum magiſter [k] exuere frenos imperavit (& hoc novum) quo acrius incurrerent. Ea denique atrocitas fuit prœlii, ut interfuiſſe ſpectaculo deos fama tradiderit duos, in candidis equis, [l] Caſtorem atque Pollucem, nemo dubitavit. Itaque & Imperator veneratus

in hoſtes ſæpius tentatum Romanis, proſpero eventu: vide Liv. 3. 70. 12. 4. 29. 3. 25. 14. 5. 34. 45. 11. 41. 4. 1. Cæſarem de Bell. Gall. 3. 25. Ammianum 16. 30. Valerium Maximum 3. 2. 20. Frontinum Strateg. 2. 8. *Freinsh.*

g *Novum*] Immo à Servio Tullio multis ante annis uſurpatum. Frontinus loco modo citato. *Idem.*

h *Curſu*] Neſcio quid hoc ad rem faciat? non enim curſu repetendum erat ſignum (nec enim vacabat currere) ſed manu & armis forte legi poſſet *rurſus*, quamvis nec mihi ſatisfaciat. Vel potius ita; *Rurſus Coſſus &c.* ſenſu quo ſæpius *iterum* legitur. *Freinshemius.*

i *Coſſus*] 'Ανιστορησία eſt in nomine *Coſſus* pro T. Æbutio Elua. Coſſus enim Magiſter equitum fuit, Æmilio Mamercino Dictatore. anno V. C. 327. *Stad. Sigonius* putat inhæſiſſe memoriæ Flori facinus illud Coſſi cum hæc ſcriberet, ideoque huc retuliſſe. Erraſſe denique Florum inter omnes convenit, excepto *Franciſco Robortello*, qui vocem illam *Coſſus* expungit. *Freinshemius.*

k *Exuere frenos*] Simile apud Valerium Maxim. 3. 2. 9. Livium 40. 40. ubi dicit: *id Rom. equites ſæpe cum magna laude feciſſe ſua, memoriæ proditum eſt.* Idem.

l *Caſtorem atque Pollucem*] Hoc inter miracula, quæ Romanis contigere, refert *Val. Max.* 1. 8. 1. Apparuiſſe dicuntur ut equites, *Dionyſio teſte*, ſtatura & forma longe, quam noſtra natura fert, præſtantiores, primæ lanuginis juvenes, hoſtem haſtis ferientes ac fugantes. Hi, finito prælio, Romæ in foro ſub veſperam viſi cultu militari, proceriſſimi & pulcherrimi pari ætate, vultu adhuc retinente, quam in pugna habuerant, ſpeciē, & equis ſudore madentibus: cumve de equis deſcendiſſent, laviſſentque fontana, circumſiſtentibus pugnam expoſuiſſe dicuntur & victoriam: digreſſique è foro nuſquam comparuiſſe. Hi pro Romano imperio diligenter excubuiſſe putantur: ut in bello Macedonico ſecundo, bello Tigurino, &c. *Floro teſte.* Extant veteres denarii, quales Delphis vidi, in quorum anteriore parte urbis effigies, cum inſcriptione ROMA, in poſteriore autem equi bibentes, & duo juvenes haſtati, cum tali inſcriptione:

A. ALBINUS SIX. F.

qui huic loco recte convenire videntur. Nam A. Poſtumio Albino dicta-

neratus eſt, pactusque victoriam m templa promiſit; & reddidit, plane quaſi ſtipendium commilitonibus deis. n Hactenus pro libertate: mox de finibus cum eiſdem Latinis aſſidue, & ſine intermiſſione, pugnatum eſt. o Sora (quis credat?) & p Algidum q terrori fuerunt, r Satricum atque ſ Cor-

dictatore hæc victoria contigit. Horum Caſtorum aliquoties meminit Suetonius. *Blanck.*

m *Templa*] Ædem Caſtorum in foro fuiſſe paſſim teſtantur antiqui. Suetonius in Caligula cap. XXII. *Partem palatii ad Forum uſque promovit, atque æde Caſtoris & Pollucis in veſtibulum transfigurata, &c.* Aſt in qua parte fori, dubitatur. Putarem ſub Palatio ſitam fuiſſe juxta Juturnæ fontem. Ovidius:

Fratribus illa dies, fratres de gente deorum,
Iuxta Iuturnæ compoſuere lacus.

Adſtipulatur etiam Dionyſius lib. VI. II. qui eo loci templum exſtructum putat, ubi viſæ erant eorum imagines. Atqui locus ille fuit circa Veſtæ templum, ubi hic fons profundam faciebat lacunam. *Blanckardus.*

n *Hactenus pro libertate*] Ergo Tarquinios nec Porſenæ, nec Latinorum reduxit potentia. Exemplum Regibus ad modeſtiam. *Imperia* ſiquidem *crudelia magis acerba, quam diuturna. Sal. Orat.* I. *de Ord. Rep.* Confirmat idem *Seneca lib.* I. *de Clem. cap.* II. cum inquit: *Cum Reges conſenuerint, liberiſq; ac nepotibus regna tradiderint, tyrannorum execrabilis ac brevis poteſtas eſt.* Exemplo eſt *Nero,* *quem,* ut *Tacit.* ſcribit I. *Hiſt. cap.* 16. *ſua immanitas cervicibus publicis depulit.* De Achæis conſule *Polyb. lib.* 2. *cap.* 41. qui Regibus ſuis ad Gygem uſque paruerunt: ſed filios ejus averſatos fuiſſe, quod Pater non pro Rege; verum pro hero ſeſe inter cives geſſiſſet. Unde immane verum eſt: *Quæ olim acciderunt, etiamnum accidere poſſe,* ut inquit *Livius lib.* 28. *cap.* 41. atque exinde *obvia in multis noſtrorum temporum ſimilitudine, ab iiſdem cauſis,* ut Tacit. lib. 4. Annal. cap. 33. ſcribit, *pares exitus animo percipere licere.* Hermannides.

o *Sora*] *Soram* Volſcorum oppidum in Campania fuiſſe invenio, ut & defeciſſe ad Samnites bello Samnitico, interfectis Rom. colonis anno V. CCDXXXVIII. eamque ob ſitum expugnatu difficilem, Sorani transfugæ indicio captam: Colonorum cædis ac deditionis auctores CCXXXV. Romæ virgis cæſos ac ſecuri percuſſos. *Stadius ex Liv.* 9. 23. *&c.*

p *Algidum*] Oppidum eſt Æquorum, non procul à Tuſculo in alto monte ſitum. Eſt & *mons Algidus,* qui diſtat ab Urbe C. ſtadiis, & *ſilva Algida,* in cujus ingreſſu eſt Regillus lacus. Circa hunc locum Gracchus Æquorum dux, L.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

ſ Corniculum provinciæ. De t Verulis & u Bovillis x pudet; ſed triumphavimus. y Tibur nunc ſubur-

Minucium Cos. cum exercitu obſederat, quo nuntio, cum Romæ trepidatum eſſet, Dictatorem dici placuit: dictus eſt ille Quinctius Cincinnatus, cujus hiſtoriam mox proſequetur. *Stadius ex Liv.* 3. 25.

q *Terrori fuerunt*] Quidni fuiſſent, vicinæ civitates magnitudine & viribus, nihilo tunc inferiores. *Vinetus.* ſed Florus hoc dicit, ex præſenti habitu rem æſtimantibus, vix credibile fieri, tantam urbem ita debilem olim fuiſſe, ut hæc oppida terrori eſſe potuerint. *Freinshemius.*

r *Satricum*] Oppidum non ſaltem frequenter memoratum Livio Libb. 6. 7. 8. & 28. ſed & aliis multis authoribus. Ex Livio potiſſimum apparet Volſcorum Oppida *Satricum, Longulum, Poluſcam*, una cum Cariolis, ſita fuiſſe inter *Velitras*, *Lanuvium*, *Ardeam* & *Antium Aſturamque* flumen: eo ſcilicet ordine, quo modo recenſentur. Ita ut *Satricum* Velitris & Lanuvio, *Carioli* Ardeæ & Antiæ fuerint proximi: reliqua duo in eorum medio. *Hermannides.*

ſ *Corniculum*] Nullum dubium eſt, quin id ipſum Oppidum fuerit, quod κορνικλόν *Corniculum* decantatur à *Dionyſio, Livio, Plinio, Floro* ac *Stephano* Breviatore: ſitum inter montes ſ. colles *Corniculos*, inter *Ficuleam* & *Tibur*; ut habet *Dionyſ. lib.* 1. Cæterùm Colles hi, duo amplius millia paſſuum ab Ficuleæ loco, verſus Tibur euntibus, ad levam ſternuntur ripam Amnis, vulgo *Magano* dicti; hinc verſus meridiem *Turrem Vergatam*; verſus Septentriones Fanum *S. Margaritello*: & juxta hoc, locum, qui vulgo *Caſale* dicitur incolis, latinè *Vicus*, cui parvus ſubjectus eſt Lacus. Gentilitium exinde *Corniculanus*. Porro Oppidum hoc à *Tarquinio* Romanorum Rege captum, direptum ac incenſum eſt; ſed poſtea inſtauratum. *Dionyſ. lib.* 3. *&* 4. Hermannides.

t *Verulis*] Oppidum eſt Hernicorum, in Latio item, haud procul Roma. *Pont.*

u *Bovillis*] Bovillæ hodieque notæ. Et extant tenuis iſtius municipii reliquiæ, circiter medium ab urbe lapidem, in via Appia. *Pontanus.* Vet. Interpres Perſii, ad Satyram 6. *ad undecimum lapidem Appiæ viæ* collocat, & *quia aliquando in Albano monte ab ara fugiens taurus, jam conſecratus, ibi comprehenſus* ſit, inde *Bovillas* dictas aſſerit. Propertius propter vicinitatem *ſuburbanas* appellat. 4. 1. 3. ſicut & Ovid.

Orta ſuburbanis quædam fuit Anna Bovillis. Freinshemius.

x *Pudet, ſed triumphavimus*] Non eſt quod Romanos hujus pudeat ſæculi, quo ex anguſtis, magni quondam futuri imperii, rebus in magna inſurrexerunt incrementa: ut qui *cujuſlibet gloriæ cupidi ex deſerto & montibus, myoparonumque pyraticis roſtris, laudis inopes, laureæ*

ſuburbanum, & æſtivæ [z] Præneſte deliciæ, [a] nuncupatis in Capitolio votis petebantur. Idem tunc [b] Fæſulæ, quod [c] Carræ nuper. idem nemus [d] Aricinum;

lauree ramulos feſtinabunda decerpebant manu. Ex *Val. Max. lib.* 2. *cap.* 8. Hermannides.

y *Tibur*] Ad vigeſimum ab urbe lapidem Martial. Epigr. 4.57. ubi divites Rom. prædia habuere, in quibus æſtivo præcipue tempore commorabantur, propter aëris ibi temperantiam, ut ex eodem epigr. patet, itemque Seneca de benef. 4. 12. *Freinsh.*

z *Præneſte*] Diſtat ab urbe in ortum ſtadiis ducentis, ejus ſitus à Strab. lib. 5. deſcribitur. Præneſtini anno V. C. CCCLXXIV. ad portam Collinam ſigna intulerant, cum ingenti urbis, quæ tunc ſeditione laborabat, trepidatione. Dictator itaque dictus T. Quinctius Cincinnatus, fugat ad Alliam flumen Præneſtinos, & Præneſte capto triumphavit. Huic urbi frequenter exitioſa fuiſſe ſua munimenta, idem Strabo teſtatur, propter Romanorum ſeditiones. ob loci enim firmitudinem eo ſeditioſi, ab urbe pulſi, confugere ſolebant, & munitione urbis ſeſe tueri: quos dum alii repetunt & expugnant, Præneſtini nulla ſua culpa miſere affligebantur. *Stadius.*

a *Nuncupatis &c.*] Nota res; unum tamen Livii locum adſcribere liceat. 41. 10. *quum is* (de Coss. loquitur) *more majorum, ſecundum vota in Capitolio nuncupata, lictoribus paludatis præfectus ab urbe eſſet.* Cui adde alium apud eundem 42. 41. Idem teſtatur Tertull. C. Suet. Ner 46. *Freinsh.*

b *Fæſulæ*] Cluverius Italiæ antiquæ lib. 2. pag. 510. ineptiarum arceſſit auctorem noſtrum, quod commemorationi rerum Latinarum, Fæſulas, Hetruſcam urbem, miſceat. Sed quod ſupra. 1. 7. pro defenſione noſtri attulimus, hunc quoque locum tutum præſtet; multoque magis, quod hoc ipſo cap. *Æquos & Volſcos pervicaciſſimos Latinorum fuiſſe*, dicat; cum neminem mediocriter in rebus Italicis verſatum, nedum Florum, fallere potuiſſet diverſas à vetere Latio gentes eſſe Volſcos & Æquos: *Latium enim complectitur multa etiam non Latina: nam Æqui, Volſci, Hernici, & circa ipſam Romam Aborigines, & qui vetuſtam habuerunt Ardeam Rutuli, aliæque majores minoreſque civitates, quondam circa Romam habitaverunt, cum ea primum conderetur.* Strabo lib. 5. *Freinsh.* Fæſulæ Etruriæ civitas olim potens, non procul à Florentia. nunc vicus modicus, diſtans ab Urbe CCXXC. ſtadiis verſus occidentem. *Stad.* Nihil detraho Stadio. Rem tamen dicam apertius. Tribus paulo amplius paſſuum millibus Florentiâ, imminent in Apennini Collibus reliquiæ, cum Epiſcopali etiamnum ſede, antiquæ inter primas Etruriæ Urbis, quæ pleriſque authoribus appellantur φαισοῦλαι *Fæſulæ*, & à nonnullis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

ricinum; quod [e] Hercynius ſaltus: [f] Fregellæ, quod

nullis ſingulari numero Φαισȣλα. Hodie vulgo dicitur *Fieſole*. Oppidani inde dicebantur *Fæſulani*. Antiquiſſimi Oppidi memoria extat apud *Diodorum lib.* 20. ſed nomen ejus Φαίσολαν Librarii corruperunt in Καςέλαν. Proxima hinc ejus memoria extat apud *Polyb. lib.* 2. Poſt hunc *Livius lib.* 22. ubi de Hannibalis ex Gallia Togata per Apenninum in Etruriam tranſitu narrat. Coloniam poſtea factam Romanorum auctor eſt *Cicero in Catilinariis* 2. & 4. In hujus agro caſtra poſuit Catilina, teſte eodem *Cicerone* & *Salluſtio de Bell. Catilin.* Hinc memorant *Fæſulas* Plinius *lib.* 3. *cap.* 5. & Ptolomæus. Plinii tempeſtate fuiſſe *municipium* colligitur ex *lib.* 7. *cap.* 13. Hermannides.

c *Carræ*] Vetuſta huic loco inoleverat menda, *Capreæ* pro carræ, quæ adeo vetuſta eſt, ut non ſolum uterque Palatinus, ſed & omnium optimus & antiquiſſimus Nazarianus, bona fide eam agnoſcant: recte viderunt eruditi legendum eſſe *Carræ*, Iordanei *Charræ*, cum tamen non Græcis χάῤῥαι, ſed κάῤῥαι. Inepte vero Iordanes, qui iiſdem verbis hæc refert in ſuis hiſtoriæ centonibus; ſaltem debuiſſet *nuper* omittere: Immane quantum intervallum inter Flori tempora & Iordanis; Trajani & Juſtiniani. At quis legens illa apud Jordanem, *quod Carræ nuper*, ſuſpicari poſſit eum ſub Juſtiniano vixiſſe? aut ſi ſciat illis temporibus floruiſſe, non quærat, quid magnum aut memorabile geſſerint apud Carras tunc temporis Romani? *Salmaſius*. Sunt qui ſcribant Carras Meſopotamiæ Urbem fuiſſe, Craſſi clade nobilitatam. *Stadius*.

d *Aricinum*] Aricia urbs fuit Latii, Appia via, à Roma CLX. diſtans ſtadia, auctore Strabone lib. 5. quæ ſunt viginti milliaria, vix quinque leucæ Aquitanicæ. Plura Strabo ibidem de Aricina ſilva. *Vinetus*. Hoc *Nemus Aricinum* alias vocatur *Nemus Dianæ Tauricæ*, ſeu *Scythicæ*, duo millia paſſuum ultra Oppidum ſitum, & in eo *Lacus* ejuſdem *Dianæ*, qui vulgo hodie, à duobus ſuperne imminentibus oppidis, dicitur *Lago di Ienſano* & *Lago di Nemo*. Vocatur autem *Nemus Dianæ*, quia in eo *Templum* fuit *Dianæ*, ab ſiniſtra *Viæ Appiæ* parte, qua ab Aricia Lanuvium verſus aſcenditur. Unde *Strabo lib.* 5. *Fanum*, inquit, *in nemore eſt*, ante id *Lacus eſt*, *mari æmulus: ac fontes quidem conſpicui, unde Lacus impletur*. Hermannides.

e *Hercynius*] Saltus in Germania celebris eſt, de qua erudite Cluverius Germ. antiq. III. 47.

f *Fregellæ*] Oppidum Latinorum non procul à Liri amne, à Samnitibus captum bello Samnitico, & à Rom. receptum anno v. CCCXLII. *Stadius*. Oppidum hoc fuit ſitum ad fluvium *Lirim*, qui hodie vocatur *Il Carigliano*, ut vult *Cluverius Ital. Antiq. lib.* 3. *cap.* 8. §. 20. Ex *Strabone* & *Livio* patet fuiſſe *Fragellas*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

quod g Geſoriacum: h Tiberis, quod Euphrates. i Coriolos quoque, pro pudor! victos, adeo gloriæ fuiſſe,

gellas eo ſitu, ubi nunc Oppidum viſitur apud dextram *Liris* ripam, vulgari vocabulo *Ceperano*, inſcriptionibus antiquis aliisque vetuſtatis monumentis maximè clarum. Fuiſſe quondam Coloniam Romanorum auctor eſt *Livius l.*8. Deducta eſt *P. Plautio Proculo*, & *P. Cornelio Scapula* Conſulibus. Dirutum aliquando fuiſſe Oppidum hoc à Samnitibus, antequam Coloniam eo deduxiſſent Romani, auctor eſt idem *Livius lib. citato.* Videtur autem aliud habuiſſe nomen. Reſtitutum autem fuit prædictis Conſulibus Anno, poſt Romam conditam, 426. ante natum Chriſtum 327. Secundò hinc dirurum fuit ab ipſis Romanis, quum defeciſſet. Unde Strabonis ætate tantum Vicus fuit. Diruit autem *Fregellas* L. Opimius Prætor, Conſſ. *M. Fulvio Flacco* & *M. Plautio Hypſæo* Anno Urbis Romæ IↃ CXXVIII. ante natum Chriſtum 125. *Strab. lib.* 5. Auctor ad Herennium. Cicero *de Leg. Agraria contra Rullum Orat.* 1. Breviator Livii lib. 60. Velleius Patercul. *lib.* 2. Val. Max. *lib.* 2. *cap.* 8. Hermann.

g *Geſoriacum*] Portus Morinorum in Gallia Belgica, quod nunc Caletum, ut eſt opinio, dicitur, alii malunt Soiacum eſſe, juxta Audomari fanum. *Stad.* Scribitur & per duplex *ſſ. Geſſoriacum* apud *Sueton. lib.* 5. *cap.* 17. Variant, ut pleriſque in talibus, Eruditorum ſuſpiciones à *Stadio. Scaliger* vult ad Auſonium Oppidum *Geſſoire.* Petrus Scriverius, Vir Clariſſimus, iis ſe accedere innuebat, qui cum *Geſſoriaco* Bononiam comparant (incolæ *Bologne* nuncupant) dictumque exiſtimabat, quaſi *Cæſarictium.* Portum enim Iccium eundem cum Geſſoriaco ſibi videri. In Panegyrico Maximiano Imperatori dicto *Geſorigia* eſt. Cæterum *Cæſarictium* dici non ſiniſtre quis judicare poſſit, atque *Cæſarauguſta* Plinio, aut Ptolomæo *Cæſarodunum*, vel Antonino *Cæſaromagus.* Hermannides.

h *Tiberis, quod Euphrates*] Cum Florus opponat nemora, urbes, flumina, inepte ſcriberetur *quod Tigris, quod Euphrates.* Freinsh. Tigris & Euphrates nobiliſſima Orientis flumina, quæ Meſopotamiam ſuis alveis complectuntur, olim limites imperii verſus ortum, dum res Romana floreret. Sed hoc loco aliquot exemplaria ita habent: *Tiberis, quod Euphrates.* Eo ſenſu: ut limes nunc Orientis Euphrates, ita Tiberis olim occidentis. *Stadius.*

i *Coriolos quoque, pro pudor! victos*] Aliter edi voluit *Vinetus*, librorum ſuorum manuſcr. fidem ſecutus, quibus nimium hac in parte credulus. Vera quippe eſt veterum excuſorum lectio: *Coriolos quoque, pro pudor! victos, adeo gloriæ fuiſſe.* Nunquam ſane effecerit Vinetus, ut *Coriolis* ſit idem quod

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

fuiſſe, ut captum oppidum [k] Cajus Marcius Coriolanus quaſi Numantiam aut Africam, nomini [l] induerit. Extant & parta de [m] Antio ſpolia, quæ [n] Mœnius [o] in ſuggeſtu fori, capta hoſtium claſſe, ſuffi-

Coriolenſis, aut *Coriolanus. Corioli* nomen oppidi πρωτότυπον, qua forma aliquot Italiæ oppida vocata. Sic *Gabii*, *Carſeoli* dicti. Nomen urbis hujus Stephano eſt τὰ κορίολα, non οἱ κορίολοι. Nam Græcis nulla urbium nomina ſic terminantur. *Salm.* Corioli Volſcorum oppidum à C. Marcio captum, ipſi cognomen Coriolano fecit. Florus vero ex perſonarum, temporis & locorum comparatione, cognomen iſtud cum Africano & Numantino collatum obſcurat. Marcius enim miles tantum, P. Scipio Imperator: ille, ſub conſulis ſui Poſtumii auſpiciis, oblata occaſione Coriolos oppidulum invaſit, & cepit: iſte ſuis auſpiciis & populi Romani Imperator, Carthaginem imperii æmulam, Africæ dominam, & Celtiberorum Numantiam XIV. annis invictam, delevit, ab illa & in triumpho Africanus, ab iſta Numantinus dictus. Illene ergo ſcilicet ob unius diei laborem, unius oppiduli, & nunc obſcuri, expugnationem Coriolanus? *Stadius.* Coriolani certe gloria, magnitudine poſterorum, ita obruta eſt, ut ipſum Livium fugere, aut ſiquidem ſuccurrit, non dimovere potuerit, quin Africanum ſuperiorem *nomine victa ab ſe gentis primum eſſe nobilitatum*, ſcriberet. 30. 45. Plura exempla ſunt infr. 2. 8. 2. 15. 3. 6. 3. 8. *Freinsh.*

k *Cajus Marcius*] Non *Caju*ſed *Gneus* appellatur in vett. libris, & apud Jordanem. Titi etiam Livii Epitome ſecunda *Gn. Marcium* vocat. Græcis ſemper γαῖος. *Salmaſius.*

l *Induerit*] Omnino malim *induceret: nomen inducere* eſt, ex oppido capto cognomen adſciſcere. *Idem.*

m *Antio*] Volſcorum metropolis erat maritima, quam in ſuo conſulatu C. Mœnius expugnavit, & ex navium roſtris, unde loco nomen, ſuggeſtum antea in foro extructum exornavit: & id templum *Roſtra* deinceps appellatum, anno Urbis conditæ CDXVI. ex Roſtris ad populum concio deinceps haberi ſolebat. Situm erat ante Curiam Hoſtiliam in foro. Roſtrum erat in prora navis pars prominens & acuminata ex ære vel ferro, ad roſtri effigiem alicujus animalis formata, hinc naves roſtris inſtructæ, roſtratæ dicuntur. De Antiatibus Volſciis quater triumphatum eſſe obſervavi; poſtremum egiſſe triumphum, quantum in Annalibus exſtat, C. Mœnium anno U. C. CDXVI. *Stadius.*

n *Mœnius*] Ita Caſſiodorus *His Coſſ. roſtra navium de Antiatibus in foro fixa ſunt*. Seneca tamen de brevitate vitæ cap. 13. *Duillium primum claſſe viciſſe* dicit, Epitome Liviana XVII. *primum navalem trium-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

ſuffixit; ſi tamen illa claſſis: nam ſex fuere roſtratæ. Sed hic numerus, illis initiis, navale bellum fuit. p Pervicaciſſimi tamen Latinorum q Æqui & r Volſci fuere, & cotidiani, ut ita dixerim, hoſtes. Sed hos præcipue Lucius ſ Quinctius domuit, ille dictator t ab aratro: qui obſeſſa, ac pæne jam capta; u Marci

triumphum duxiſſe. ſicut & Plinius 34. ubi etiam noſtram hiſtoriam firmat. Polyb. I. 20. *ante primum bellum Punicum Romanos mare ne cogitaſſe quidem* ſcribit. Alii jam tum anno V. C. CCCXXVIII. *Claſſibus ad Fidenas pugnatum cum Vejentibus in annales retulère*, quos explodit Livius, 4. 24. *Freinsh.*

o *In ſuggeſtu fori*] Vide Plinium 16. 4. Inde illud celebre nomen *Roſtra.*

p *Pervicaciſſimi*] Adjecto admodum proprio nomine dixit. Quid enim Æquis pertinacius? cum iis namque annis 72. vario Marte pugnatum eſt, quouſque magna clade à Camillo dictatore victi ſunt, an. V. C. CCLXIV. Inde ut reſpirarent ſub ſpecie pacis; ſed inſidæ XXCIV. annos quieverunt. Sed quia tunc Samnitibus auxilia ipſos ſubmiſiſſe deprehenſum eſt, moverunt in eos exercitum Coss. oppidaque XLI. intra dies IX. expugnarunt: quo bello fracti iterum rebellarunt, & à Dictat. I. Bubulco ad imperium coacti ſunt an. V. C. CDLI. atque de Æquis eum fuiſſe decimum tertium, & ultimum triumphum obſervavi. *Stadius.*

q *Æqui*] Qui rupto fœdere quod priore anno inierant, movetunt Duce Clælio Graccho. Contra eos miſſus eſt L. Minucius Cos. qui, cum in monte Algido circumſeſſus eſſet, una cum exercitu, trepida civitas Dictatorem popoſcit; dictus eſt L. Quinctus Cincinnatus; qui Conſulem & legiones obſidione liberavit. *Stadius.*

r *Volſci*] Volſcorum populus ſemel à Tarq. Superbo motus, arma ad ducentos annos ſumpſit, teſte Livio, nec quies fuit, niſi per intervalla, & inſida: æmulatione enim invidiaque in pop. R. uſque adeo flagrabant, quod VII. Coss. III. Dictatores, & Superbus de ipſis triumphum egerint, duo etiam Coss. orationem. *Idem.*

ſ *Quinctius*] In omnibus libris legitur: *Titus Quintius.* Error ergo Flori ipſius fuerit. Sub idem tempus vixere ex eadem gente, Titus Quintius Cincinatus. *Salmaſius.*

t *Ab aratro*] Plinius 18. 5. *Fortiſſimi viri & milites ſtrenuiſſimi ex agricolis naſcuntur.* Freinsh. Fuit ille *Lucius Quinctius* L. F. L. N. *Cincinnatus* è Troiana *Quinctiorum* familia oriundus. Referendum hoc ad Politicorum aſſertionē, *Agriculturam nihil officere Nobilitati.* Talis etiam ducentis annis poſt, *C. Attilius M. F. M. N. Regulus*; *Serranus*, ut ajunt, dictus, quod;

u Marci Minucii conſulis caſtra, egregia virtute ſervavit. Medium erat forte tempus ſementis, quum patricium virum innixum aratro ſuo, lictor in ipſo opere deprehendit. Inde in aciem profectus, ne quid à ruſtici operis imitatione ceſſaret, victos more pecudum ſub x jugum miſit. Sic expeditione finita, rediit ad boves rurſus triumphalis agricola. Fidem numinum! qua velocitate? intra quindecim dies cœptum, peractumque bellum: prorſus ut feſtinaſſe dictator ad relictum opus videretur.

CAP. XII.

Bellum cum Etruſcis, Faliſcis, & a Fidenatibus.

ASſidui vero, & anniverſarii hoſtes ab Etruria b Vejentes: adeo ut extraordinariam manum adverſus eos promiſerit, privatumque geſſerit bellum c gens una

cum ad Imperium Populi Romani ſuſcipiendum vocaretur, *ſerens in agro* inventus ſit. *Cic. pro Roſc.* & *Val. Max. lib.* 4. *cap.* 4. Unde *Plin. lib.* 18. *cap.* 3. vocat *Triumphalem Aratorem.* Alludit hic ex *Symmachus lib.* 7. *Epiſt.* 16. ad Filium: *adde te ruſticantium numero & pauliſper* Catones *atque* Atilios *æmulare, quos vomeris ſtiva ad Conſulares miſit ſecures.* Ex Rupert. *Hermannides.*

u *Marci Minucii*] Auctor de vir. illuſtr. cap. 17. *Quintum* vocat, reliqui paſſim *Lucium.* Idem.

x *Iugum*] *Tribus haſtis jugum fit, humi fixis duabus, ſuperque eas tranſverſa una deligata.* Livius 3. 28. Fit autem jugum eam potiſſimum ob cauſam, ut exprimatur confeſſio, ſubactam domitamque eſſe gentem.

a *FIdenatibus*] Fidenæ Albanorum colonia, Latinorum oppidum, diſtabat ab Urbe verſus ſeptemtrionem, cis Tiberim, ad quintum lapidem via Flaminia. hujus cives Fidenates injuria Romanos,

una Fabiorum. Satis ſuperque idonea clades. Cæſi apud nos, ſub Romulo Rege, læſiſſe ex hiſtoriis obſervavimus, quia frumentum, quod ex Cruſtumino agro Tiberi devehebatur, ad Urbem, fame laborantē, diripuerant. Movit itaque contra Fidenates Romulus, ipſos profligat, cædit, oppido expugnato dat novos colonos. Sed iſtorum pax ſemper inſidiarum pleniſſima fuit. Tullo enim Hoſtilio rem cum Albanis gerente, cum Veientibus denuo conſpirant, nullo tamen ſucceſſu. Urbe enim ipſorum capta in violatores pacis animadvertitur. Marcius iterum rex rebellantes & Fidenates agrum Romanum populantes obſidione capit, ſecuri percutit defectionis auctores. Capiuntur etiam ab Etruſcis per proditionem, quia fœdus cum Tarquinio Priſco percuſſerant. Priſcus dum illos aſſerit, oppidum expugnat, & ſupplicio proditores plectit: ſontes etiam aliquot in exilium exigit, qui auxilio Sex. Tarquinii, poſt ejectum Superbum regem, arcem denuo occupant & oppidum, quod Romani Coss. obſidione & fame fractum, & à ſociis Latinis deſertum, deditione occupant: inde aliquot annorum requies, donec iterum ſocietate Veientium ſollicitati, victi ſunt à Cos. Sergio, cui Fidenati cognomentum fecerunt anno V. C. CCCXV. Sed iterum deficiunt ad Lartem Tolumnium, Veientium regem: legatos Romanorum occidunt, ut ſocietatem belli ſcelere obſtringerent. Vincuntur à Dictatore Q. Servilio, & capiuntur, qui in hoc honore ideo Fidenas appellatus eſt an. V. C. CCCXVIII. Inde poſt octennium iterum Fidenas novi coloni ſunt deducti, quos ipſi Fidenates poſt biennium jugulant. & quia Veientes ad Fidenas bellum tranſtulerant, dum Mam. Æmilius prælium conſerit, Fidenates ex oppido in aciem Romanam cum facibus prorumpunt; ſed profligati dum fuga repetunt urbem, Romanos quoq; immixtos portis admittunt. Urbs capta diripitur, diruitur: cives, jam ſexies juris gentium violatores, ſub corona venduntur, Anno V. C. CCCXXVII. *Stadius.*

b *Vejentes*] Veji Etruſcorum urbs, Athenis non minor, & opulentiſſima, juxta viceſimum ab urbe lapidem diſtat. Vejentes cives, Fidenatium cauſa, qui cum Romulo rege bellum ſumſerant, in Romanos arma moverunt, deinceps ſepties rebellarunt: in pace nunquam fidi, agros urbis ſemper depopulabantur. Fidenates cogebant ad defectionem, ipſis auctores fuerant contra jus gentium opprimendi legatos, perſuaſerant occidendos eſſe colonos. Legatos P. R. læſerant injuria, Etruriam ad arma contra P. R. non ſemel ſollicitaverant: quare toties læſa tot injuris Romani populi patientia, decernitur urbem infidam eſſe expugnandam, eaque decennio pertinaciter obſeſſa Camillo dictatore: tandem non vi, nec operibus; ſed cuniculo capitur an. V. C. CCCLVII. Dies hujus cladis inconſtanter ad-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

apud [d] Cremeram trecenti, patricius exercitus & [e] *ſcelerato* ſignata nomine, quæ proficiſcentes in prœlium porta dimiſit. Sed ea clades ingentibus expiata victoriis, poſtquam per alios atque alios duces robuſtiſſima capta ſunt oppida : vario quidem eventu. [f] Faliſci ſe ſponte dediderunt. [g] Cremati ſuo igne Fidenates. Rapti funditus deletique Vejentes. Faliſci quum obſiderentur, mira viſa eſt fides Imperatoris, nec immerito : quod ludimagiſtrum

modum apud veteres definitur. *Stadius.*

c *Gens una Fabiorum*] Gens ad nomen referri debet, ſicut familia ad cognomen: eſtque nihil aliud quam diverſarum familiarum inter ſeſe compoſitio. Sic Fabii unius gentis eſſe dicuntur, quia eodem omnes gaudent nomine. Sed quia variæ hujus gentis partes ſunt, quæ cognominum varietate diſtinguuntur, ideo antiqui familias vocant. Fabiæ gentis ſex ſtirpes ſunt, ut tabulæ Capitolinæ ac numi veteres teſtantur. Tres frequentes, Ambuſti, Maximi, & Vibulani. Minus frequentes, Buteones, Dorſones, Pictones. Aliqui addunt ſtirpes alias; ſed earum paucæ tantum in veteribus numis reperiuntur, Schotto teſte. *Fabia gens* nobilis admodum ac illuſtris ex re ruſtica nomen aſſumpſit, ſicut alii veterum haud infimæ ſortis. Sicut enim *Cicerones* ac *Lentuli*, ob ciceres lenteſque eximie cultas, generoſum familiæ nomen adinvenere; ita *Fabii* à fabarum ſatione. Quicquid enim ocii à ſeverioribus curis habuerunt veteres, illud omne agriculturæ impenderunt, ut Cicero in Catone majore teſtatur, licet non deſint, qui à fodiendo, quod primum per foſſas venandi morem indixerint, appellatos arbitrentur. *Blanckardus.*

d *Cremeram*] Fluvius eſt Tuſciæ haud procul Vejis diſtans.

e *Scelerato ſignata nomine*] Ea porta antea Carmentalis vocabatur, inter ſaxum Tarpeium & Tiberim ſita; ſed nomen mutavit ob emiſſos Fabios, quaſi ipſa in cædem eorum conſenſiſſet. *Freinsh.* Sic & apud alias gentes infamibus appellationibus loca notata ſunt. Apud *Cretenſes* locus quidam *Impudentiæ* vocabatur. De Campo inter *Baſileam* & *Argentoratum* vid. *Reineſ.* 11. *Var. Lect. cap.* 16. *p.* 269. Ex Rupert. *Hermannides.*

f *Faliſci*] Ita appellati ab Haleſo; *Hi autem immutato H. in F. Faliſci dicti ſunt : Nam poſteritas in multis nominibus* F. *pro* H. *poſuit. Turneb. adverſar.* Idem.

g *Cremati ſuo igne Fidenates*] Hujuſmodi Deſperationis exempla congeſsêre *Berneg. ad Iuſtin. lib.* 13. *cap.* 6. *Freinsh.* infra *ad lib.* 2. *cap.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

ſtrum, urbis proditorem, [h] cum iis quos duxerat pueris, [i] vinctum ſibi [k] ultro remiſiſſet. [l] Eam namque vir ſanctus & ſapiens, veram ſciebat victoriam, quæ ſalva fide, & integra dignitate pareretur. [m] Fidenæ, quia pares non erant ferro, ad terrorem moven-

2. *cap.* 18. §. 15. *lit. b. Virdungus ad Agric. Tacit. cap.* 38. *p.* 227. Habes & exemplum apud *Picart. Decur. XI. cap.* 6. *p.* 312. Vide & Notas *Rup. ad Val. Max. lib.* 3. *cap.* 2. §. 7. *Hermannides.*

h *Cum iis quos &c.*] Certe pueros illos ex urbe obſeſſa eduxit magiſter iſte, ſed eoſdem etiam in caſtra Romana, ad Imperatorem adduxit, ſ. ut loquitur Livius, perduxit. Cum eos ad Imperatorem adduxiſſet, vinctus ultro ad urbem remiſſus cum pueris, quos prodiderat. *Salmaſius.* Norat ille Furcifer, Liberorum eam eſſe charitatem, ut extorqueat omnia, omnemque frangat pertinaciam. Hiſtoriam de iſto Ludimagiſtro refert *Dio Cocc. in Exc. Peir. p.* 479. *Valet. in Not. p.* 82. Inde fluxerunt illa multorum conſilia, qui Obſides legerunt ſuſpectorum Adverſariorum liberos. Inſpici poteſt *Forſtnerus* Not. Polit. p. 298. ad illa *Tac. lib.* 3. *Annal. cap.* 43. *Nobiliſſimam Galliarum ſobolem liberalibus ſtudiis ibi operatam*, (occupaverat) *ut eo pignore parentes propinquoſque eorum adjungeret.* Adde Notas *Rupert. ad Valej. lib.* 2. *cap.* 7. §. 1. *Eryc. Putean. l.* 2. *Hiſt. Med. p.* 95. 96. *Fortius Alphonſ. Perez. Guſman. apud Lipſ. Lib.* 2. *Monit. ex Exc. c.* 7. *p.* 55. 56. *Hermannides.*

i *Vinctum ſibi*] Id eſt, Faliſcis. *Pontan.*

k *Ultro remiſiſſet*] Sic medicum venale Pyrrhi caput offerentem ad eum remiſit Curius. Florus 1. 18. quin communis exempli intereſſe judicabat, ne tale quid admitteretur. *Zevecotius.*

l *Eam namque Vir ſanctus &c.*] Videri poſſunt explanando huic loco *Picart. Dec.* 10. *Obſerv. c.* 2. Item *Scip. Amirald. lib.* 2. *Diſc.* 13. *Freinſh. in Curt. lib.* 4. *c.* 1. §. 12. *Grut. Diſcur. cap. in Tacit.* 25. §. 14. *& ſeqq.* Certum eſt ad profligandam provinciam maxime profeciſſe ſingularem Ducis ſanctitatem. *Hermannides.*

m *Fidenæ*] Inter Oppida, quæ Sabinis ab Auctoribus tribuuntur, Romæ proximum fuerunt *Fidenæ.* Situm Urbis maxime indicat *Dionyſ. Halicarn. Lib.* 2. *&* 3. ac diſerte ait: *Urbem hanc XL. ſtadia ab Roma diſſitam, magnam tum & populoſam.* Super Origine primiſque Conditoribus Fidenarum diſſentiunt inter ſe Authores Veteres, aliis Etruſcorum, aliis Albanorum ex Latio Coloniam adſerentibus. Romulus poſtquam Urbem cepit, Romanorum eo miſiſſe coloniam, authores ſunt *Dionyſ. lib.* 2. & *Plutarch. in Romulo.* Cæterum fuiſſe Ciceronis adhuc tempore Opidum,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

movendum [n] facibus armatæ, & diſcoloribus, ſerpentum in modum, vittis, furiali more proceſſerant:

dum, patet ex *Oratione* ejus *prima contra Rullum, de Lege Agraria.* Sed Horatii mox ætate Vicus fuit ex *Lib.* ejus 1.*Epiſt.*11.& *Strab. Lib.* 5. Accidit apud Fidenas, Tiberii Imperatoris anno duodecimo, res admodum miſeranda. Nam Amphitheatri caveâ, populo Gladiatorium munus ſpectante, collapsâ, plus quam quinquaginta hominum millia occubuêre. *Tacit. Annal. Lib.*4. & *Olympiadum Auctor, Olympiadis* 201. *an.* 2. Reliqui vero Auctores ut *Suet. in Tib. cap.* 40. *Oroſ. lib.* 7. *cap.* 4. & *Paulus Diacon.* Hiſt. Miſcel. lib. 7. ſupra viginti millia tantum hac ruinâ periiſſe meminerunt. *Hermannid.*

n *Facibus armatæ, & diſcoloribus, ſerpentum in modum, vittis, furiali more proceſſerant*] Facium tantum meminit, non etiam ſerpentum prælatarum Liv. lib. IV. At in alio Faliſcorum ac Tarquinenſium bello, quod à Marco Fabio Ambuſto, iterum conſule, profligatum eſt, ſacerdotes eorum populorum, faces ardentes angueſque prætulerunt, & idem memorat *Livius lib.* VII. Veros angues fuiſſe innuere videtur *Livius. Florus* fictos factoſque è diſcoloribus vittis, qui & res diverſas ac tempora miſcet confunditque toto hoc capite. *Salmaſius.* Locus Livii à Salmaſio citatus eſt *cap.* 17. qui hæc verba habet: *Inde terror maximus fuit, quod Sacerdotes eorum, facibus ardentibus, anguibuſque prælatis, inceſſu furiali militem Romanum inſueta turbaverunt ſpecie.* Ad hunc locum non credit *Gruterus* hos veros fuiſſe angues; ſed arbitratur *vittas* colore fuiſſe *anguineo*, quæ vento agitatæ videbantur vivere. Hanc ſuſpicionem nactus fortaſſis fuit ex hoc loco *Flori*; Aſt ego nullus dubito veros hic quoque fuiſſe angues, ut quorum fanatico diſcurrentibus inſtinctu uſus fuit. In horrendo Bacchanalium Feſto, quidquid erat inſaniæ ac furiarum nefariis exercebatur modis. De Serpentibus *Catullus in Nuptiis Pelei.*

Pars è divulſo raptabant membra juvenco,
Pars ſeſe totis Serpentibus incingebant.

De iiſdem *Prudentius* etiam dentibus diſcerptis memorat *Lib.* 1. *contr. Symm. v.* 130.

——— *virides diſcindunt ore chelydros,*
Qui Bromium placare volunt, quod & ebria jam tunc
Ante oculos Regis Satyrorum inſania fecit.

Huc facit quod & *Georg. Fabricius* ſcribit, *Se vidiſſe* Romæ propè in Sepulchri fracto marmore Fanaticam Bacchantium turbam, qui *angues ore geſtarent* & caprum ducerent. Nec minus idem confirmare videtur *Galenus*, cum ita *Lib.* 1. *de Antidotis* ſcribit: *Opportunum itaque tempus eſt, quod iis medium intercedit, quodque* Andromachus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

rant: ſed habitus ille feralis, o everſionis omen fuit. Vejentium quanta res fuerit, indicat decennis obſidio. Tunc primum p hiematum ſub pellibus: taxata q ſtipendio hiberna: adactus miles ſua ſponte

machus *ipſe ſignificavit, quo tempore, & qui Libero Patri ſacra faciunt*, Viperas lacerant, *Vere quidem finiente, nondum tamen Æſtate incipiente.* Hermannides.

o *Everſionis omen*] Victi ſunt à Dictatore Q. Servilio, captique an. U. C. CCCXVIII. Et ipſe ob hanc victoriam novo agnomine honoratus eſt. Nam exinde Servilius *Fidenes* eſt appellatus. *Pontanus.*

p *Hiematum ſub pellibus*] Caſtra Romanorum uniuſmodi, ſi formam conſideres: paulo alia, ſi apparatum totum & inſtructum. Nam moneo duplicia Romanis caſtra fuiſſe, Æſtiva & Hiberna. Hiberna ſunt, quæ per hiemem & in diuturna manſione militibus receptaculum, ab ipſo item tempore ſic dicta. Iſtorum origo in Livio, bello Vejenti: Id fuit ſub annum urbis CCCLVIII. Etſi Livius & Cæſar, *Pelles* removere & ſejungere ab *Hibernis* videntur, ut ille lib. XXXVIII. Cæſar lib. III. *Lipſius.*

q *Stipendio*] Stipendium primum de publico peditibus datum eſt an. U. C. CCCXLVII. cum odio Vejentium, in obſidione hibernandum ſub pellibus eſſe decretum erat. Equitibus triennio poſterius, anno U. C. CCCL. quando male ad Vejos pugnatum eſſet. Quantum vero illud apud priſcos fuerit, nemo facile putaverit. An Polybius etiam vocabulo ὀψώνιον, pro diurno ſtipendio utatur, an pro parte ejuſdem, non ſatis liquet, dum peditis quæſtum diurnum obolos duos, Centurioni duplex, Equiti drachmam procedere ait. Quod Polybius lib. 2. ὀψώνιον, hoc Livius lib. 38. (dum de ſeditione agit, qua in exercitu Scipionis ad Sueronem laboratum eſt) ſemper ſtipendium latine vertit. Auguſto quidem imperante denos aſſes (quorum ſinguli tunc ſemunciales erant) peditis ſtipendium diurnum fuiſſe, ex Percennii ſeditioſa apud Tacitum lib. I. concione manifeſtum eſt: quod ad noſtri pretii & hujus provinciæ numiſma collatum, duorum ſeſtertiorum eſſet cum Sembella, hoc eſt, trium (ut vocant) blancarum. Tempore punici belli denarius XVI. aſſibus permutabatur, teſte Plinio, hoc ſtipendium diurnum fere procederet ad Regalem Hiſpanicum argenteum. *Stadius.* Non ſolum hiberna militum ſtipendia tum taxata, ſed æra in ſtipendium militi Romano conſtituta, qui antea ſuo ære militabat, nec quidquam de publico accipiebat. Hiemare certe tum etiam in bello cæpit, & tabernacula ad hoc ædificata tandem habere, cum initio illus obſidionis ſub pellibus hibernaſſent. *Salmaſius.*

r *Niſi*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

ſponte jurejurando, r *niſi capta urbe remearet.* ſ Spolia de Larte Tolumnio rege ad Feretrium reportata. Denique non ſcalis, nec irruptione; t ſed cuniculo, & ſubterraneis dolis peractum urbis excidium. Ea denique viſa eſt prædæ magnitudo, cujus

r *Niſi capta urbe remearet*] Hoc eſt, ſi remearet niſi capta urbe, aut ſi remearet urbe non capta, omnes illæ execrationes in caput ejus verterent. Vide ſimiliter locutum in re non abſimili, Liv. 10. 38. *Freinsh.* Quis Votorum hic non aliquando miretur ſtultitiam? Multa de his hoc loco *Freinshem.* Item infra *ad cap.* 16. §. 7. Eſt quid ſimile apud eundem *Florum* & *Lib.* 3. *cap.* 10. de facto *Helvetiorum*, qui pagos ſuos incenderunt, in ſpem nullius poſtea reditus, quod & Cæſar meminit de *Helvetiis*, Lib. 1. *De Bell. Gall.* Hermannides.

ſ *Spolia &c.*] Quo in honore opima ſpolia de Tolumnio Vejentium rege, Cornelius Coſſus fixerit, & quo anno, ut æque ambiguum, Livius 4. 20. in controverſiam trahit. Trib. mil. fuiſſe auctorum ſuffragiis colligit, ſed eam opinionem argumento à legibus ſumpto infirmat, eo quod ſpolia opima referantur ſolum illa, quæ dux duci detraxerit; duxque ille ſit, cujus auſpicio res geritur. Infirmat idem & à titulo, quem ipſius ſpoliis inſcriptum Auguſtus legerit; Cos. *Coſſum* opima ſpolia retuliſſe, qui hinc conficit, hoc annis novem ſerius eſſe geſtum, quam ab aliis prodatur. Livii argumentis autoritatem Varronis noſtri ſeculi ſcriptores opponunt, quem opima ſpolia deſcripſiſſe etiam dicunt illa, quæ manipularis miles detraxerit, dummodo hoſtium duci detraxerit: & tanto probabilius fieri potuiſſe, quod opima ſpolia magiſter equitum *Coſſus* ſub dictatore Æmilio retulerit; præſertim quum triumphum egiſſe legatur. Alii iterum in conſulatu opima ſpolia ipſum fixiſſe contendunt; ſed hoc ideo infirmant, quia nulla ſit ejuſdem, qui cum imperio fuerit & ſuis auſpiciis rem geſſerit, triumphi in tab. Capitol. mentio: qui honos imperium gerenti debebatur. Plutarchum quoque ἀνιστορησίας arguunt, qui in Romuli vita *Coſſum* quadrigis in urbem vectum retulerit. Sed non eſt noſtrum tantas componere lites. Titulum tamen, quem de Cos. Coſſo Auguſtum legiſſe teſtatur Livius, ceterorum opinionibus præferendum putarem. Hic *ad Feretrium* conciſe dictum eſt, pro *ad Feretrium Iovem*: Jovi enim Feretrio à Feretro nomen fecerat Romulus. *Stadius.*

t *Sed cuniculo & ſubterraneis dolis*] De his Cuniculis vide quæ congeſſit *Freinsh.* ad *Curt. lib.* 9. *cap.* 8. §. 14. *Æn. Tact. c.* 37. Ibique *Caſaub.* Cuniculis ferè captum *Thoronium* ſcribit *Brunn. lib.* 13. *p.* 593. Adde Hiſtoriam ſuffoſſarũ à Narſete

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

cujus decimæ [u] Apollini Pythio mitterentur: univerſuſque populus Romanus ad direptionem urbis vocaretur. Hoc tunc Vejentes fuere: nunc fuiſſe quis meminit? quæ reliquiæ? quodve veſtigium? Laborat annalium fides, ut Vejos fuiſſe credamus.

CAP. XIII.

[a] Bellum Gallicum.

[b] HInc ſive invidia deum, ſive fato, [c] rapidiſſimus procurrentis imperii curſus, parum per Gallorum Senonum incurſione ſupprimitur. Quod tempus

ete Cumarum valde memorabiem, apud *Agath. lib. 1. p.15.* Hermannides.

u *Apollini Pythio*] Quod nemne ejus ope, conſilio vicerunt. ita Carthaginenſes Herculi Tyrio omnium quæ in proventuum rationes cadebant, mittere decimas ſolebant. Diod. 20. 14. *Freinshemius.*

---

a BEllum *Gallicum*] Galli Senones dum per injuriam agros producere conantur, Cluſium Etruriæ oppidum obſidebant. Pop. R. pro ſocia civitate legatos deprecatum miſit, qui contemptim à Brenno Gallorum rege excepti, obſeſſis erumpendi auctores fiunt. Ibi Fabius legatus à Brenno deprenſus contra jus gentium pugnae, bellum aliorum in ſuos convertit. Solvit enim rex irritatus obſidionem: Romam contendit: ſibi Fabium dedi poſtulat: contemnitur. Romani, ab Urbe undecimum lapidem progreſſi, ad flumen Aliam Gallis occurrunt: funduntur, fugantur: hoſtes inſecuti Urbem invadunt, incendunt, evertunt. Pars civitatis robuſtior Capitolinam arcem occupat: ſeptem menſes ſuſtinet obſidionem. Interea M. Camillus, qui Ardeæ exſulabat, lege Curiata revocatus, abſens Dictator dictus eſt. Is contracto exercitu, dum Gallis appenditur ex fœdere aurum ad redemtionem, ipſos adortus Roma ejicit, & ad octavum lapidem viâ Gabiniâ aſſequutos profligat, Idibus Februarii an. V. C. CCCLXIV. Iterum Galli Senones ad pontem Anienis caſtra metati, tertio ab Urbe lapide, via Salaria, à Quinct.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

pus populo Romano, neſcio utrum clade funeſtiu fuerit, an virtutum experimentis ſpecioſius. Ea cer te fuit vis calamitatis, ut [d] in experimentum illatan putem divinitus, ſcire volentibus immortalibu dii

Quinct. Dictatore victi ſunt. T. Manl. à Gallo ſingulari prælio provocatus, occidit, & eum ex torque ipſi detracto, Torquatus dictus eſt. Galli proxima nocte in Tiburtinum agrum tranſierunt, ſocietate belli cum Tiburtibus facta. Anno iterum Urbis conditæ CDIV. campos & maritima loca populabantur: qui à L. Furio Camillo Cos. in agro Pontino acie fuſi, in Apuliam compulſi ſunt. M. Valerius Tribunus militum, ex ſingulari pugna cum Gallo commiſſa, corvique auxilio, victo hoſte, Corvi cognomine donatus eſt: unde & ejus poſteri Corvini ſunt appellati. Anno tandem Urbis conditæ CDLXX. Senones Galli cum Bojis ſocietatem, illi cum Etruſcis & Samnitibus, arma contra Romanos ſociant. Senones magno prælio à Romanis vincuntur. Boii, cum Senones cæſos intelligerent, ſuis rebus metuentes, Etruſcos evocant; ſed Boii, ad lacum Vadimonis, cum Dolabella conſule congreſſi profligantur, & maxima pars Etruſcorum occiditur, teſte Polybio lib. 2. *Stadius.*

b *Hinc ſive invidiâ Deum*] Frequens hæc apud Romanæ facundiæ patres locutio, nec Græcis etiam minus uſitata. Querela fuit Macedonum ſuper Obitu Alexandri Magni, apud *Curt. lib.* 10. *cap.* 5. §. 10. *Tam viridem, & in flore ætatis fortunæque* invidiâ Deum erε ptum eſſe rebus humanis. Herodo lib. 7. *Vides ut prægrandia anima lia Deus ferit, nec ſinit inſoleſcere parva vero nihil lædit?* Vides magna ſæpe ædificia magnaſqu arbores fulminum tela percutiun Gaudet enim Deus eminentiſſim quæque deprimere: unde & ingen exercitus ab exiguo profligatur *quoties Deus iis, quibus* invidet *metum incutit.* Unde illud etiar apud *Velleium lib.* 1. *cap.* 10. Deo *immortales precatus eſt, ut ſi qui eorum* invideret *operibus ac fortun ſuæ, in ipſum potius ſævirent, quàn in Remp.* Hermannides.

c *Rapidiſſimus procurrentis Imperii curſus*] Eadem tranſlatione u titur *Seneca Epiſt.* 101. ubi de Cor nelio Senecione: *In ipſo procurren tis pecuniæ impetu raptus eſt*, h. e dum & celeriter, & inſigniter dite ſcit, ac ſe collocupletat, dum re familiaris ejus, & grande & velo incrementum capit, morte inter ceptus eſt, ut obſervat *Virdungus* Ex Ruper. *Hermannides.*

d *Ut in experimentum illatan putem, &c*] Res minus ſecunda Virtutum eſſe experimenta, nota vit etiam *Plinius lib.* 9. *Epiſt.* 26 *Nequaquam par Gubernatoris eſt Virtus, cùm placido, & cùm turbat mari vehitur: tunc admirante nul lo illaudatus, inglorius ſubit portum; at cum ſtridunt funes, curva tu*

diis, an Romana virtus imperium orbis mereretur. e Galli Senones, gens natura ferox, moribus incondita, ad hoc ipſa corporum mole, perinde armis ingentibus, adeo f omni genere terribilis fuit, ut plane nata ad hominum interitum, urbium ſtragem, videretur. Hi quondam ab ultimis terrarum oris, & cingente omnia g Oceano, ingenti agmine profecti, quum jam media vaſtaſſent, poſitis inter h Alpes & i Padum ſedibus, ne his quidem contenti, per Italiam vagabantur. Tum k Cluſium obſidebant. Pro ſociis ac fœderatis Romanus intervenit,

tur arbor, gubernacula gemunt, tunc ille clarus, & Diis maris proximus. Huc refer ejuſdem ex *Paneg. Crediderim tamen, per hunc Ægypti ſtatum tuas Fortunam vires experiri, tuamque vigilantiam explorare voluiſſe. Nam cum omnia ubique ſecunda merearis, nonne manifeſtum eſt, ſi quid adverſi cadat, tuis laudibus, tuiſque virtutibus materiam campumque præſterni.* Hermannides.

e *Galli Senones*] Galliæ Celticæ populi, inter Sequanam & Ligerim. Vide de his populis *Eryc. Putean. Comm. in Hiſt. Inſubr. p. 5.* Hermannides.

f *Omni genere terribilis*] De Gallogræcis Livius 38. 17. *Procera corpora, promiſſa & rutilata coma, vaſta ſcuta, prælongi gladii: ad hoc cantus ineuntium prœlium, & ululatus, & tripudia, & quatientium ſcuta, in patrium quendam morem, horrendus armorum crepitus: omnia de induſtria compoſita ad terrorem.* Similiter de Vercingentorige noſter infra 3. 10. *Freinsh.*

g *Oceano*] Magnum hoc noſtrum mare intelligit, orbique circumfluum. *Lipſius.*

h *Alpes*] A candore nivium nomen habent, quia perpetuis fere nivibus albeſcunt. Sabini enim *Alpum* dixere, quod poſteri Latini *Album.* Sunt autem montes altiſſimi, Galliam Tranſalpinam à Ciſalpina dividentes. Nunc vero, promotis finibus, termini ſunt Italiæ & Germaniæ. *Car. Stephanus.*

i *Padum*] Padus è gremio Veſuli montis, celſiſſimum in cacumen elati, finibus Ligurum Vagiennorum Viſendo fonte profluens, condensque ſeſe cuniculo, & in Forovibienſium agro iterum exoriens, nulli amnium claritate inferior, Græcis dictus Eridanus, ac pœna Phaëtonis illuſtratus, augetur ad canis ortum liquatis nivibus, agris quam navigiis torrentior. *Plinius.*

tervenit. Miſſi ex more [l] legati. Sed [m] quod jus apud barbaros? ferocius agunt, & inde certamen. Converſis igitur à Cluſio, Romamque venientibus, ad [n] Alliam flumen cum exercitu Fabius [o] conſul occurrit. Non temere fœdior clades. Itaque hunc diem faſtis [p] Roma damnavit. Fuſo exercitu

k *Cluſium*] Tuſciæ mediterraneum oppidum olim. Livio etiam alibi *Camaro* vocatum. *Pontanus.* Urbs Etruriæ, *Porſenæ* quondam Regia. Hodie *Chieſi*, ut habet *Eryc. Putean. p.* 5. Hermann.

l *Legati*] Optime ſane cuicumque tandem ſtatui ille conſuluit, qui primus mittendorum Legatorum morem introduxit. Sæpe enim multa, quæ bello vindicanda eſſe putantur, horum opera ſine ſanguine expediuntur. Et ideo jus gentium eos violare prohibet, niſi ante forte id violent ipſi. Quod hic fecere miſſi à Romanis. Q. enim Fabius Ambuſtus contra iſtud jus, cum legatus eſſet, partes elegiſſe, contra Gallos pugnans, deprehenſus fuit à Brenno. Poſtulavit igitur, & jure, dedi eum ſibi aut puniri. Verum riſu excepta à Romanis legatio, Gallos ad juſtum Romanis bellum inferendum, relicto Cluſio, quod obſidebat, permovit. Non eſt quod Jus apud Barbaros non fuiſſe, arguat Florus; cujus potius violati accuſaſſet Romanos. Hoc certè nomine poſt liberatam urbem diem Ambuſto dixit Trib. plebis; ſed tempeſtiva mors judicio & pœnæ reum eripuit. *Zevecotius.*

m *Quod jus apud Barbaros*] Non ad ſolos Barbaros hoc pertinet. Audi ex principe Græcorum urbe principem Lyſandrum, qui *Argivis, in controverſia de agris adverſus Spartanos, juſtiora ſeſe afferre argumenta dicentibus, gladium ſtringens: Qui hunc, inquit, tenet, optime de finibus agrorum diſputat.* Plut. in Apophth. Laconicis, cap. 94. Nec ignotum eſt illud Romanum: *ſi vos non dabitis; at hic dabit.* Freinshemius.

n *Alliam*] Fluvius ex Cruſtuminis montibus ortus, in Tiberim defluit. Diſtabat ab urbe ad xc. ſtadia, ut Plutarchus ſupputat; ſed Livio ad undecimum lapidem. Ibi profligatus eſt Romanorum à Gallis exercitus. Qua de re, cum utraque clades ad eundem diem eveniſſet, relatus eſt ille inter nefaſtos, dictuſque Alienſis & Cremerenſis dies. *Stadius.*

o *Conſul*] Hoc anno Urbis CCCLXV. Roma non Coſs. ſed trib. mil. pro Coſs. habebat: vide Livium 5. 37. *Vinetus.*

p *Roma damnavit*] *Cur diebus poſtridie Calendarum, Nonarum atque Iduum exire urbe aut peregrinari non licet? An id ſit ea de cauſa quam plerique putant, & Livius tradit? Poſtridie idus Quintiles, quas nunc Iulias vocant, tribuni militum*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

tu jam mœnibus Urbis appropinquabant. q Erant nulla præſidia. r Tum igitur, aut nunquam alias appa-

militum Legiones ad Alliam flumen educentes, à Gallis pugna ſunt victi, urbemque amiſerunt. Is dies, cum nefaſtus eſſet judicatus, ſuperſtitio (ut ſolet) morem tunc amplificavit, eidemque Religioni obnoxios fecit etiam dies poſtridie Calendarum & Nonarum. Plutarch. Hunc diem Roma faſtis damnavit, ut eſſet inter *atros*. Hoc epitheto indicabantur *Inauſpicales* & *inominales*; quales fuerunt *poſtridie Calendas, Nonas*, & *Idus*, ut patet ex *Agell. lib.* 5. *cap.* 17. Diebus atris nemo ſacrificare fas fuit. *Diod. in Exc. Peir. p.* 720. Hos dies *Seneca* pater 1. *Contr. p.* 47. appellat *furvos: Deteſtabili parricidio furvum diem. Euphormio Ded. part.* 4. dixit *fœdum diem, ſæculoque pudendum.* Cæterum de hoc *Allienſi die Cic. lib.* 9. *Epiſt. ad Attic.* 5. ita ſcribit: *Majores noſtri* funeſtiorem *diem eſſe voluerunt.* Allienſis pugnæ, *quam* Urbis captæ, *quod hoc malum ex illo: itaque alter religioſus etiam nunc dies, alter in vulgus ignotus.* De hoc ipſo die vide Diſcurſum Lipſii ad *Tacit. l.* 15. *Annal. cap.* 41. contra *Scaligerum.* Porro *diem* hunc *Allienſem* Dionyſ. Halicarnaſſ. *lib.* 1. *cap.* 75. attribuit anno quarto deſinenti Olympiadis 97. *Livius lib.* 5. & *Tacit. Lib.* 2. *Hiſt. cap.* 91. faciunt ad diem 15. Cal Sextiles h. e. poſtridie Idus. Conſuli poteſt *Scalig. lib.* 5. *de Emend. Tempor. Cap. de Pugnâ Allienſium.* Ex Rup. *Hermannides.*

q *Erant nulla præſidia*] Sive Romani multum Gallorum arma contempſerint, ſecunda, quæ diu faverat, fortuna ebrii, ſive fato id cum Floro adſcribere libeat, eos multum hic erraſſe certum. Quid enim inſanius quam nudare, quæ ſufficerent, præſidiis urbem? juventutem educere? & patriæ ſalutem incerto unius prœlii eventui committere? Trahendum erat bellum, nec ſtatim cum tam ferocibus hoſtibus tentanda pugnæ alea Melius poſtea Marius militem tenuit in caſtris, donec invicta illa rabies & impetus, quem pro virtute barbari haberent, conſeneſceret. Non eſt quod pugnare feſtinet, cui clades nocitura plus eſt, quam victoria profutura. *Zevecotius.*

r *Tum igitur &c.*] Infra 2. 2. *Romanæ urbis magnitudo calamitatibus fere approbatur.* Nempe verum eſt illud Senecæ, de provid. cap. 3. *Magnum exemplum, niſi mala fortuna, non invenit.* Freinsh. Ita & Publ. Syr. Mimus;

Et calamitas Virtutis eſt occaſio.

Item Seneca de Conſol. ad Martian. cap. 6. *Ne Gubernatoris quidem artem tranquillum mare, & ſequens ventus oſtendit. Adverſi aliquid incumbat oportet, quod animum probet.* Idem Agel. *lib.* 7. *cap.* 3. innuit his verbis: *Adverſæ res ſe domant, ac docent quid opus ſit facto.* Ex Rup. *Hermannides.*

ſ *Ampliſſimis uſi honoribus*] Hoc eſt qui curules geſſerant magiſtra-

apparuit vera illa Romana virtus. Jam primum majores natu, [s] ampliſſimis uſi honoribus, in forum coëunt: [t] ibi devovente pontifice, diis ſe manibus conſecrant: ſtatimque in ſuas quiſque ædes regreſſi, [u] ſicut in trabeis erant, & ampliſſimo cultu, in curulibus ſellis ſeſe poſuerunt: ut quum veniſſet hoſtis, [x] in ſua dignitate morerentur. Pontifices & [y] Flamines, quicquid religioſiſſimi in tem-

giſtratus. Hi enim honores ampliſſimi Romæ. *Honore uſi* ſimpliciter dicebantur, qui magiſtratum geſſerant, quos & *Honoratos* dixerunt; Inde ſæpè apud veteres & in antiquis ſaxis:

PLEBS ET HONORE USI. de utroque ordine reipublicæ, plebejo & qui in magiſtratu fuere. *Salmaſius.*

t *Ibi devovente pontifice*] Pro certo ponit, quam fuiſſe quorundam opinionem perhibet Livius lib. v. *ſunt qui M. Fabio*, inquit, *Pontifice maximo præfante carmen devoviſſe eos ſe pro patria, Quiritibuſque Romanis tradant.* Idem. Carmen & ritum devotionis vide apud Liv. VIII. 9. VIII. 10. &c. X. 28. *Freinsh.* Devotionis formulam annotavit *Ioſephus Scaliger* in Conjectaneis ad Varronis lib. 4. *Iane, Iovis Pater, Marſpiter, Quirine, Laſes, Divi Novenſides, Dii Indigetes, Divi, quorum eſt poteſtas Populi Romani Quiritium, Meique, Diique Manes, Sub Vos Flacco Venerorque: Veniam Peto, Obſecroque, Vti Populo Romano Quiritium Vitam Salutemque Proſperetis. Vti Ego Axim Præ Me Formidinem Metumque Omnem, Celeſtum Inferumque Omnium Divis Siculi Verbis Nuncupaſſo: Ita Pro Republica Popoli Romani Quiritium, Vitam Salutemque Meam Diis Manibus Tellurique devoveo.* Ex Rup. *Herman.*

u *Sicut in trabeis erant, & ampliſſimo cultu*] Fuiſſe hoc ſtudium Veteribus, ut extremo diſcrimini jam propinqui, quam anguſtiſſime veſtiti morerentur, & quam decentiſſime. Videri poſſunt, *Rupertus ad Vall. Max. lib.* 2. *cap.* 1. & *Lib.* 4. *c.* 5. Berneggerus *in Iuſtin. lib.* 14. *c.* 6. §. 9. Freinshemius *in Curt. l.* 5. *c.* 9. §. 1. Suetonius in Auguſto *cap.* 99. Ex Rup. *Hermannides.*

x *In ſua dignitate*] Vult dicere, in ſuæ dignitatis inſignibus.

y *Flamines*] Flamines à filo nomen habent quod capita filo cingerentur. Pileus eorum Flammeum dicitur, qui in coni figuram deſinebat. A Numa inſtituti tres numero, qui poſtea ad XV. uſque crevit. Flaminum ſinguli cognomina habent ab eo Deo, cui ſacra faciunt, *Varro lib.* IV. Erant vel majores vel minores. Creabantur comitiis curiatis, ac ut Veſtales ita & Flamines capiebantur, *Agell.* I. 12. Com-pert

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

templis erat, partim in doliis defoſſa terræ recondunt, partim impoſita plauſtris ſecum [z] avehunt. Virgines ſimul ex ſacerdotio Veſtæ, [a] nudo pede fugientia ſacra comitantur. Tamen excepiſſe fugientes unus è plebe fertur [b] Lucius Albinius, qui depoſitis uxore & liberis, virgines in plauſtrum recepit. adeo, [c] tum quoque in ultimis, religio publica privatis affectibus antecellebat. Juventus verò, quam ſatis conſtat vix mille hominum fuiſſe, duce Manlio, [d] arcem Capitolini montis inſedit, [e] obteſtata ipſum quaſi præſentem Jovem, *ut quemadmodum ipſi ad defendendum templum ejus concurriſſent*,

perti alicujus delicti Sacerdotio privantur. Eorum uxores Flaminicæ, miniſtri Flaminii, miniſtræ Flaminiæ vocantur, &c. Flamen Dialis inter eos præcipuæ dignationis erat. Huic cæremoniæ multiplices impoſitæ, *Agell.* x. 15. quæ & ab uxore ejus obſervantur. *Blanck.*

z *Avehunt*] Jordanes: *ſecum Vejos auferunt.* Multi certe ex Romanis urbe ſua excedentes, Vejos conceſſere, ſed ſacerdotes cum ſacris, quæ abſtulerunt, Cære perierunt. *Salmaſius.*

a *Nudo pede*] Reverentiæ & *ταπεινοφροσύνης* ergo. *Freinsh.* In pleriſque religionis ſuperſtitioniſve ritibus obeundis calceos ponebant. Sic matronæ Veſtæ ædem nudis pedibus adibant. Sic etiam bello Gallico *virgines ex ſacerdotio Veſtæ, nudo pede fugientia ſacra comitantur*, ait Florus. Et cum Aquilitia Jovi immolabant, nudipedalia populo denuntiabant. Tertullianus, *Cum ſtupet cœlum, & aret annus; nudipedalia denunciantur.* Atque hunc ritum didiciſſe gentiles à Moſe ſcribit Juſtinus in Apologia ſecunda. Quare etiam Chriſtianos veteres in clamanda litania idem aliquando factitaſſe Eccleſiæ hiſtoria teſtatur. *Caſaub.*

b *Lucius*] Lucii duplex origo traditur à Valerio. aut enim à Lucumonibus Etruſcis dictus eſt; aut is demum ita vocatus, qui lucis initio natus eſt. *Sigonius.*

c *Adeo tum quoque &c.*] Vere igitur Cicero Romanos cæteris gentibus religione multo ſuperiores fuiſſe pertendit, de natur. Deor. 2. 3. & in orat. de Haruſp. reſponſ. cap. 9. in fine. *Freinsh.*

d *Arcem Capitolini*] Videtur accipere pro ipſo Capitolio. Alioqui diverſa fuit *Arx Capitolina* à *Capitolio* ſive *Templo Capitolino*, ut ex Lipſio ad Librum Senecæ de Conſtantia Sapientis *cap.* 6. erudite

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

riſſent, [f] *ita ille virtutem eorum numine ſuo tueretur*. Aderant interim Galli, apertamque Urbem, primo [g] trepidi, nequis ſubeſſet dolus, mox ubi ſolitudinem vident, [h] pari clamore & impetu invadunt: patentes paſſim domos adeunt: ubi ſedentes in curulibus ſuis [i] prætexatos ſenes, velut Deos genioſ-

docuit *Verdingus*. Ex Rup. *Herman.*

e *Obteſtata ipſum quaſi præſentem Iovem*] Quia opinio invaluerat jam apud Romanos, Jovem loco illi quaſi ſemper præſentem, peculiarem ejuſdem in ſe ſuſcepiſſe tutelam. Vel, ut *Plin. in Panegyr. cap.* 1. ait: *Illum Locum à Iove tam manifeſto ac præſente, quam Cœlum & ſydera inſideri.* Hermannides.

f *Ita ille virtutem eorum numine ſuo tueretur*] Nota hic Sapientiam Gentilium, qui cenſebant *manum movendam cum Minerva*, h. e. Gratiæ Divinæ accedere debere ingenium atque induſtriam. Notatu dignum eſt illud *Hieroclis* in Pythagoram: *Non ita ſolum honeſtis accedendum eſt, tanquam ea ipſi per nos, nulla Dei ope, poſſimus obtinere: neque rurſum ita nudâ precum ratione contenti eſſe, ut nihil ad ea paranda, quæ petuntur, adjiciamus.* Ex Rup. *Hermannid.*

g *Trepidi*] Nec injuria. Ita apud Livium 44. Coſ. Marcius Dium urbem à Maced. relictam ingreſſus, *vix ſatis* poterat *credere in tantis rebus, ſine cauſa relictis, non aliquem ſubeſſe dolum.* ita apud Tacit. H. 3. 20. Antonius Primus milites ſuos Cremonam temere oppugnaturos dehortatur: *Neque enim ambigua eſſe, quæ occurrant, noctem, & ignotæ ſitum urbis, intus hoſtes & cuncta inſidiis opportuna, non, ſi pateant portæ, niſi explorato niſi die intrandum.* Freinsh. Simile apud Curt. lib. 9. cap. 1. §. 27. *Clauſæ erant* (ſcilicet Urbis Sophilis) *portæ, ſed nulli in muris turribuſque ſe armati oſtendebant, dubitabantque Macedones, deſeruiſſent Vrbem incolæ, an fraude ſe occulerent.* Eadem prudentia Alexander M. apud eundem *Curt. lib.* 8. *c.*11. §. 22. Aornum Petram fuga Judorum deſertam aggreſſus non eſt, donec *Balacrum*, qui ſpecularetur, præmiſiſſet. Ex Rupert. *Hermannides.*

h *Pari clamore & impetu*] Pari refertur ad præcedens *primo*, ut paritas illa ſit trepidationis cum clamore & impetu, non autem horum inter ſe, ita ſeq. *pari vecordia*, ſcilicet, ut ante veneratione. Similis locutio in Tacito H. 4. 57. 2. *Sabinus feſtinatum temere prœlium pari formidine deſeruit.* Idem.

i *Prætextatos Senes*] *Prætextati* fuerunt non puerilis tantum ætatis juvenculi; ſed & qui jam vel geſſerant Magiſtratum, vel alio dignitatis honore præſiti fuerunt. De Prætextis *puerorum* intelligi poteſt locus *Ciceronis in Dial. de Amicit.*

Pueri

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

genioſque venerati, mox eoſdem, poſtquam eſſe homines liquebat, alioqui nihil reſpondere dignantes, pari vecordia [k] mactant, faceſque tectis injiciunt: & totam Urbem igne, ferro, manibus exæquant. [l] Sex menſibus barbari ([m] quis crederet?) circa montem unum pependerunt, nec diebus modo, ſed noctibus quoque omnia experti: quum tandem [n] Manlius nocte ſubeuntes, clangore [o] an-

Pueri togam ſumentes, prætextam deponebant; ſed de hac prolixe legi poteſt *Panciroll. lib.* 1. *Theſ. Var. Lect.* 15. De *Magiſtratuum* prætexta ita *Kidungus: Toga prætexta fuit toga alba illa quidem: ſed cui purpura prætexta.* h. e. quæ in ora habebat prætextam. *Græci* illam περιπόρφυρον appellabant. *Tullus Hoſtilius*, inquit *Macrobius lib.* 1. *in Somn. Scipion.* debellatis Hetruſcis, primus, ut haberentur, Romæ inſtituit. Sed hæc non erat puerilis; verùm honoris habitus. Puerili Prætextæ initium fecit Tarquinius Priſcus Demarathi Exulis Corinthii filius, quem alii *Lucumonem* vocitatum ferunt, tertius ab Hoſtilio, vel à Romulo quintus, qui, acto de Sabinis Triumpho, filium ſuum, annos 14. natum, quod hoſtem manu percuſſiſſet, & pro concione laudavit, & bulla aurea prætextaque donavit: inſigniens puerum, intra annos fortem, præmiis virilitatis & honoris. Nam ſicut prætexta Magiſtratuum; ita Bulla geſtamen erat Triumphantium, quam in Triumpho præ ſe gerebant, incluſis intra eam remediis, quæ crederent, adverſus invidiam valentiſſima. *Hermannides.*

k *Mactant*] Livius irritatos eſſe ad Senatorum cædem Gallos à Papirio tradit, qui Gallum barbam ſibi demulcentem eburneo ſcipione percuſſerit.

l *Sex menſibus*] *Septem menſes* pro ſex menſibus ideo ſcribendum eſſe judicavi, quia conſtanter cæteri ſcriptores ita numerant, & refert Plutarchus circa Quinctiles Idus Senones urbem cepiſſe; ſed à Camillo circa Idus Februarias exinde ſequentes ab urbe exactos, quod ſpacium colligit numerum ſeptem menſium. Eadem Polybius libr. 2. 1. ſtatuit. *Stadius.* Sex tamen etiam habet Varro lib. 2. de vita P. R. *ut Galli Roma Capitolii ſint potiti, neque inde ante ſex menſes ceſſerint.* Freinsh.

m *Quis crederet?*] Et quare? Mons munitus erat & neceſſaria non deerant. Hoſtis nullis majoribus tormentis inſtructus quid poterat agere? Per abrupta ad ſuperiora eniti, ubi unus par eſt multis, dementiæ fuiſſet. Ab obſeſſorũ igitur fame victoriam ſperarunt, verũ illos ficta, jaculatis ex arce panibus fiducia, periculo exemit. *Zev.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

o anſeris excitatus, à ſumma rupe dejecit. &,ut ſpem hoſtibus demeret, quanquam in ſumma fame, tamen ad ſpeciem fiduciæ, p panes ab arce jaculatus eſt. Et ſtato quodam die, per medias hoſtium cuſtodias, q Fabium pontificem ab arce demiſit, qui ſollemne ſacrum in Quirinali monte conficeret.

Atque

n *Manlius*] Capitolinus dictus. Prænomen ei Marcus. De hoc eximia paſſim Hiſtorici. Mira Fortuna inquit *Vegetius lib.4. cap.26. Viros* qui univerſum orbem erant miſſuri ſub jugum, *avis una ſervavit.* Unde *Lucretius*;

Romulodanum arcis Servator candidus anſer.

Diximus ferè eadem ad Prolog. hujus noſtri Flori. Non abſimile eſt, quod *Lipſius* refert *Cent.* 1. *ad Belg. Epiſt.* 44. de *Cane*, quem Vir Princeps habebat, Dux Belli, contra Hiſpanos. *Ejus caſtra noctu adorti animoſe ad* 4000. *circiter Hiſpani, certi & deſtinati recta ad Principis illius tentorium ire, & vivo eo, an mortuo, potiri.* Et abſque cane erat, feciſſent. Nam veniunt, fallunt Vigiles aut opprimunt: nec longiuſcule jam ab ipſo tentorio, cum ille ſagax in vultum dormientis inſilit, ſcalpit pedibus & excitat. Qui, audito demum ſtrepitu, ægrè ſe è manibus propinquantium eripuit. Adde *Camer. Cent.* II. *Horar. Subſc. capp.* 93. 94. Huc referenda omnia exempla miris modis ab inſidiis liberatarum urbium. Cujuſmodi memorabile refert *Picart. Dec.* 2. *cap.* 2. de fleudâ, temulentiâ tibicinis cujuſdam, ſervatâ. Ex Rup. *Hermannides.*

o *Anſeris*] Ideo nutriendos in turribus anſeres præcipit Veget. 4. 26. & Columella lib.8. cap.13. Canes enim fefellerant Galli; & *eadem de cauſa ſupplicia annua canes pendunt inter ædem Iuventutis & Summani, vivi in furca ſambucea arbore fixi.* Plin. 29. 4. Freinsh.

p *Panes*] Inde Jupiter Piſtor. lege Ovid. Faſt. 6. Quemadmodum autem efficiatur, *ut quæ deſunt, abundare videantur*, tractat Frontin. toto cap. 15. libri tert. Strategem. cui adde Poliæn. lib. 7. de Mygdonio. Præcipuum exiſtimatur in Duce ſi ſuam celare poſſit inopiam. Id feciſſe *Thraſybulum* Mileſiorum Ducem, ſcribit *Herodot.lib.*1. Nam *Halyaten* Obſeſſorem ſic eluſit, cum frumentum, quod *Mileti* habebat, omne in forum comportaret, & cives omnes juberet epulari. Hoc videns *Caduceator*, ab *Halyate* miſſus, perſuaſit illi, ſupereſſe copias diuturnæ obſidioni ſuffecturas. Idem cum aliis refert *Frontinus lib.* 3. *c.*15. Plura refert *Rupert. ad Val. Max. lib.*7. *cap.*4. §.4. Hermannides.

q *Fab. Pont. ab ar. dem.*] Quo jure demiſit Manlius Fabium Pontificem ab arce? Quia ſcilicet in arce imperabat. Nempe ut ſolemne ſacrum in Quirinali monte hic

Pont.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

Atque ille, per media hoſtium tela, [r] incolumis, religionis auxilio, rediit; [ſ] *propitioſque deos* renunciavit. Noviſſimè, quum jam obſidio ſua barbaros fatigaſſet, [t] mille pondo auri receſſum ſuum venditantes,

Pont. conficeret. Atqui ſciendum eſt non ſolemne illud ſacrum populi Romani fuiſſe, ſed peculiare genti Fabiæ, Livius, v. 52. Nec Fabius idem ille Pontifex, quo devovente diis manibus ſe tum conſecrarunt Romani, cui Marco prænomen fuit, teſte Livio; ſed C. Fabius Dorſuo hic vocabatur, qui hoc ſacrificium ſuæ gentis in colle Quirinali tum ſuſcepit conficiendum. *Salmaſius.*

r *Incolumis, religionis auxilio*] Æſtyi apud Tacit. German. 45. 4. *Martem Deum venerantur, inſigne ſuperſtitionis formas aprorum geſtans, id pro armis omniumque tutela, ſecurum Deæ cultorem etiam inter hoſtes præſtat*, ſed forte *ſecurum magis quam tutum*, aliter evenit apud Virg. Æn. 2. 429.

—— nec te tua plurima Panthen
Labentem pietas, nec Apollinis infula rexit. Freinsh.

ſ *Propitioſq; &c.*] Sive tales exta revera monſtrarent, ſive propitios eſſe Fabius finxerit; hoc ſaltem egit, ut, tacti ſuperſtitione animi, quia diis ſe curæ eſſe credebant, nec obſidionis difficultatibus, nec hoſtium minis frangerentur. *Zevecotius.*

t *Mille pondo*] Plinius 33. 1. *Cum à Gallis capta urbe pax emeretur, non plus quam mille pondo effici potuere. Nec ignoro duo millia pondo auri periiſſe. Pompeji tertio Conſulatu, è Capitolini Iovis ſolio, à Camillo ibi condita, & ideo à pleriſque exiſtimari, duo millia pondo collata: Sed quod acceſſit, Gallorum præda fuit, detractamque ab his in parte capta urbis delubris.* Sic igitur capiendus etiam Varro citatus à Nonio in voce *Torquem. Auri pondo duo millia acceperunt ex ædibus ſacris & matronarum ornamentis.* Freinsh. Idem Fatum Urbis fuit poſt annos ſeptingentos nonaginta octo, *Flavio Honorio Auguſt. VIII.* & *Flavio Theodoſio juniore III.* Coſſ. A.C. 409. *Zoſimus* enim *l.* 5. *Hiſt.* refert, *Alaricum* diutius *obſediſſe Romam*, & Quirites nuper rerum Dominos fame ac peſte afflictatis, tandem his conditionibus tranſegiſſe, ut ſolverent *quinque millia librarum auri, triginta argenti, quatuor ſericarum, tria vellerum coccineorum, tria itidem piperis.* Hanc ſummam ut perſolverent, manus injecêre *Templis*, quod fiſcus exhauſtus eſſet: & *aurea argenteaque ſimulacra* in maſſam conflarunt. Cæterum *Mille pondo*, ſumma eſt, ſecundum *Budæum l.* v. *de Aſſe*, aureorum ſolatorum centum millia. Secundum *Gruterum*, ad marginem ſui *Livii lib.* 5. *cap.* 48. centum & duodecim millia Coronatorum, paulo amplius. Notum autem non tantum Hebræos, Chaldæos & Syros (de quibus videndus eſt *Caſp. Waſſer. lib.* 11. *de Antiquis*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

ditantes, idque ipſum per inſolentiam, quum ad iniqua pondera, addito adhuc gladio, ſuperbe va victis increparent, ſubito aggreſſus à tergo [u] Camillus adeo cecidit, [x] ut omnia incendiorum veſtigia,

tiquis Numis Hebræorum capit. 3.) ſed etiam Romanos *aurum argentumque libraſſe*, hoc eſt, *ex pondere* ſummam ejus collegiſſe, ut nos ex numero & notis. Teſtatur id & *Cicero* de ſuo ſæculo 2. *Philipp.* Tanti numorum acervi conſtruuntur, ut jam appendantur, non numerentur pecuniæ. Ex Rup. *Herman.*

u *Camillus*] Inique egit Camillus qui initæ pacis legibus fidentes, atque adeò, ſua opinione, ſecuros aggreſſus ſuperavit. Quam bene Seneca de vita beata, cap. XXVI. *Nunquam imperator ita paci credit, ut non ſe præparet bello: quod etiamſi non geritur, indictum eſt.* Sed quod Florus primam Camillo victoriam adſcribat, falſum eſſe vereor. Strabo lib. v. Gallos à Cæritanis primum ſuperatos fuiſſe tradit, invitiſque extortum aurum quod à volentibus Romanis receperant; idemque ſerio Romanorum ingratitudinem damnat, qui ob inſignia merita civitate donatos ſuffragii jure privarunt, unde Cæritum tabb. nomen habere cæperunt. Tacet hæc omnia Florus, rei paſſim Romanæ nimis ſtudioſus. Uti & tredecim Romanorum millia à Samnitibus, Brutiis, Lucanis, ac Senonibus deleta fuiſſe, L. Cæcilio Prætore & ſeptem Tribunis occiſis. Verum non idcirco plane reprehendendus eſt, quia reipublicæ magis quam ſuæ conſuluit *Zevecotius.*

Camillus, quia dies ipſi dicta erat, ab L. Appulejo Tribuno plebis ad prædam Vejentanam inique diviſam, Ardeam in exilium abiit: abſens ab ingratis civibus quindecim millibus gravis æris damnatur. *Zonaras* 1500. δραχμὰς interpretatur, hoc eſt, ut nunc pretium eſt, centum Regalibus aureis; ſed Nemeſis (mox capta à Gallis) urbs viſa eſt tantæ ingratitudinis pœnas de populo Romano repetere, vel ratam habuiſſe Camilli abeuntis imprecationem: εὔξατο γὰρ τὴν Ἀχίλλεον εὐχὴν ἐπὶ ποθῆσαι ῥωμαίους κάμιλλον ἐν καιρῷ ἀπαντῆσαι δ' αὐτῶν πολὺ ὕστερον, teſte Suida. Galli vero, cum ad Capitolium ſederent, frumentatum in agros proficiſcebantur, caſuque Ardeam uſque provecti, ubi Camillus exſulabat, Camilli ductu, & Ardeatium auxilio, cæſi ſunt: atque confluebant undique ex agris, qui Alienſi cladi ſuperfuerant, vel Ardeam, vel Vejos, ex quibus exercitum conſcripſit Dictator Camillus, patriamque à Gallis liberavit. *Stadius.*

x *Vt omnia incendiorum veſtigia, Gallici ſanguinis inundatione, deleret*] Quis in Hiſtorico Poëticum non miretur tumorem? Diximus de eo ad *Prologum* noſtri Authoris. *Hermannides.*

y *Age-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

ſtigia, Gallici ſanguinis inundatione, deleret. [y] Agere gratias diis immortalibus, ipſo tantæ cladis nomine, libet. Paſtorum [z] caſas ignis ille & flamma paupertatem Romuli abſcondit. [a] Incendium illud quid egit aliud, niſi ut deſtinata hominum ac deorum domicilio civitas, non deleta, non obruta; ſed expiata potius, & luſtrata videatur? Igitur poſt aſſertam à Manlio, reſtitutam à Camillo Urbem, acrius etiam vehementiuſque in finitimos reſurrexit. Ac primum omnium illam ipſam Gallicam gentem non contentus mœnibus expuliſſe, quum per Italiam naufragia ſua latius traheret, ſic perſequutus eſt duce [b] Camillo, ut hodie [c] nulla Senonum

y *Agere gratias Diis immortalibus, ipſo tantæ cladis nomine, libet*] Facete *Brunnerus lib.*1. *Annal. Bojorum p.* 51. hac de re: *Illuſtriorem à ruina ſurrexiſſe Romam Florus gloriatur; & tum demum dignam evaſiſſe quæ Deorum atque hominum domicilium eſſet, ut illi etiam incendium gratularetur. Qui ſi ex animi ſententia loquitur, magnam rem Galli incogitantes, imprudentesque præſtiterunt.* Conſentit *Cicero in Verr.* 6. *cap.*31. *Romana ſemper pulchriora poſt incendia.* Ridere etiam poſſis ex *Seneca lib.* 1. *de Ira cap.* 13. ubi de Morbis: *Febres quædam genera valetudinis levant: nec ideo non ex toto illis caruiſſe melius eſt.* Abominandum Remedii genus, ſanitatem debere morbo. Vide quæ *Rupert. ad lib.* 4. *cap.* 4. *Vall. Max.* habet. *Hermannides.*

z *Caſas*] Varro τωφῆ μὴ ρίπτῳ, *Antiqui noſtri in domibus lateritiis paululum modo lapidibus ſuffundatis, ut humorem effugerent, habitabant.* Freinshemius.

a *Incendium &c.*] Cicero in Verr. 4. 31. de incendio Capitolii, *ut illa flamma divinitus extitiſſe videatur, non deleret Iovis Opt. Max. templum, ſed quæ præclarius magnificentiuſque depoſceret.* Ita Timagenes, *fœlicitati urbis inimicus, ajebat, Romæ ſibi incendia ob hoc unum dolori eſſe, quod ſciret meliora reſurrectura, quam arſiſſent.* Senec. epiſt. 91. *Idem.*

b *Camillo*] Nova Gallici belli fama anno U. C. CCCLXXXVI. perpulit civitatem, ut Camillum, fere octogenarium, diceret Quinctum Dictatorem; qui cæſos, caſtriſque exſutos ingenti victoria profligavit, ſed de loco prœlii diverſæ ſunt opiniones. *Stadius.*

c *Nulla Senonum veſtigia*] Diſtinguendi igitur hi à *Semnonibus,* qui

nonum veſtigia ſuperſint. Semel apud Anienem trucidati, quum d ſingulari certamine Manlius aureum torquem barbaro, inter ſpolia, detraxit: inde Torquati. Iterum Pomptino agro, quum in simili pugna Lucius Valerius, e inſidente galeæ f ſacra alite

qui ut Tacitus, in Germania ſua cap. 39. ait, *vetuſtiſſimos ſe nobiliſſimoſq; Suecorum memorant*. Eorum fines, ut recte notavit Vellejus 2. 106. Albis præterfluit, niſi quod perperam pro *Semnonum*, expreſſum *eſt Senonum*. Ita enim legend. *A Rheno uſque ad flumen Albim, qui Semnonum Hermundorumque fines præterfluit*. Pontanus. Ita correxit etiam Aldus. Senonum tamen mentio apud Cæſarem de B. Gal. 2. 2. *Freinsh.* At *Senonum* multis poſt captam Romam ſeculis plerique Scriptorum mentionem faciunt, *Polybius*, *Strabo*, *Cæſar*, *Plinius*, *Ptolomæus*, *Notitia Provinciarum Galliæ*. Sed & hoc ex Cæſare conſtat, *Senones* iis temporibus *nationem potentem*, *magnæque inter Gallos authoritatis fuiſſe*. Quin etiamnum hodie *Archiepiſcopatus Senonenſis* in Gallia, adverſus Florum teſtimonium dicit, qui *ſeptem Epiſcopatus* ſub ſe habet. Vide & Caſaubonum ad *lib. 7. Strabonis*. Hermannides.

d *Singulari certamine*] Geminum exemplum provocatorum infelicium. Quorum etiam complures ſuccubuiſſe *Geloni*, ſcribit *Juſtinus lib. 23. cap. 4. §. 12.* Adde Duellum *Aubellii Campani*, & *Claudii Aſelli* apud *Liv. lib. 23. cap. 47.* Item *Badii Campani* & *Titi Quinctii*, apud eundem *lib. 25 cap. 18.* Adi *Nicet. Choniat. in Ioan. Comneno p. 26.* Quibus ſimillimum refert *Brunnerus lib. 12. p. 406.* Ex Rup. *Hermannides.*

e *Inſidente galeæ*] Non multum abludit, quod *Callimachus de Attila* ſcriptum reliquit: Cum ad expeditionem Italicam paratus equum conſcendiſſet, *Corvum ab Ortu ſolis advolantem humero dextro inſediſſe, deinde in ſublime elatum, elapſum.* Quo *omine* ſupra modum *lætum fidentemq;* per prærupta juga, quæ vix ternos armatos interdum admittebant, perque ſeditioſas militum voces, ob difficultates Alpium, in Italiam conatum deſcendere. Citat *Putean. Comment. in Hiſt. Inſubr. p. 49.* Ex Rup. *Hermannides.*

f *Sacra alite adjutus*] Non quidem corvum nominat; alitis tamen ſacræ nomine eundem intelligit. Sacram alitem vocat ob augurium, cujus gratia multum obſervabatur hæc avis. *Præpetem* appellat Livius in hac Hiſtoria, ubi hic loqui facit Valerium in ſua precatione: *Si divus, ſi diva eſſet, qui ſibi præpetem miſiſſet.* Et paulo ante cum in galea ejus conſediſſet corvus, *ut augurium cælo miſſum lætus accepit tribunus.* Ex avibus auguria facientibus aliæ Oſcines, quæ ore, aliæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

alite adjutus, retulit ſpolia: & inde [g] Corvini. Tandem [h] poſt aliquot annos, [i] omnes reliquias eorum

aliæ præpetes quæ penna auſpicabantur. Fuere & quæ ad utrumque valerent. Ut corvus, quem in hoc Valeriani certaminis miraculo præpetem indigetat Livius, quod volatu feciſſet augurium, non cantu. Cæterum inter Oſcines etiam celebratus corvus. Auſonio dicitur *Phœbejus Oſcen.* Poëtæ, *ſacer ales* de Aquila. Græci accipitrem ἱέρακα abſolute vocant, quaſi ſacram volucrem. unde quidam volunt nomen *Sacri* ad nos manaſſe. Sic vulgo nuncupamus alitem de accipitrum genere. Quæ vox plane origine Arabica eſt; ut & illa qua aliam prædatricem avem, ſed degenerem, *Buzam* appellamus. Verum de his alibi. *Salmaſius.* Recte *Sacra*; quia, ut ſcribunt *Livius lib.7. c.26. Vall. Max. lib.8. cap.15. Agell. lib.9. cap.* 11. à Deo credebatur immiſſa. *Apulejus de Deo Socratis p.* 94. vocat *Alitem Apollinis. Silius Italicus*, Alitem Phœbeam. *Manilius lib.*1. & *Ælianus lib.*1. *cap.* 48. Corvum *Sacrum*, & *Apollinis pediſſequum* eſſe dicunt, atque idcirco *divinationibus præditum* fatentur. Ut taceam *Iurnandem* & *MS. in Bibliotheca S. Amandi* repertum, cujus Lectionem exhibet *Pighius lib.4. Annal.* Ita *Sacer* etiam Apollini *Cygnus*, ut ex *lib.* 1. *Tuſcul. Ciceronis* conſtat, ubi de Socrate morituro. *Sacri* etiam *Gryphes, Delphinus* & *Lupus*, ut obſervat Voſſius *lib.* 1. *Inſt. Orat. cap.* 5. *n.* 33. Adde *Cornicem* & *Monedulam*, quæ in tutela *Iunonis*, ut docet *Scaliger* ad illud *Tibulli lib.* 2.

Huc veniat natalis avis prolemque miniſtret.

Tigrim Animal quod ſacratum Soli, vel ob pernicitatem, vel quod, ſimul atque in lucem editum eſt, *duos pedes Orientem verſus*, tanquam adorabundum, *tollere* videtur, ut *Torrentius ad Horatium lib.* 3. *Carm. Od.* 3. Ex Rup. *Hermannides.*

g *Corvini*] Pighius Annalium Rom. lib. 4. in Ms. Codice antiquo Flori, quem ex Bibliotheca S. Amandi habuerit, ita ſe teſtatur reperiſſe: *Iterum Pontino in agro, cum in ſimili pugna Valerius, inſidente galea ſacra alite, adjutus, retulit ſpolia: dictusque eſt ipſe Corvus, & inde Corvini.* Certe Valerium hunc in ſaxis Capitolinis & priſcorum monumentis non *Corvinum* ſed *Corvum* ſcribit. *Stadius* notat. Apud Livium etiam 8. 16. *Valerius Corvus* eſt. *Freinsh.*

h *Poſt aliquot annos*] Circiter ſeptuaginta. Anno namque Urbis CDLXXII. hæc geſſiſſe P. Cornelius Dolabella putatur, Cos. cum Cn. Domitio. *Vinetus.*

i *Omnes reliquias eorum*] Plinius 3. 15. ubi de octava Italiæ regione: *In hoc tractu interierunt Boii, quorum tribus CXII. fuiſſe auctor eſt Cato: Item Senones, qui ceperant Romam.* Diſſentire tamen videtur Appianus in bellis Annibalis, ubi de Appennio: *A ſiniſtro ad Ionium mare, nunc quidem Italia eſt, (nam & Hetruria Italia eſt)* ſed

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

rum in Etruria ad k lacum Vadimonis l Dolabell delevit: ne quis extaret in ea gente, qui incenſa à ſe Romam urbem gloriaretur.

CAP. XIV.
Bellum Latinum.

CONverſus à Gallis in a Latinos, Manlio Torquato, Decio Mure conſulibus, ſemper quidem æmulatione imperii infeſtos, tum vero b contemptu Urbis incenſæ

ſed tamen partem ejus circa littus Ionium incolunt Græci, partem Galli, qui quodam Romam bello adorti incenderunt. Freinshemius.

k *Lacum Vadimonis*] Vadimonis lacus, in quo inſulæ fluctuant, diſtat ab Urbe circiter XLVI. paſſuum millibus, juxta Ameriam Umbriæ civitatem, quæ ab Urbe proficiſcentibus via Flaminia ad ſiniſtram erat. Cætera de lacu graphice & eleganter Gallo ſuo Plinius Secundus libr. Epiſtolar. VIII. depingit. *Stad.* Apud Livium 9. 29. leges ad eundem lacum à Rom. cæſos fuiſſe Etruſcos ad annum Urbis CDXLV. Plinius Vadimonis ejuſdem meminit 7. 95. & Senec. Natur. Quæſt. 3. 25. & Cato in Originibus. *Freinshemius.*

l *Dolabella delevit*] Conſpirarant uno tempore Samnites, Brutii, Lucani, Senones Galli, cum iis, ac Arretium Etruriæ urbem, congreſſ Romani ſuperantur, L. Cæcilio prætore occiſo, & cum ipſo in eo prælio XIII. mil. militum, & VII. Tribunus M. Curius in Cæcilii locum ſufficitur, qui legatos in Galliam miſit pro redimendis captivis, quos illi violato jure gentium interemerunt. Itaque novo delectu habito Romani in Galliam penetrant, tandemque Senones & Senonum ſocii ad lacum Vadimonis ſub Cornelio Dolabella Coſſ. ingenti prœlio conciſi ſunt. Atque de tanta victoria Dolabellam, etſi nullus exſtet triumphus, triumphaſſe tamen veriſimile eſt. *Stadius.*

---

a LAtinos] Latini poſt pugnam ad Regillum lacum in fœdere non ſatis fido; tamen cum populo Romano annis centum quinquaginta & ſex manſerant. Sed dum ipſi Samnites Romanorum ſocios bello laceſſunt, arma ponere jubentur: qui reſponſo etiam ferociore Conſulem alterum ex Latinis creari poſtulant, & civitatem:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

cenſæ : quum c *jus civitatis, partem imperii* ac *magiſtra-*

em: qua indignitate commoti Romani, arma movent contra Latinos. Torquatus & Decius conſules lum caſtra ad Capuam habent, incertam vocem nocte excipiunt: ex altera acie Imperatorem, ex altera exercitum Diis manibus Terræque matri deberi : addici autem victoriam illi parti populoque, cujus exercitus Imperator legiones hoſtium, ſuperque eas ſe quoque devoviſſet. Convenit itaque inter Conſules, ut utrius cornu in acie primum laboraret, is ſeſe Diis manibus devoveret. Prælio commiſſo, Decii cornu fluctuabat, qui ſeſe hoſteſque Latinos devovit, M. Valerio Pontifice verba ſolennia præeunte. Hinc Decius cum impetu in hoſtes irrumpens, morte ſua ſuis victoriam vindicavit. *Stadius.*

b *Contemptu Vrbis incenſæ*] *Exiſtimatio bona primo omnium deſerit infælices*, ait *Boëthius lib.*1. *de Conſol. proſ.* 4. *Vbi hæc ſeſe ſubduxit*, *ideſt audacia, & quosvis armati in afflictos. Lipſ. lib.* 4. *Polit. c.* 12. Ut contra Authoritas omnes continet in Officio, ſicut patet ex iis, quæ diſſerit *Polyb. lib.*3. *cap.*90. ſub fin. Ex Rup. *Hermannides.*

c *Quum jus civitatis, partem imperii*] Jus civitatis, hoc eſt, libertatem civis Romani petebant, qua Tribum cum honorum petitione conſequerentur. *Stadius.* Hoc pertinaciter ſociis negarunt Rom. donec poſt crudeliſſima bella *victis afflictiſque, ipſi exarmati, quam integri univerſis civitatem dare maluerunt*, ut Vellejus 2. 17. loquitur. *Freinsh.* De jure civitatis poſtulando nullum verbum legati Latinorum in ſenatu, tum cum de participando imperio egerunt. Duas res tantum petebant, ut alter conſul ex Latio crearetur, & ſenatus pars æqua ex utraque gente eſſet. Hoc eſt quod heic ait Florus, *cum partem imperii ac magiſtratuum poſcerent.* Certe jus civitatis non pro magno petiſſent, quod etiam ſubactis à ſe populis in Italia paſſim dederunt Romani interim cum ſuffragii latione, interim ſine hoc jure. Ut ecce Hernicis, à conſule Marcio paulo poſt triumphatis, leges ſuas redditas tradit Livius lib. IX. quia hoc maluerunt, quam jus civitatis. Adde quod Latini qui hæc poſcebant ex coloniis Romanis plerique erant. Quin ille ipſe Annius, prætor Latinorum, qui pro omnibus verba fecit in his poſtulatis exequendis ex colonia fuit Romana. Atqui certum eſt colonias Romanas jus civitatis habuiſſe. Legebam igitur aliquando: *cum in jus civitatis partem imperii ac magiſtratuum poſcerent.* id eſt ad jus civitatis vel præter jus civitatis. Præter colonias Romanas nonnulli etiam ex populis Latinorum civitatem jam habebant, ut Tuſculani. Veliteoni jam cives erant veteres Romani. Non tamen omnes eo jure gaudebant. Id ex eo liquet, quod poſt varia prælia Romanorum cum Latinis ſæpius rebellantibus, utpote qui neque bellum, neque pacem pati poſſent, Roma-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

giſtratuum, poſcerent, [d] atque jam amplius quam congredi auderent: quo tempore quis ceſſiſſe hostem mirabitur? quum [e] alter conſulum filium ſuum, quia contra imperium pugnaverat, quan

V

Romanis tandem placuit, quo Latinos ſibi populos conſervarent, ne ad extremum delendi eſſent, in civitatem eos accipere, alios alio jure prout meriti eſſent ſinguli. Hoc narrat Livius lib. VIII. Quo reſpexiſſe Florum hoc loco dubium non eſt, cum dicit Latinos jus civitatis petiiſſe. Quod tamen nec eo tempore, nec unquam ab illis factum. Ex æquo ſe cum Romanis gerebant tunc temporis: nec plures faciebant Romanam civitatem quam ſuam quiſque. Participare tantum imperia & magiſtratus volebant, & unam ex utraque rempublicam fieri ex nomine Latino ac Romano. Hoc tamen Romæ, ut parti potiori, concedentes ut Romani omnes ab ea vocarentur. Nihil igitur hoc loco mutandum cenſemus. Sed Flori error quales alios multos hoc toto opere notavi. *Salmaſius.*

d *Atque jam amplius*] Hoc omnem audaciam videtur excedere Floro, rem ex Rom. animis æſtimanti. Et re ipſa amplius hoc eſt, quam congredi. Nam hoc etiam infirmiores ſæpius audent: *Quum enim ſit reſiſtendum impugnantibus, nec eos quidem dubitare, qui ſpe victoria careant*, ait Mithridates apud Juſtin. 38. 4. illud, imperare nimirum ut in conſortium imperii recipiatur, non eſt niſi ejus qui ſe pro pari vel ſuperiore gerit. *Freinsh.*

Si quid veri mens auguratur, tot hic locus ex veſtigiis Nazariani concipiendus fuerit: *Cum jus civitatis, partem imperii ac magiſtratuum poſcere. at id quam ampli quam congredi? auderent.* Plen noſter hujuſmodi interjectionu admirantium vel interrogantium cum inquit auderent poſcere pa tem imperii magiſtratuumque cu jure civitatis. At id quam ampli quam congredi? Nimirum long majus fuiſſe ſignificat, quod au ſunt poſtulare partem imperii magiſtratuum, quam ſi marte tan tum congreſſi eſſent. Multi quipp populi ex reliqua Italia bello cu populo Romano contenderunt at nullus auſus fuerat hactenus p tere, quod Latini tum popoſceru *Salmaſius.*

e *Alter Conſ.*] Manlium intell git. Nam aliorum de Poſthum opinionem, refellit Livius 4. 2 *Freinsh.* Edixerant Coſſ. ne qu extra ordinem in hoſtem pugnare T. Manlius, conſulis filius, du à Geminio hoſtium duce, cum verborum etiam ferocia inſultant provocatur, præ iracundia aut do lore conſularis edicti oblitus, ho ſtem aggreſſus, ſingulari certam ne occidit. Pater, quia contra ed ctum pugnaverat, jubet filium ſ curi percuti, atque hinc Imperio cognomen Manlio datum (quo ἐπιτάκτην Plutarchus interpret

tu

vis victorem, occiderit, [f] quaſi plus in imperio eſſet, quam in victoria: [g] alter, quaſi monitu deorum, [h] capite velato primam ante aciem diis manibus ſe devoverit: ut in confertiſſima ſe hoſtium tela jaculatus, novum ad victoriam iter, ſanguinis ſui ſemita, aperiret.

CAP.

tur) multi contendunt, cum tamen imperioſi cognomen hujus conſulis pater ex acerbo & imperioſo delectu, filiique relegatione invenerit, quod deinde in filium jure hæreditario tranſivit: potius namque à ſevera in filium animadverſione Trucis & Aſperi cognomen ipſi, quam Imperioſi tribuendum erat. *Stadius.*

f *Quaſi plus in imper. &c.*] Hoc eſt quaſi aliquid præter victoriam ex imperio & diſciplina expectandum ſit: ſed amplius eſſe in eo docet iſte Manlius apud Liv. 8. 7. & apud eundem 8. 34. L. Papirius. Etiam Alex. Imp. apud Lamprid. cap. 53. *Diſciplina majorum imperium tenet, quæ ſi dilabatur, & nomen Romanum & imperium amittemus.* Freinſhemius. Unum locum *Quintiliani* adjicio, qui *Declam.* 349. hunc ipſum *Manlium* reſpicit: *Illi verò fortes & viri fuerunt, qui cum hoc meminiſſent, liberos à ſe Reip. cauſa procreatos bene impendi crediderunt exemplo.* Hermannides.

g *Alter, quaſi monitu deorum*] Immo deorum monitu id factum Livius teſtatur, cum utrique conſuli viſa ſpecies viri ſupra humanum habitum denunciantis, ex una acie exercitum, ex altera imperatorem diis manibus terræque matri deberi. Notabis in ſequentibus cacozeliam & poëticam licentiam ſive laſciviam, *ut novum ad victoriam iter ſanguinis ſui ſemita aperiret.* Satis erat dixiſſe: *ut iter ad victoriam ſanguine ſuo apperiret.* Quid enim eſt *ſanguinis ſui ſemita?* Nec melius aut ſanius quod in eadem habetur periodo: *in confertiſſima ſe hoſtium tela jaculatus.* Quod idem eſt ac ſi Græcus diceret, ἑαυτὸν ἠκόντισεν εἰς τὸ μέσον. Manilius de Petauriſtis & Parabolanis ſaltatoribus dixit: *ſeſe jaculantur in auras.* Quod in poëta & de illo hominum genere tolerabile. At inſanum ac nimis κακόζηλον de imperatore, qui in confertiſſimos hoſtes ſe immittit. *Salm.*

h *Capite velato*] Quod in cultu religioſo, ut ſacrificiis & adoratione, moris apud paganos. Vid. *Plut. in Quæſt. Rom.* Item *Alexandrum ab Alex. lib. 2. cap. 19. Ioſeph. Scalig. Conject. lib 4. Varon. de Ling. Latin.* ad illum Locum: *Flamines, quod licio in capite velali erant.* Ubi docet *Velatos* fuiſſe dictos, qui *caput cinctum licio laneo* habebant. Ex Rup. *Hermann.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

CAP. XV.

a Bellum Sabinum.

b A Latinis aggreſſus eſt gentem Sabinorum, qui c immemores factæ, ſub Tito Tatio, affinitatis, d quodam contagio belli ſe Latinis adjunxerant. Sed Curio

a *Bellum Sabinum*] Hoc bellum cæteri ſcriptores fere cum Samnitico & Lucanico confundunt. Sabini, quia rebellaverant, à Curio devicti ſunt, atque ipſum Curium, quod Florus de Sabinæ victoriæ relatione ſcribit, alii de Samnitium victoria ad Senatum retuliſſe recenſent; tantum agri ipſum cepiſſe, ut ſolitudo futura fuerit, niſi tantum hominum cepiſſet: tantum porro hominum cepiſſe, ut fame perituri fuerint, niſi tantum agri cepiſſent. Triumphaſſe de Sabinis Curium anno urbis conditæ CDLXIII. ex Capitolinis conſtat. *Stadius.* Hujus belli, tanquam parvi momenti, pauci meminerunt. Lege Auctores de Viris illuſtribus *cap.* 33. & *Oroſ.* 3. 22. De Sabinis populis *Plin.* 3. 12. & *Silium* 8. 423. De Sabino enim nomine non idem omnes ſentiunt. *Cunæus.* Vid. etiam *Frontin. Strateg.* 1. 8. & *Euſeb.* item *Livium Epit.* 11. 6. *Ex Freinsh.* Hermann.

b *A Lat. ag. eſt g. Sab.*] Nuſquam legi Sabinos in hoc bello ſe Latinis adjunxiſſe, aut ſtatim poſt Latinos gentem eorum à Romanis arreptam ac debellatam. Nuſquam hoc factum. Multo etiam magis à ſpecie veri abhorret quod addit, à Curio Dentato conſule ſubactos, & omnem eorum agrum igne ferroque vaſtatum. Verum quidem eſt Curium Dentatum de Sabinis triumphaſſe; ſed nec illi Sabini ſe Latinis iſtis adjunxerant, & bellum Latinorum, de quo hic loquitur, à bello iſto Sabinorum, quo devicti ſunt à Curio Dentato, magno intervallo temporum diſſidet. Latinis debellatis, & victos ſe fatentibus, cum ſervari eos placuiſſet, & beneficio, ne amplius rebellarent, demereri, civitas data eſt ex ſententia Furii Camilli. At Sabinorum bellum profligatum eſt per Curium Dentatum. Inter illud ſpatium multa alia bella geſſit Pop. R. Bellum Auſonum, bellum Privernas, Neapolitanum, Samniticum, Etruſcum & alia, de quibus nullam hic mentionem habet Florus. Quæ duo tempore & cauſa disjunctiſſima bella ſimul conjungit. *Salmaſius.*

c *Immemores factæ, ſub Tito Tatio, affinitatis*] Nihil mirum. Nam imperandi cupiditas rumpit omnia id genus vincula: quia, ut *Tacitus* monet

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

Curio [e] Dentato conſule, omnem eum tractum, qua [f] Nar ambit, [g] fonteſque Velini, Hadriatico tenus

monet *lib.4. Annal.cap.4. Arduum eodem loci potentiam & concordiam eſſe.* Exempla ſi vis? Vide Juſtinum *lib. 21. cap.1. §. 6.* Dionyſium, *lib. 42. cap.4.§.4.* Orodem: *cap 5. §. 1.* Phralatem, apud *Tacitum lib. 13. Annal. cap. 16. & 17.* Ariſtobulum: Apud *Dionem* & *Herodianum* Caracallum. In Hiſtoria Turcica Imperatores pleroſque. Adde *Gruter. in Liv. Ep. 62.* De Filiis Conſtantini, *Valeſ. ad Amm. pagg. 193. 194.* De Caracallo etiam *Spartianus* pag. 86. in ejus vita: *Chilo*, iterum Præfectus & fere Conſul, *occiſus à Caracallo, quod concordiam inter fratres ſuaſerat.* Exemplum his contrarium refert *Polyb. in Ex. Peir. p. 307. 336. Tacit. lib. 2. Annal. cap. 43. in fin.* Ex Ruper. *Hermannides.*

d *Quodam contagio belli ſe Latinis adjunxerant*] Nota, ſæpe conjunctos Italiæ populos fuiſſe, ad ſupprimenda Italorum incrementa. Quale fatum *Polyb. lib. 1. cap. 83.* probare videtur, cum inquit: *Nunquam hujuſmodi principia contemnere oportet, neque tanta cuiquam adſtruenda potentia, ut cum eo poſtea de tuo, quamvis manifeſto jure, diſceptare ex æquo non queas.* His convenienter *Livius lib. 42. cap. 46. Id agendum, ne omnium rerum jus ac poteſtas ad unum populum perveniat.* Id ipſum occurrit apud *Thucydidem lib.1. in Orat. Sthenelaidæ: Non permittendum ut vicinorum potentia plus nimio augeſcat.* Plura vide apud Rup. *Hermannides.*

e *Dentato*] *Dentati* cognomen invenit Curius, vel quia cum dentibus natus eſt, vel quia ſolidum unum os pro dentibus habuerit. *Stadius.* Rationem & originem talium cognomentorum lege apud *Plutarchum Coriol. cap. 14. & 15.* Ex Freinsh. *Hermann.*

f *Nar ambit*] Sabini quaſi Sevini dicti ſunt, à religione & deorum cultu, anguſtum incolebant agrum, teſte Strabone, à Nomento uſque ad Tiberim, ſecundum longitudinem uſque ad Velinos 1000. ſtadiis. Velinos accolunt lacus, roſcidis collibus. Nar amnis exhaurit illos ſulphureis aquis, Tiberimque ex his petens replet; qui è monte Fiſcello labens, juxta Vacunæ nemora & Rheate in eoſdem conditur: ita fere Plinius lib. 3. cap. XII. videturque hoc Flori deſumtum ex ſeptimo Æneid.

Sulphurea Nar albus aqua fonteſq; Velini. Stadius.

Terminus inter Umbriam Sabinumque agrum, lævam Tiberis ripam petens, omnium, qui in hunc fluvium defluunt, maximus. Multis memoratur auctoribus. Hodie vulgo dicitur *Nero.* De eo *Plinius lib. 3. cap. 5. Nar amnis exhaurit illos* (Velinos lacus) *ſulphureis aquis. Tiberim ex his petens replet, è monte Fiſcello labens, juxta Vacunæ nemora & Reate in eoſdem conditus.* Hermannides.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

tenus mari, igne ferroque vaſtavit. Qua victoria, tantum hominum, tantum agrorum redactum in poteſtatem, ut in utro plus eſſet, [h] nec ipſe poſſet æſtimare qui vicerat.

Cap.

Mihi ſemper de mendo ſuſpecta viſa hæc lectio. Legeram ex conjectura primo: *Qua Nar amnis fonteſque Velini.* Quam mihi poſtea veram adprobavit conſultus Codex bonus & antiquus Nazarianus. In antiquis Jordanis exemplaribus hanc ſcripturam inveni: *eorumque loca à Varanio fonte Adriatico tenus mari igne ferroque vaſtavit.* Quærendum, num aliquis fons Varanius in illis locis. Puto illum hanc lectionem exſculpſiſſe, ex antiqua Flori & intricata ſcriptura, dum eam non ſatis aſſequitur: *Qua Naranio fonte Velini.* Inde ipſe facit: *A Varanio fonte.* Quaſi aliquis ibi locorum fuerit fons Varanius. *Salmaſius.*

g *Fonteſque Velini*] Scilicet *Lacûs* & *Amnis*, qui ex Reatinis nati paludibus univerſo tractui *Veliæ* nomen dederunt, quaſi eſſet ἕλια: nam ἕλη apud Græcos idem ſonat, quod Latinis *paludes*. De hoc tractu ita *Dionyſ. Halicarnaſſ. lib.* 1. *Fœdus Aborigenes cum Pelaſgis feriunt; & partem agrorum ſuorum eis aſſignant, circa ſacrum lacum, quorum pleraque erant paluſtria, quæ nunc priſco linguæ more, dicuntur* Velia: *ſolebant quippe priſci Græci vocabulis à vocali incipientibus præponere ſyllabam* ϝ, *ſcriptam uno charactere.* At *Velinus amnis*, hodie *Velino fiume* dicitur; *Lacus* autem *Velinus*, *Lago di piè di Luco* ab Oppido juxta vicino. Auctor eſt *Varro De Re Ruſt. lib.* 3. *cap.* 4. Lacum hunc à *Curio* Conſule in *Narem* fluvium eſſe derivatum. Poſt quod tanta ex loci ſequuta fuit fertilitas, ut *herbarum altitudo perticæ* ſuperaret longitudinem; & *quantum de die demeretur, tantum ſuccreſceret per noctem.* Hermannides.

h *Nec ipſe poſſet æſtim. &c.*] Vide Oroſ. 3. 22. refert Auctor de vir. illuſtr. cap. 33. Curium hunc de Samnitica victoria ita ad Senatum retuliſſe: *Tantum agri ſe cepiſſe, ut ſolitudo futura fuerit, niſi tantum hominum cepiſſet: tantum porro hominum cepiſſe, ut fame perituri fuerint, niſi tantum agri cepiſſet.* Freinſhemius.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

CAP. XVI.

[a] Bellum Samniticum.

PRecibus deinde [b] Campaniæ motus, [c] non pro ſe, ſed, quod eſt ſpecioſius, pro ſociis, [d] Samnites invadit. Erat fœdus [e] cum utriſque percuſſum: ſed hoc

[a] *Bellum Samniticum*] Anno Urbis conditæ ccccx. Capuani Samnitium armis oppreſſi, ut populo Romano defendendi Capuanos neceſſitatem exprimerent, ſeſe ſuaque populo Romano per legatos dedunt. Movent itaque ad dediticiorum propugnationem conſules contra Samnites; Corvus in Campaniam, Coſſus in Samnium, atque victor uterque triumphavit: hinc pacem Samnites à Senatu impetrant, à qua, ipſi frequenter interea infidi, aperte deficiunt anno, poſt datam pacem, viceſimo ſecundo, victique à Papirio Dictatore, anni unius inducias petunt & impetrant; ſed eas Brutulus Papius, ipſorum dux, abrupit, Samniteſque à Dictatore Coſſo fuſi fugatique ſunt, & ita fracti, ut ultro fœderis ruptorem Brutulum dederent, reſque ablatas reſtituerent; etſi pacem à Senatu non impetraverint. Quare anno Urbis conditæ cdxxxii. C. Pontio duce, T. Veturium & Poſtumium conſules & inſidias cum exercitu ad caudinas furcas pertractos & incluſos ſubjugum mittunt: eoſque turpi ſponſione obſtringunt. Conſules à populo Romano Samnitibus deduntur, nec ab ipſis recipiuntur: ita ſolutis religione animis, bellum rurſus Samnitibus indicitur; fuſi victique Samnites à L. Papirio tertium conſule, qui ignominiam ante receptam, ipſorum ignominia acerrime ultus eſt, anno U.C. cdxxxiv. Deinceps proximo anno induciæ ſunt petentibus datæ, & rebellant tertio anno, ob Saticulam ab Æmilio Dictatore circumſeſſam, ſed ipſi fugati Pliſtiam, ſocios populi Romani, circumſident, Romani Saticula, Samnites Pliſtia potiuntur, atque ab hinc quatuordecim annis cum Samnitibus continuo bellatum eſt: fœdus namque ipſis redditum eſt anno Urbis conditæ cdxlix. Idque quia Romanum exercitum, per ipſorum agros profectum, commeatu adjuvarant. Atque deinde ſexennio quieverunt, quouſque Lucanos populi Romani ſocios armis invaderent, & bellum decennale moverent. Sed à Curio Dentato ita fracti ſunt, ut octennio ſeſe non moverint, nec prius quam ſociorum periculo territi, dum Tarentinis à populo Romano bellum indictum erat, ipſi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

hoc Campani ſanctius, & prius, omnium ſuarum
dedi-

quoque arma reſumſerint; verùm poſt ſeptennium ita à L. Papirio conſule debellati ſunt, ut nunquam deinceps poteſtatem Romanam, præterquam bello Sociali, excuſſerint, idque factum anno ab U. C. CDLXXI. *Stadius.*

b *Campaniæ &c.*] Campani opem tulerant vicinis à Septemtrione Sidicinis per injuriam à Samnitibus ut potentioribus oppreſſis; ſed prœlio victi Sidicinorum bellum in ſe converterunt. Samnites namque Campanam gentem luxu & mollitia fluentem adorti, pugna ad Capuam fractos, in urbem compellunt. Campani, magna clade debellati, Romam legatos, auxilii petendi cauſſa, mittunt, atque ipſis ob ſocietatem, quam populus Romanus cum Samnitibus habebat, auxilium non eſt decretum: quare legatus, ut populum Romanum ad ſua, non aliena defendenda impelleret, dedit omnia Campanorum in Reipublicæ Romanæ poteſtatem. *Idem.* Et hic ὑστεροπρότερον χρονικὸν ingens à Floro commiſſum, dum Samniticum bellum, quod precibus Campanorum motus cepit Populus Rom. tempore poſterius facit Latino ac Sabino bello; de quibus pr. cap. Ac de Sabino quidem nullum eſt dubium, cum tot annorum interſtitio præcedatur ab iſto Samnitico, quod ſuſceptum eſt in gratiam Campanorum. Profecto ne Latinum quidem, etſi tanto antiquius Sabino, temporis primas ferre debeat contra Samniticum, quod prius eſt.

Ecce enim Campani auxilium ad
verſus Samnitem petiere Coſſ. M
Val. Corvino tertium, & Aulo Cor
nelio Coſſo, quibus cura hujus bel
li demandata, qui & ambo de Sa
mnitibus triumpharunt. Hoc ini
tium belli Samnitici: & primus d
hoc Romanorum triumphus. A
Latini cum Campanis defecerunt
tribus ferme annis poſt conſulatum
M. Valerii & initium belli Samniti
ci, in conſulatu Manlii Torquati &
Decii Muris. Prius certe finem ac-
cepit bellum Latinorum, quam Sa
mniticum, quod quinquaginta fer
me per annos duravit, cum vix de
bellati ſtatim rebellarent, utpote d
quibus quater & vigeſies triumpha
tum ſit. *Salmaſius.*

c *Non pro ſe, ſed, quod eſt ſpecio
ſius, pro ſociis*] Sic & Epirotæ ſe pr
ſociis geſſiſſe videntur Scriptori
bus. *Diod. Siculus* lib. 22. cap. 1
Pulchrum eſt, inquit, *Epirotis, no
pro patria tantum ſua decertare, ſe
pro amicis etiam, & belli ſociis peri
cula ſubire.* Sed quacunque tan
dem ceruſſa pingatur hæc Auxilia
torum opera, docent infinita ex
empla, plerumque hos tales, no
incolumitatem ſociorum; ſed emo
lumentum ſuum, & imperium ſpe
ctare. Videndus *Gruterus ad L
vium lib.* 1. *cap.* 23. *lib.* 45. *cap.* 1
Berneggerus ad Iuſtin. lib. 4. *c.* 3. *§.
Ad Tacit. quæſt.* 206. *& in Diſp.
Regn. Hung. th.* 39. *Forſtnerus a
Tacit. pag.* 446. 447. & *Hypom
Politico.* 2. *Picart. Diſp.* 50. *th.* 25. 2
Cumprimis hoc verum cum Ro
manis. Vid. *infra lib.* 2. *cap.* 2. ut
nulla

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

deditione fecerant. [f] Sic ergo Romanus bellum Samni-

nullam injuriam fecerit *purpuratus Antiochi*, cujus *ad Romanos* apud *Livium lib.* 35. *cap.*16. verba ſunt. *Specioſo titulo uti vos, Romani, Græcarum civitatum liberandarum video; ſed facta veſtra Orationi non conveniunt.* Tamen juſtitiam belli, cujus hic meminit *Florus* propugnat. *Albericus Gentilis lib.* 2. *de Armis Romanis cap.* 7. Ex Rupert. *Hermannides.*

d *Samnites*] Vetus, *Samnitas*, ſic quoque Jordanei, ἀρχαϊκῶς. ſic *Acarnanas, Pæanas*, apud veteres, pro *Acarnanes, Pæanes*: vide Chariſ. lib. 1. Inſt. *Salmaſius.*

e *Cum utriſque &c.*] Immo cum ſolis Samnitibus. Ea cauſa repulſi primo Campani auxilium contra Samnites implorantes, quod negaret Senatus opem dare ſe poſſe, fide fœderis illæſa, externis, adverſus ſocios atque amicos. Ita enim his reſpondit conſul apud Livium ex authoritate ſenatus: *Auxilio vos Campani dignos cenſet ſenatus; ſed ita vobiſcum amicitiam inſtitui par eſt, ne qua vetuſtior amicitia ac ſocietas violetur. Samnites nobiſcum fœdere juncti ſunt, &c.* Coacti itaque Campani ſe & ſua Romanis dedere, ut ſic illis liberet deditićios ſuos tueri. Falſum igitur quod ſtatim ſubjecit Florus: *Sed hoc Campani ſanctius, &c.* Dicit fœdus Romano percuſſum cum utriſque populis, Samnitibus & Campanis. Sed Campanorum fœdus prius ac ſanctius fuiſſe, quod omnium ſuorum deditione factum ſit. Hæc inter ſe plane pugnant, fœdus cum aliquo facere ac deditionem. Si deditionē fecere Campani, fœdus illud non fuiſſe conſtat. Nam per fœdus æquatio juris fit inter fœderatos. Per deditionem omnia unius traduntur in poteſtatē alterius. Ne ipſe quidem deditićii ſuæ ſunt poteſtatis & arbitrii; ſed illius eſſe cenſentur cui ſe dediderunt. Demus fuiſſe fœdus quod fecerunt Campani dedentes ſe Romanis; non tamen prius fuerit quam Samnitium. Fœderati quippe jam tum Samnites erant Romanorum, cum ab his petitum auxilium venere Campani. Nec enim ante id tempus fœdere illo, aut ſocietate, juncti cum Romanis memorantur. Immo ſi fœdus illud fuit, tunc ideo factum eſt, ut defenſores haberent Romanos adverſus Samnites, antiquos amicos & ſocios Pop. R. Sed deditionem ſui & omnium ſuorum facere adacti ſunt, nec aliter auxilium obtinuiſſent. Tunc igitur opem illis pollicitus eſt ſenatus, quia jam inde pro ſuis rebus & hominibus illud auxilium dabatur. Nam deditićii in poteſtate ſunt, ac dominio eorum quibus dediti ſunt. Et recte mox Florus: *Sic ergo Romanis bellum Samniticum tanquam ſibi geſſit.* Hinc illa in oratione Campanorum ad Senatum ad auxilium impetrandum: *Quandoquidem noſtra tueri adverſus vim atque injuriam juſta vi non vultis, veſtra certe defendetis. Itaque populum Campanum, urbemque Capuam, agros, delubra deûm, divina humanaque omnia in veſtram P. C.* popu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

Samniticum tanquam ſibi geſſit. Omnium non modo Italia, ſed toto orbe terrarum, pulcherrima g Campaniæ plaga eſt. h Nihil i mollius cœlo. k Denique

populique Rom. ditionem dedimus. Hæccine verba ſunt & formula æqui fœderis & ſancti? Immo deditionis, qua alterius poteſtatis fiunt, quæ olim ſua erant. Sed ipſe ſibi contradicit Florus. Nam qui mox dixerat, bellum illud ſibi geſſiſſe Romanos, quia pro ſuis nimirum dediticiis. Idem initio capitis ſcribit populum Rom. *precibus Campaniæ motum non pro ſe, ſed quod eſt &c.* Hæc non poſſunt inter ſe conciliari, ut ſocii ſimul ac dediticii fuerint Campani Romanorum. Utque Romani bellum illud pro ſociis, pariter ac tanquam ſibi, rem ſuam ſcilicet geſturi, ſuſceperint. Varie quidem fœdera alia æquis, alia iniquis legibus. Sed deditio nunquam fuit fœdus. *Salmaſ.*

f *Sic ergo Romanus*] Quidam *Pop. Rom.* Non ita rectè. Nam alibi ſic loquitur, *Romanus*, *Germanus*, *Tarentinus*, non addens *Populus.* Exempla paſſim obvia. *Salmaſius.*

g *Campaniæ, &c.*] Campania Liri flumine & Latio novo ab occaſu terminatur, ab ortu Sarnum habet limitem. Samnites Septentrioni prætenduntur, clauditur Etruſco ſive Infero mari à meridie. Celebratur Campaniæ tractus ob ſitus amœnitatem, & agrorum montiumque fertilitatem. Dicta Liberi Cererisque certamen, illud ob vini generoſiſſimi copiam, iſtud ob frugum optimarum fœcunditatem. Miror equidem Plinium, ex quo Florus noſter ſua deſcripſit, non adjeciſſe, & Palladis cum Libero & Cerere certamen, cum nihil Venafrano oleo celebrius ſit & melius. Vide Plin. lib. 3. cap. 5. *Stadius.* Ut cœli mollitiem ac temperiem probet, bis flores ibi dicit emicare. Ut ſoli ubertatem ac fertilitatem oſtendat, Liberum Ceremque, de eo certaſſe proditum ait: ut maris denique hoſpitalitatem teſtetur, portus aliquot nobiles in ejus ora recenſet. Frequentior porro hujus vocis uſus eſt in rebus narrandis, aut cauſis aſſignandis ubi plures eduntur, ut ultimo loco ponatur ad orationis clauſulam. Ut cum præponitur *primo*, deinde ſubjungitur *præterea*, & poſtremo additur ad rem finiendam, *Denique.* Sæpe tamen ubi res una memoratur aut cauſa una allegatur, ſtatim per ſe ſolet inferri ut heic: *Nihil mollius cœlo. Denique bis floribus vernat.* Quaſi diceret, adeo verum eſt, nihil eſſe cœlo mollius, ut bis ver in anno habeat. *Salmaſius.* Mirantur Campaniæ fertilitatem, amœnitatemque pro omnibus aliis Orbis terrarum, nedum Italiæ, agris prædicarunt auctores antiqui. *Strab. l.* 5. *&* 6. Virgil. *Georg. l.* 1. Polyb. *l.* 3. Propertius *l.* 3. *Eleg.* 4. Liv. *l.* 7. Columella *Ruſt. rer. c.* 8. Mela *l.* 2. *c.* 4. Tacit. *Hiſt. l.* 1. *&* 3. Liv. *l.* 7. Cicero *Philip.* 8. Item. *Contr. Rull. de Leg. Agrar.* & *de ead. Leg. ad Popu-* l.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

nique [l] bis floribus vernat. [m] Nihil uberius ſolo. Ideo

i ſui Orat. 1. Martial. *l.* 13. *Epigr.* 18. Iſidorus *l.* 4. *c.* 4. Plin. *l.* 3. *c.* 5. & *l.*13.*c.*3. Plutarch. *vi Craſſo* Dion. Halicarn. *l.*1. Tibullus *lib. Eleg.* 8. Sidonius Apollin. *Carm.* 5. Senec. *Epiſt.* 51. & *De Tranquill. Animi*, *cap.* 1. Quod autem *Fœlix* dicatur à Plinio *lib.* 3. *cap.* 5. non cognomentum eſt Regionis, ut Arabiæ *Fœlicis*; ſed Epithetom, quo ubertas ſoli, præ cæteris Italiæ regionibus, deprædicari ſolet. *Hermann.*

h *Nihil mollius cœlo. Deniq; bis floribus*] Qui corruptum hunc locum cenſent, ipſi ſunt corrupti potius judicii, quod prius emendent licet, quam quidquam hic attentare audeant. Nazarianus diſtinguit: *nil mollius, cœlo denique bis floribus vernat:* Vitioſè. Elegans porro vocis notio *denique*, quæ ex abrupto, & ante expectatum, mira brevitate venit. Nec adeo rara eſt apud antiquos & probos auctores, ut videri volunt docti criticorum. Hic noſter ea ſæpe utitur. Supra de Vejis captis: *Denique, non ſcalis, nec irruptione; ſed cuniculo & ſubterraneis peractum urbis excidium. Ea denique viſa eſt prædæ magnitudo, cujus decimæ Apollini Pythio mitterentur.* Solinus de fonte Hammoniaco, ad quem locum nos plura. Fruſtra igitur ille Vir doctus, qui corrigebat: *Nihil mollius cælo dieque: bis floribus vernat.* Nec melius illi alteri ſucceſſit, apud Vellejum ſic mutanti: *Nihil mollius cœlo, nihil uberius ſolo*, denique bis floribus vernat. Elegantiam ſuam ac venuſtatẽ huic loco plane ſurripueris, ſi aliam lectionem admittas. Id ut melius conſtet, integrum eum, ut legendum eſt ac diſtinguendum, ponam: *Nihil mollius cœlo. Denique bis floribus vernat. Nihil uberius ſolo. Ideo Liberi Cereriſque certamen dicitur. Nihil hoſpitalius mari. Hic illi nobiles portus, Cajeta, Miſenus, tepentes fontibus Bajæ.*

i *Mollius*] Temperatius, clementius. Sic infra. lib. III. 3. *Sed in Venetia, quo fere tractu Italia molliſſima eſt, ipſe Cœli ſolique clementia robur elanguit.* Sic græci μαλακὸν uſurpant, quod & mari, cum tranquillum eſt tribuunt, ut & Latini, cum, voce inde mutata, *malaciam maris* inde appellant. *Salmaſ.*

k *Denique*] Rara illatio vocis *denique*, cum nihil præceſſerit, cui ſerviat. JCtis tamen aliiſque etiam ſcriptoribus, non ſemel uſitata; Juſtin. 9. 4. 1. 13. 2. 10. 23. 1. 15. & Papinian. in l. 13. de adopt. *Freinsh.*

l *Bis floribus vernat*] Floribus gignendis bis habet ver. Ut *hibernum* pro *hieme*; ita & *vernum* pro *vere* abſolutè, cum intelligitur tempus. Sed ut *hibernare* & *hiemare* annus dicitur latine, cum *hiems* eſt anni; ita & *vernare*, cum eſt *ver*. At Cælum bis vernat, cum bis ver facit. Poſſumus tamen heic intelligere, Campaniam bis vernare, bis ver habere. *Cælo nihil mollius.* Inde eſt, quod bis vernat Campania. Alia eſt ſignificatio verbi *vernare*, de avibus cantillantibus, apud Poëtas. Ovidius;

—— *docili gutture vernat avis.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

Ideo Liberi Cererisque certamen dicitur. ⁿ Nihi hoſpitalius mari. Hic illi nobiles portus, ° Cajeta ᵖ Miſenus & tepentes fontibus ᵍ Bajæ: ʳ Lucrinu & Aver

Ἐυστομεῖ. Quia vere magis garriunt aves. An à Vernis pueris, quorum garrulitas placuit Veteribus. Unde & vernalis Urbanitas, vernaculorum dicta. *Salmaſius.*

m *Nihil uberius ſolo*] Varro ubi Italiam extollit, præcipue Campaniam laudat. lib. 1. de re. Ruſt. cap. 2. *Quod far conferam Campano? quod vinum Falerno? quod oleum Venafro?* nam & iſta ſunt Campana. Iterum 11. Rerum Humanarum: *Ad victum optima fert, ager Campanus frumentum, Falernus vinum.* Livius 7. 38. *agrum Italiæ uberrimum, dignam agro urbem.* Freinshemius.

n *Nihil hoſpitalius mari*] Ob frequentiam commodorum portuum. Non enim homines tantum hoſpitales, ſed etiam loca. Unde *inhoſpita teſqua*, deſerta & cultu vacua, ac proinde accipiendis hominibus parum idonea. ita & *inhoſpita maria* dici queunt, quorum littus importuoſum & acceſſu difficile. Sic etiam ἄξεινος πόντος qui olim ἄξενος, inhoſpitalis. Sed propter incolarum barbariem, non ob portuum penuriam, ita appellatum volunt. Eo tamen reſpexiſſe puto hunc Florum, cum nihil hoſpitalius mari, quod Campaniam alluit, eſſe dixit. Οὐδὲν εὐξεινότερον. Quaſi melius id nominis mereretur, quam cui Græci hoc inſigne dederunt cognomen. Hoſpitium, pro diverſorio, etiam media latinitas dixit. Et Firmico *hoſpites* vocantu qui tabernorum inſtitores & cau pones. Portus hoſpitia quodam modo maris ſunt. Sic & hoſpital mare, cui frequentia talia hoſpitia Virgilius *hoſpitium arenæ* appella plagas, vel ſtationes in littore, ve etiam portus quibus naves exci piuntur. *Salmaſius.*

o *Cajeta*] Cajetam Latio novo, quia citra Lirim ita eſt, mult adſcribunt, urbs eſt & portus ir ora Formiani ſinus occidentali. Nomen habet à Cajeta Æneæ nutrice, ſive à littoris curvitate, teſte Strabone, & hodie nomen retinet, diſtatque ab Urbe, in ortum æſtivum, ad ſexageſimum lapidem ab Aquilone. Formias habet adverſas, ad quintum lapidem, Formiano ſinu intermedio. *Stadius.* Vide *Servium* ad Æn. 7. 1.

p *Miſenus*] Portus & promontorium eſt, olim urbs quoque ſatis celebris: quæ nunc diruta eſt. Ultra Cajetam in ortum vergit ad quadrageſimum fere lapidem. Dictus à Miſeno Æneæ tubicine, teſte Virgil. 6. 234. Cumæ eodem tractu ſitæ erant, ſed in occaſum æſtivum XVI. ſtadiis. *Stadius.*

q *Bajæ*] Promontorium & urbs, & portus, ob tepentes aquas ſaluberrima: ab Urbe ad centeſimum lapidem in ortum brumalem diſtabat, cingebatur à ſeptentrione Averno, à meridie Auguſti portu, ab occaſu Lucrinum lacum habebat,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

& Avernus, quædam maris otia. [r] Hic amicti vitibus montes, [ſ] Gaurus. [t] Falernus, Maſſicus, & pul-

bat, ab ortu Puteolanum ſinum, ita ut nihil eo ſitu amœnius, neque ſalubrius eſſe poſſet. quare à Romanis frequentiſſime otii cauſa & deliciarum habitabatur: nunc fere ſuis ruderibus obruta jacet, etiamſi ob fontium & aquarum ſalubritatem etiam hodie commendetur. *Stadius.* Lege de his Sidonii Apollinaris carmen XVIII.

q *Lucrinus & Avernus, quædam maris otia*] Inter portus maris Campani, Lucrinum & Avernum recenſet. Atqui Lacus ſunt, ſed ex eo genere, quas Græci λιμνοθαλάττας appellant, lacus nempe, quibus mare affunditur, æſtuaria, quæ & ϛομαλίμναι dictæ, quod oſtia ad mare habeant, quibus aquã ex mari recipiunt. Hoc videns Jordanes, lectionem antiquam Flori mutaverat, quia vix eam caperet. Igitur pro *quædam maris otia*, ſicut habent antiqua Flori omnia exemplaria, in omnibus Jordaneis legitur, quædam maris hoſtia. Verum quidem eſt, oſtia maris eſſe lacus illos, qui in mare aperti ſunt, & inde marino æſtu implentur; ſed aliud voluit Florus. Eleganter *quædam maris otia* eſſe dicit hæc æſtuaria, quibus infuſum mare velut quieſcit & otiatur. Non movetur quippe mare, nec procellis obnoxium, quod intra illos receſſus conceptum tenetur. De bonis etiam portubus hoc poſſis dicere, quædam videri maris otia. Quales ſunt in quibus naves haberi poſſunt ab omni ventorum flatu tectæ ac tutæ, ſic ut vinculis alligari aut anchora fundari ibi opus non habeant. Talem deſcribit Ithacæ portum Homerus Odyſſ. 17.

——— δύο δὲ προβλῆτες ἐν αὐτῷ
Ἀκταὶ ἀπορρῶγες, λιμένος ποτιπεπτηυῖαι,
Αἵ τ' ἀνέμων σκεπόωσι δυσαήων μέγα κῦμα
Ἔκτοθεν· ἔντοσθεν δὲ τ' ἄνευ δεσμοῖο μένουσι
Νῆες ἐΰσσελμοι, ὅταν ὅρμου μέτρον ἵκωνται.

In ejuſmodi portu *æquora tuta ſilere* canit Virgilius, ut in Africano, quem ad inſtar illius Homerici,

——— *geminique minantur*
In cælum ſcopuli, quorum ſub vertice late
Æquora tuta ſilent. ———

Silent ergo & quieſcunt, in ejuſmodi portubus maria, ac proinde otia quædam maris dici poſſint. Quin oſtia ſint nemo ambigit. Verius tamen eſt, ut de Lucrino & Averno tantum intellexerit Florus, non etiam ad præcedentia retulerit. Nam in ejuſmodi ſtagnis, æſtu marino irriguis, mare reſtagnans plane quietum manet, & quaſi otiatur. *Salmaſius.*

r *Hic amicti vitibus montes, Gaurus, Falernus*] Vetus Jordanis: *Hic amici vitibus montes*, eleganter modo ita ſcripſerit Annæus. Sic Horatius *amicum vitibus Caulonem* dixit. *Salmaſius.*

ſ *Gaurus, &c*] *Gaurus* mons ini-

pulcherrimus omnium [u] Veſuvius, Ætnæi ignis imita-

initium habet à ripa Liris orientali, atque oſtio ejuſdem fluminis, quod à Gauri vicinitate Gaurianus: unde vulgo Gargiliano dicitur. Hujus montis pars occidentalis Gaurus, orientalis & juga ejuſdem *Maſſicus*, ſeptemtrionalis *Falernus* dicebatur. Falernus ager ejus montis, ad ſeptemtrionem, declivitate porrigebatur. Vinum, quod ſummis collibus naſcebatur, Gauranum; quod mediis, Fauſtianum; quod imis, Falernum vocari ſolitum eſt, teſte Plinio. *Stadius.*

De Gauro Symmachus, de Campana loquens:

Vbi Corniger Lyæus
Operit ſuperna Gauri.

Hos verſus poſuimus, ut ſcribendos putamus. *Guttur* vulgo mendoſiſſimè. Schedæ Palatinæ: *Gutturi*, nos *Gauri*. Salmaſius.

t *Falernus, Maſſicus*] Primus poſt *Auruncos* ſive *Novum Latium* occurrit *Maſſicus mons*: vulgo hodie vocatur à caſtello, extremo ejus apud mare impoſito, *Monte di Dregene*. Eſt autem id montis jugum, quod *Savonis*, amnis dextram proſequitur ripam, ac inprimis *Livio lib.* 22. ubi narrat: quomodo hic in Romanorum exercitu, cum Pœni ſub eorum oculis, *Sinueſſam Falernumque* agrum exurerent, adverſus *Falium* prope orta eſſet ſeditio. Cæterum nobili vino, quod hic gignebatur, maximè celebratur *Maſſicus* Mons. Falernus Ager, quia Maſſico monti erat conterminus, poſteriore tempore *Maſſicus*, etiam *Falernus* appellatus fuit, ut id probat *Cluverus Ital. Antiq. lib.* 4. *cap.* 5. Hermannides.

u *Veſuvius*] Veſuvius mons, nunc *Sumanus* dictus, diſtat à Neapoli, in ortum, ad quartum fere lapidem, clauditque ripam Sarni fluminis. Ipſe nobilis generoſiſſimo vino, quod nunc Græcum vocant, & frequenti etiam incendio celebris eſt. Eructat enim ſubinde flammas, & cinere quoque lato pinguique vicina reſpergit. Verticem vero habet toſtis & aduſtis ſaxis ſterilem. Flagraſſe ſub Tito, maximo incendio Xiphilinus teſtatur & Zonaras, itidem Suetonius. Antea etiam flagraſſe ex Strabone conſtat & Vitruvio. Plinium Natural. hiſtoriæ ſcriptorem, dum illud ſub Tito incendium Veſuvii, ejuſque cauſas propius inveſtigare contendit, craſſa aëris caligine ſuffocatum interiiſſe, ad Tacitum *Plinius* ejus nepos *libr.* 6. *Epiſtolarum* ſcribit. Ætna, Siciliæ mons, perpetuo incendio in vertice lucet, ejuſque cauſſam Juſtin. libr. 4. reddidit. *Idem.* Incendii ſub Tito, meminit etiam *Martialis* 4. 41. eoque Cæſium Baſſum, Poëtam Lyricum, cum villa ſua conflagraſſe ſcribit in vita ejus Petrus Crinitus. Ceterum plura, poſt hoc, Veſuvii incendia memorantur. Semel cum Procopio lib. 2. Gotthic. teſte, cineres Byzantium uſque delati ſunt. Pluviam illam cineream refert & *Zonaras tom. tert.* eamque regnante Leone Magno accidiſſe. Iterum, imperante Conſtantino quarto, Paul. Diaconus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

nitator. Urbes ad mare, x Formiæ, y Cumæ, z Pu-

onus 6. 4. Poſtremo Anno *χειλιο-ϑυΐας* MDXXXVIII. *Munſt. Coſm. ib.* 2. & noſtra memoria nuper ex-remo Anno MDCXXXII. *Freinsh.*

x *Formiæ*] Liquidè apparet ipſum Oppidum *Molam*, antiquas illas eſſe *Formias*. Confirmat hanc ſenten-iam intervallum LX. ſtudiorum, quæ hinc numerat *Strabo* ad *Cajet.* i.e. millium paſſuum quinque; ſed & innumera penè idem teſtantur antiquitatum monumenta, quæ ad hoc oppidum viſuntur, maximè ab ea parte, qua itur *Fundos*. Cæterum *Formias* iſtas, dictas fuiſſe *Hormias* tradunt *Feſtus*, *Plinius lib.* 3. *cap.* 5. & *Strabo lib.* 5. qui addit Oppi-dum hoc à Laconibus conditum. *Servius* ad *Æneid. lib.* 10. hos La-cones fuiſſe ait comites *Caſtoris* & *Pollucis*. Ergo circa Trojani belli tempora conditæ hæ fuerunt *For-miæ*. Ac licet Græcæ vanitatis fa-bula tantum ſit de *Caſtoris* & *Pol-lucis* comitibus; ſumma tamen Op-pidi hujus antiquitas inde apparet. *Homerus Odyſ. lib.* 10. per *Lami Vr-bem, Antiphatæque donum*, intelle-xit Oppidum *Formias*. Quodnam autem tunc habuerit nomen incer-tum eſt. Romani ſane Authores, per *Lamum*, non ipſius Urbis; ſed Viri, Læſtrygonum Regis, qui eam inhabitabat, intelligunt nomen. *Suidæ* Urbs appellatur *Læſtrygonia*. *Formias* Horatius *lib.* 1. *Satyr.* 5. quoque appellat *Mamurranarum Vrbem*. Ad quem locum *Vetus Scho-liaſtes*, inquit; *Mamurra Senator fuit Romanus, qui maximam par-tem civitatis Formianæ poſſidebat: unde dicta eſt Mamurrana Civitas.* Cic. *ad Attic. lib.* 7. *Ep.* 7. De hoc *Mamurra* Plinius *lib.* 36. *cap.* 6. tra-dit; eum *Formiis natum primum Romæ parietes cruſta marmoris ope-ruiſſe totius domi ſuæ in Cœlio Mon-te. Municipium* fuiſſe Romanorum quondam *Formias*, author eſt *Li-vius lib.* 38. & Frontinus *de Colo-niis*. Feſtus inter præfecturas con-numerat. *Hermannides.*

y *Cumæ*] Urbs pluralis numeri Latinis. Græcis ſingulari dicitur *κύμη*, quod & Latini nonnunquam uſurparunt Poëtæ. Latino ore for-mandum foret *Cuma*, quod no-men hodie etiam in magnis ſervat ruinis. Authoribus memoratur quamplurimis. Oppidani Græcis dicuntur *κυμαῖοι Cumæi*; Latinis *Cumani*. Situm Urbis elegantiſſi-me depinxit *Agathias* & breviter *Hiſt. lib.* 1. *Eſt Cuma Oppidum I-talicum munitiſſimum, neque ex-pugnatu facile. Situm enim eſt in arduo, difficilemque aditum haben-te colle. Eſtque veluti ſpecula maris Etruſci: Imminet quippe littori col-lis ita, uti ad ejus radices illiſi ma-ris fluctus frangantur. Editiore igi-tur loco ſitum; cinctum eſt vallo, turribuſque & propugnaculis vali-diſſimæ ſtructuræ.* Ex *Eubœa* inſula Chalcidenſes & Eretrienſes dicun-tur fuiſſe hujus Urbis conditores, quam *Cumas* vocarint ἀπὸ τῶν κυμά-των, *ab undis*; vel à gravidæ muli-eris, quæ Græcis dicitur ἔγκυος, augurio, quam in littore viderint. *Livius Lib.* 4. & 8. *Thucidydes Lib.* 6. *Plin. lib.* 3. *cap.* 5. *Soli-nus*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

[z] Puteoli, [a] Neapolis, [b] Herculaneum, [c] Pompeji,

nus cap. 8. *Dionyſ. Halicarn. lib.* 7. *Vellej. Paterc. lib.* 1. *Strab. lib.* 5. *Servius ad Æneid. lib.* 3. & 6. Hermannides.

z *Puteoli*] Urbs Campaniæ Averno ab occaſu abluitur, ab ortu ſinus, cui *Puteolano* nomen dedit: ipſa olim Dicæarchia dicta fuit, à juſtitia magiſtratuum, teſte Strabone: condita à Samiis, teſte Euſebio, primis Romæ Coſſ. Bruto & Collatino. Inde à fœtore ſulphureo, quem aquæ tepentes exhalant, *Puteoli* dici cœpit, teſte Strabone & Feſto: alii tamen à puteorū frequentia illud nomen faciunt: hodie *Pozzuolo*, voce parum deflexa, dicitur. *Stad.*

a *Neapolis*] A Puteolis in littore proxima eſt ante *Parthenope* dicta, & prius *Phalerum*, ſi Poëtis credere licet. *Plin. libr.* 3. *cap.* 5. *Ptolomæus Mela lib.* 2. *cap.* 4. *Stephani Epitomator. Virgilius Georgic. lib.* 4. *Dionyſius* Περιηγητὴς. *Silius lib.* 12. *Statius Silv. lib.* 1. *carm.* 2. & *lib.* 3. *carm.* 5. *Lycophron.* Primos ejus urbis Conditores plerique Scriptores pronunciârunt Cumanos. *Strab. lib.* 5. *Philargirus ad Virgil. Georg. lib.* 4. *Marcianus Heracleenſis. Livius lib.* 8. *Vellejus lib.* 1. Sed *Statius* ipſe Neapolitanus ab Chalcide Eubœæ Inſulæ Urbe originem ejus deduxit. *Silv. lib.* 2. *carm.* 3. & *lib.* 3. *carm.* 5. & *lib.* 5. *carm.* 3. Ita igitur ſtatuenda à Chalcide ortas eſſe Cumas, à Cumis Neapolin. In hanc poſtmodum Campanorum quoſdam receptos fuiſſe author eſt *Strabo lib.* 5. Græcos Urbem ſemper habuiſſe Colonos, teſtantur *Silius lib.* 13. *Cic. pro Corn. Balbo. Livius lib.* 35. *Dio lib.* 60. *Tacit. Annal.* 15. *Philoſtratus Icon. lib.* 1. Hermannides.

b *Herculaneum*] Sic ſcribitur hoc & apud Livium extremo libro decimo, quod eſt *Herculanium*, *i* pro *e* penult. ſyllaba apud Plin. 3. 9. ἡράκλειον vocat Strabo lib. 5. quod nomen idem ſignificat cum Herculaneo. Nam ab Hercule, qui Græcis ἡρακλῆς dicitur, facta. *Herculeus* & *Herculaneus* idē ſunt, quod ἡρακλεῖος nomen ab illo ἡρακλῆς derivatum, & quæ Græcis ἡράκλειαι, id eſt, *Heracleæ*, ſive *Heracliæ* civitates, appellantur, eas recte *Herculeas* & *Herculaneas* dicere poſſis. Fuerunt autem hæ multæ. Viginti tres numerat Stephanus: quarum una Campaniæ, hic celebrata. Hæc urbs eadem fuit cum *Herculaneo*, ſi quid Perotto, homini multa ſine ratione auctoreque dicenti, credimus. *Vinetus.*

c *Pompeji*] Oppidum fuit ultra Herculanium paululum à mari remotum. Id præter hunc noſtrum Florum hic loci teſtantur *Vellejus lib.* 2. *Plin. lib.* 3. *cap.* 5. *Strab. lib.* 5. Imperite igitur, ut ſcribit *Cluverus Antiq. Ital. lib.* 4. *cap.* 3. §. 10. Herculaneum poſtpoſuit Pompejis. Apud ipſam *Sarni* ripam ſitas fuiſſe Pompejos diſertè teſtantur *Strabo*, *Plinius* ac *Statius Silv. lib.* 1. *carm.* 2. Non ad ipſum fuiſſe amnis oſtium ex tabula patet, itineraria; quæ infra Pompejos aliud

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

›eji, & ipſa caput urbium [d] Capua, quondam in-
er tres maximas, Romam, Carthaginemque nu-
nerata. Pro hac urbe, his regionibus, populus
Romanus Samnites invaſit, gentem, ſi opulentiam
quæris, [e] aureis atque argenteis ornatam armis, &
[f] diſco-

ud habet iter per littus. Ex intervallo colligit *Cluverus dict. loc.* Pompejos nunc eſſe oppidum *Scafuti.* Ab Hercule Pompejos conditor, qua Victor & Hiſpania *pompam boum* duxerat, tradit *Solin. cap.* 8. *Plinio lib.* 2. *cap.* 51. municipium eſt; *Tacito Annal.* 14. Colonia. *Hermannides.*

d *Capua*] Capua olim inter celeberrimas orbis totius urbes tertia, à mari ſeptentrionem, ad XII. lapidem, diſtabat: eamque Vulturnus mediam prolabebatur. De nominis ratione ut variæ ſunt apud ſcriptores opiniones; ita nulla veriſimilior, quam quæ à Capy conditore dictam credit: nam hoc effoſſa, Cæſare Julio regnante, ænea Capuæ tabula etiam teſtabatur, ut ſcribit in Dictatore Cæſare Suetonius, & maxima pars auctorum in eo nomine convenit. Capuam vero, beneficio populi Romani à Samnitium injuria vindicatam, defeciſſe in gratiam Annibalis à Romanis, iterumque ab iis expugnatam defectionis & proditionis pœna dediſſe, ex hiſtoriis conſtat, & ex Ciceronis Rulliana. *Idem.*

e *Aureis atq; argent. armis &c.*] Livius IX. 40. XI. 39. 11. Commune hoc fuit pleriſque gentibus 2. Reg. 8. verſ. 7. *Tulit David arma aurea, quæ habebant ſervi Adarezen.* Ita Perſæ armati erant. Curt. 3. 10. Juſtin. 11. 13. ita Parthi. Juſtin. 41. 2. Galli. Polyb. 2. Sic Alexander Argyraſpidas inſtituit. Juſtin. 12. 7. quod in ſucceſſores ejus manſit. ita in Antiochi exercitu fuere Argyraſpides. Appian. Syriac. Livius 37. 40. Agell. 5. 5. Macrob. 2. 2. & ejus æmulatione Alexander Imp. etiam chryſoaſpidas, apud Lamprid. cap. 50. Quamvis jam tum ſub Tito fuerint arma militum auro argentoque facta, ut indicat Joſeph. de bell. Jud. 6. 15. Pertinet huc Marcellinus 31. 28. qui deſcribit *arma Imperatorii comitatus, auro colorumque micantia claritudine.* Rationem ejus rei reddit Polyb. 11. 7. & Plut. cap. 14. in vita Philopœmenis, qui Achæos eo modo ornavit, aliam in Sertorio, qui Hiſpanos. cap. 22. At Brutus apud eund. cap. 55. *acuere nonnihil putabat gloriæ cupida pectora, avaros vero reddere etiam fortiores, quod arma ſicut poſſeſſiones retinerent.* Præter has alia etiam ſubfuiſſe videtur: diſciplinæ quaſi quoddam pignus & vinculum, inops enim miles Imperatorem minus quam hoſtem timet. *Idcirco*, ait Lamprid. in Alex. Severo cap. 52. *quod mendicitas militaris ad omnem deſperationem vocat armatum.* Freinshemius.

Ita

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

f diſcolori veſte uſque ad ambitum. Si fallaciam
g ſaltibus fere & montium fraude graſſantem: ſi ra
biem

Ita fulgebant auratis armis & verſicolori veſte eo prœlio, quo cæſi ſunt à L. Papirio Dictatore, ſpecioſumque fecere ipſius tot ſpoliis triumphum, anno Urbis conditæ CDXLIV. Iterum eodem apparatu fulgentes, & linteatis etiam ſacratiſque legionibus ſplendentes, L. Papirius Cos. Dictatoris filius internecione ad Aquiloniam concidit an. V. C. CDLX. *Stad.* Opulentiam Samnitum ex eo vult arguere Florus, quod aureis & argenteis armis ornarentur ac diſcolori veſte, & quidem uſque ad ambitum, i. raris ac pretioſis fucorum pigmentis verſicolori. Quis non putet, iſto argumento Flori, ita ſolitos ſemper cum armari, tum indui Samnites? Atqui ſemel tantum aut bis ſic armatos conſtat ac veſtitos, in eo prælio, quod pugnatum eſt ex parte Romanorum auſpicio Papyrii Curſoris dictatoris, ut bene moneat Liv. lib. IV. nova armorum inſignia hæc tum quæſiviſſe. *Salmaſius.*

f *Diſc. veſte u. ad amb.*] Noli putare talem in quotidiano ac promiſcuo uſu apud Samnitas fuiſſe. Imo tum primum eam uſurparunt, cum illis armis aureis & argenteis nec deinceps uſi ſunt. Quin & diſcolor illa veſtis ei tantum generi militum data eſt, qui armis erant ornati aureis. Nam qui argentea habebant, linteas induti ſumpſere candidas. Quod non debuit omittere Florus, cum ejus rei Livius meminerit. Nec tacendum heic ab illa armatura quam tum induêre Samnites, nomen & ornatum gladiatorum Samnitium apud Romanos proceſſiiſſe. Quod à Campanis ægre acceptum eſt. Hi enim cum ſummo odio proſequerentur Samnites ad eorum deriſum gladiatores, quod ſpectaculum inter cœnam exhibebant ſuis convivis, eo ornatu armarunt. Hoc eodem porro apparatu bella iterum adornaviſſe Samnites memorat Liv. lib X. *Salmaſius.*

g *Saltibus &c.*] Ita circumventum & cinctum ſilvarum montiumque indagine Cos. Cornelii Coſſi exercitum, Decius trib. mil. ſua virtute expedivit. Junius Cos. exercitui ſpe prædæ degreſſo, inſidiiſque ad Bovianum perturbato, armis ſanguineque hoſtium viam aperuit. Iterum Cornelio Arvina Cos. ita vias ſaltuſque obſepſerant, ut ne qua commeatus ſubveheretur: ſed & ille ferro hoſtes ſubmovit. Nulla autem fraus ipſis ſucceſſit in Rom. cladem pronior, quam ad Caudinas furcas; niſi oblatam occaſionem infelici conſilio corrupiſſent, de qua mox dicturus eſt Florus. *Stadius.* Male Florus in argumentum perpetuæ fallaciæ trahit, quod ſemel atque iterum callide ab illa gente pugnatum eſt. Tot præliis certarunt Samnites cum Romanis, & tamen, ſi Furcas Caudinas excipias, vix reperias quando ſaltuum fraude & montium

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

biem ac furorem, [h] ſacratis legibus, [i] humaniſque hoſtiis, in exitium Urbis, agitatam: [k] ſi pertinaciam, ſexies

tium victoriam furati ſint. Semel quidem atque iterum in valle inſtructi latêre voluerunt; ſed non fefellerunt. Quod ſpectat Furcas Caudinas, quis neſcit non arte aut fraude Samnitum eo delapſos Romanos; ſed ſuamet ipſorum imprudentia. Occaſione ſi uſi ſunt Samnites, officium ſuum certe fecerunt. Non incallide quidem egerunt; ſed fortunam tam bonam ſi amiſiſſent de manibus, ſtupidiſſimi omnium eſſent habiti. *Salmaſius.*

h *Sacratis legibus*] Vide Livium 10. 38. Adigebantur autem jurejurando, niſi victo hoſte, non redire, quod etiam Romani prius uſurpavere, Coſſ. M. Fabio, Cn. Manlio apud Liv. 2. 45. Ita etiam Ligures lege ſacrata exercitum coëgerunt, apud eundem 36. 38. Talis fuiſſe videtur apud Spartanos cohors Scirites, cujus meminit Diodorus 15. 32. Apud Thebanos ſacra cohors, inventum Gorgiæ, juxta Plutarch Pelopid. cap. 31. & ſeqq. aut Athen. lib. 13. Epaminondæ. *Freinsh. Sacratis legibus* ideo dixit, quia Samnites à ducibus ſuis coacti erant ad ſacramentum (diri cujuſdam carminis in execrationem capitis, familiæ, ſtirpiſque compoſiti) niſi iſſent in prœlium, quo Imperatores duxiſſent, ſi aut ipſe fugiſſet, aut ſi quem fugientem vidiſſet, extemplo non occidiſſet. Hoc cum primi aliquot abnuerent, obtruncati ſunt, projectiq; inter ſtragem victimarum, ut documento cæteris eſſent, ne abnuerent: hinc ſacratæ legiones dictæ, & linteatæ conſcriptæ ſunt. *Linteatæ* vero legiones, quod ſinguli intrantes ad aram velis linteis circumdatam, juraverant. *Stadius.* Suo more facit Florus, dum unum facinus arripit ad rabiẽ hujus populi arguendam. Legem ſacratam hanc in uſu etiam fuiſſe Etruſcis Livius notat, & ab his uſurpatam adverſus Romanos in ea pugna, qua pugnatum eſt ad Vadimonis lacum. *Salmaſius.*

i *Humaniſq; hoſtiis*] Has multis quidem gentibus in uſu fuiſſe, ut ne Romani quidem abſtinuerint, non nego. De Samnitibus autem nuſpiam me legiſſe memini: propius igitur vero ſit, intelligere Florum eos, qui propter altaria cæſi jacebant, eo quod jusjurandum abnuerant. *Freinshemius.*

k *Si pertinaciam &c.*] Toties rupiſſe fœdus Samnites ex Livio colligo. Auctor Epit. Livii lib. XI. in conſulatu Fabii Gurgitis, qui de his triumphavit, ſcribit *cum Samnitibus pacem petentibus fœdus quarto revocatum eſſe.* Notatur ibidem, ſequentis anni conſulem Curium Dentatum bis triumphaſſe in eodem magiſtratu, *Samnitibus cæſis & Sabinis qui rebellaverant.* Sic quinquies fœdifragi Samnites. Et videtur tum quoque fœdus cum his inſtauratum, quod tamen mox infregerunt. Nam in ſequenti Epitome traditur Samnites defeciſſe, & adverſus eos ac Lucanos, Bruttios

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

ſexies rupto fœdere, cladibusque ipſis animoſiorem
Hos tamen quinquaginta [l] annis per Fabios & Pa-
pirios patres, eorumque liberos, ita ſubegit, ac do
muit, ita ruinas ipſas urbium diruit, ut hodie [m] Sa
mnium in ipſa Samnio requiratur: nec facile appa
reat materia. [n] quatuor & viginti triumphorum
Maxime tamen nota & illuſtris ex hac gente cla
des, [o] apud Caudinas furculas, Veturio Poſthu
mioqu

Etruſcoſq; aliquot prœliis à compluribus ducibus bene pugnatum. Hæc defectio Samnitum prò ſexto fœdere, ab his rupto, numeranda venit. Duæ etiam ſequentes Epitomæ meminere rerum proſpere geſtarum contra Samnites. *Salmaſ.*

l *Annis*] Quod Florus quinquaginta annorum ſpatio Samnites bello edomitos eſſe colligit, ἀνιστορησία eſt. Sunt enim anni LXXI. Cœptum namque hoc eſt bellum anno Urbis conditæ CDX. In poteſtatem redacti ſunt Samnites anno Urbis conditæ CDLXXXI. quo victor L. Papirius L. F. de Samnitibus triumphum egit ſecundum. Appianus etiam exceſſit hunc annum imprudenter decennio. Eutropius etiam XXII. annis contrahit iſtud bellum iniqua temporis digeſtione: proxime acceſſit lib. 31. Livius, qui Samnites cum Romanis ſeptuaginta annos bellaſſe dicit. Conſentiunt etiam hiſtoriæ omnes nullum in Italia fuiſſe hoſtem, qui populum Romanum diutius aut pertinacius fatigaverit quam Samnites. *Stadius.*

m *Samnium*] Samnites dicti ſunt à Samnio colle, in quo è Sabinis venientes conſederunt, & nome
urbi, quam ibidem condiderant
Samnio fecerunt: eos ab occaſu Sa
binos, Pelignos, & Æquos; ab or
tu Picentinos & Apulos; à meridi
Campanos & Sidicinos; à ſepten
trione Marucinos, Daunos, Apu
los habuiſſe ex hiſtoriis obſervavi
mus. *Idem.*

n XXIV. *Triumphorum*] Obſer
vavi triumphatum eſſe de Samniti
bus tricies. Coſſ. enim vicies & ſe
xies triumphum egerunt, bis Di
ctator L. Papirius, & qui primu
cum imperio proconſulari trium
phavit Publius Philo, alter etian
proconſul Q. Fabius, quos ordin
ex capitolinis triumphis petere lice
bit. Gentis Fabiorum triumpho
quatuor, Papiriorum quinque re
cenſitos numerabis, victos fractoſ
que poſtremo L. Papirii, L. F. cun
Samnitibus prœlio, ex ejuſden
triumpho colligitur anni U. C
CDLXXXI. *Idem.*

o *Apud Caudinas*] Anno U. C
CCCCXXV. *Oroſius.* Caudinæ furc
impeditiſſimæ ſaltuum ſilvarum
que inter duas rupes, fauces à Cau
dio vicino Samnitium oppido di
ctæ ſunt. Eæ diſtabant ab Urbe i
ortun

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

mioque Conſulibus, accepta eſt. Clauſo enim per inſidias intra eum ſaltum exercitu, unde non poſſet evadere, ſtupens occaſione tanta dux hoſtium Pontius, Herennium patrem conſuluit, & ille, *mitteret omnes, vel occideret*, [p] ſapienter, ut ſenior, ſuaſerat. Hic armis exutos mittere ſub jugum maluit, ut nec amici forent beneficio, & poſt flagitium hoſtes magis. Itaque & conſules ſtatim magnifice [q] voluntaria deditione turpitudinem fœderis dirimunt, & ultionem flagitans miles, Papirio duce, (horribile dictu!) [r] ſtrictis enſibus miles per ipſam viam

ortum iter tridui, & deſcribuntur à Livio libr. 9. elegantiſſime, una cum turpi Coſſ. ſponſione. Deinde à populo Romano Veturium & Poſtumium Coſſ. Samnitibus deditos eſſe, ut civitatem pace obnoxiam religione ſolverent: verum à Poncio Samnitium Imperatore deditos non fuiſſe receptos. *Stad.*

Scilicet, ut vel tanto beneficio ad ineundam & colendam bona fide pacem obligaret Romanos, vel occiſa juventute deſtitutos militibus, bellum & vindictam in longum tempus cogeret differre. *Inter ancipitia* nempe *deterrimum eſt media ſequi, nec audetur enim tunc ſatis nec providetur.* Zevecotius.

p *Sapienter, ut ſenior*] Plutarch. An ſeni ſit gerenda Reſp. cap. 19. *Maxime ſalva eſt civitas, ubi conſilia ſenum, & juvenum arma obtinent.*

q *Voluntaria deditione*] Obſervavi tales dedititios nunquam receptos ab hoſtibus, quod ea ratione eludi ſe crederent, cum ei qui belli gerendi poteſtatem haberet, etiam fœderis ſanciendi jus competere naturalis ratio dictitet: reſpicit eo l. 5. in fin. de pact. ubi quod duces belli inter ſe paciſcuntur, *publica conventio* eſſe dicitur. Ita M. Clodium non recepere Corſi, apud Val. Max. 6. 3. *Freinsh.*

r *Strictis enſibus &c.*] Dicit milites antequam manus conſererent, in ipſa procurſione atque impetu, quo in hoſtem vadunt, ſtrictis enſibus fuiſſe, hoc eſt ſtrictos enſes habuiſſe. In congreſſu vero ipſo arſiſſe omnium oculos hoſtis teſtatus eſt. Mos prœlii fuit hic militi Romano, ut in concurſu auſpicando pila prius emitteret, deinde gladiis ſtrictis rem gereret. At in pugna adeo avidus manus ſtatim conſerendæ cum Samnitibus fuit, ut pila, velut ſigno dato, abjiceret, ſtrictoſque gladios in ipſo concurſu præferret, ne qua mora daretur ardori pugnandi. Igitur milites in prœlio ſtrictis gladiis ante pugnã fuerunt per ipſam viam, i. in eo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

viam ante pugnam fuit: & *in congreſſu* [s] *arſiſſe o*-*mnium oculos*, hoſtis auctor fuit: nec prius finis cæ-dibus datus, quam [t] jugum & hoſtibus & duci ca-pto repoſuerunt.

CAP. XVII.

[a] Bellum Etruſcum, Samniticum & Gallicum.

b HActenus populus Romanus cum ſingu-lis gentium: mox acervatim: tamen ſic quoque par omnibus. Etruſcorum duodecim populi, [c] Umbri in id tem-pu

procurſionis ſpatio quod pilis emittendis ſumitur. Nam pilis ex certo intervallo conjectis, ubi ad manus ventum erat, ſtrictis gladiis res gerebatur. *Salmaſius.*

ſ *Arſiſſe omnium oculos*] Ita cum Aquilejam obſidens Attila, ſpeculatum ad muros accederet, ab hoſtibus circumventus, duobus interfectis, reliquos audacia & virtute ſua in fugam vertit, qui ſacroſancte affirmarunt, ex illius oculis ignitos radios, fulguris inſtar, emicuiſſe. Idemque teſtatur P. Callimachus Experiens in Attila. Turno ſuo tribuit hoc Virg. Æn. 12. 101.

—— *Totoque ardentis ab ore*
Scintillæ abſiſtunt, oculis mica
acrius ignis. Freinsh.

t *Iugum & h.e.d.c. repoſuerunt* Ambiguitatem quam Livius 9. 1 proponit, fueritne res ad Luceriam geſta, & ignominia Caudinæ deditionis repoſita, Papirio tertium Cos. an ipſo equitum magiſtro dictatore Lentulo, eam Capitolini triumphi dirimunt, qui Papirium de Samnitibus ſecundum triumphaſſe, cum Cos. tertium eſſet constanter recenſent, anno U. C CCCCXXXIV. *Stadius.*

---

a BEllum Etr. Samn.] Florum hoc capite bellum proſequi, quod ſocietate armorum Etruſci, Samnites, Galli, Umbri contra Romanos geſſerunt, ex tota relatione manifeſtum eſt; ſed confundit rerum geſtarum ſeriem, atque ex variis prœliis unicum facit: trans Ciminiam enim ſilvam profectus Q. Fabius Maximus pro conſule, a Peruſiam ita Etruſcorum opes fregit, ut à Peruſia Crotona & Arre-ti

pus intacti, antiquiſſimus Italiæ populus, Samnitium reliqui, in excidium Romani nominis repente conjurant. Erat terror ingens tot ſimul tantorumque

tio legati venerint pacem petentes, atque XXX. annorum inducias impetrarint, anno Urbis conditæ CDIV. Interea Etruſcos, violato ſæpius fœdere, aliquot etiam prœliis fractos eſſe: quia triumphaſſe invenio de Etruſcis Valerium Corvum Coſſ. anno U.C. DLI. atque Fulvium Centumalium Conſ. anno CDLV. Inde Q. Fabio V. Decio IV. conſulibus, cum Samnites, Etruſci, Galli, Umbri, collatis armis, graviſſimum bellum inferrent. Etruſci magno & utili conſilio à ſocietate diſtracti ſunt, dum ſua tueri coguntur, atque cum Samnitibus Galliſque in agro Sentinati pugnatum eſt. Sed cum Decii cornu ſiniſtrum, cui præerat, in fugam ageretur, ipſe patris Decii exemplum (qui ſeſe Latino bello ad Veſerim devoverat) ſecutus, morte ſua populo Romano victoriam aſſeruit. Fabius Caſtris Samnitium expugnatis, duce quoque hoſtium Egnatio occiſo, Gallos à tergo circumventos concidit: & de Samnitibus, Etruſcis, & Gallis triumphum egit anno U. C. CDLIX. *Stadius.*

b *Hactenus &c.*] Bellorum quæ à multis geruntur contra unum, terror major periculo eſt. Cito primi impetus defervent, cito ſententiarum varietate inter eos exorta fidem debilitari conſtat. Romæ Optimates, cum Tribunos pl. pati cogerentur, plures maluerunt quam paucos, uno enim aliorum decretis intercedente, nihil agebatur, adeo ut conceſſa poteſtas ideo maxime periret, quia exercebatur à multis. Sic ſi plures conſpirent in unum, qui primam confœderatorũ vim ſuſtinere poteſt aut elidere, ac deinde trahere bellum, in ſuam plerumque perniciem ineunt fœdus. Aliqui langueſcent cito aut deficient, vel etiam palam in diverſas partes tranſibunt, maxime ſi alienam ſe victoriam inſtituere ſibi perſuaſerint. *Zevecot.* *Hactenus populus Romanus*; legitur in Nazariano codice: *Hactenus populo Romano.* Sed ſubintelligendum eſſet *res* aut *bellum.* Et ſic planè præfert Palatinus alter: *Hactenus populo Romano bellum cum ſingulis gentium.* Jordanes, pro *acervatim*, mox legit *catervatim.* Minus rectè. Ab ipſo Jordane eſt, non à libris, hæc varietas. Inter hos populos, qui acervatim populo Romano ſuſtinendi fuere, perperam omiſit Gallos. Nam Etruſci, Umbri, Samnites & Galli, hi quatuor ſimul populi, ſimul conjurarunt adverſus Romanos. Vide Livium lib. X. & ejuſdem libri epitomen, in qua hæc verba leges: *Cum adverſus Etruſcos, Vmbros, Samnites, Gallos, P. Decio & Q. Fabio pugnaretur.* Et mirus ſane noſter, cum tres tantum populos heic recenſeat, qui in excidium Romani nominis conſpirarint, mox tamen quatuor

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

rumque populorum : [d] late per Etruriam infeſt
[e] quatuor agminum ſigna volitabant : [f] Ciminiu
interim ſaltus in medio, ante invius, plane quaſ
[g] Cali

agminum ſigna per Etruriam infeſtam volitaſſe dicit. *Salmaſius*.

c *Vmbri in id tempus intacti &c.*] Umbros antiquiſſimum Italiæ pop. etiam Dionyſ. 1. 19. & Plin. 3. 14. appellat. Cæterum ne ſic quidem profanatum eſſe locum ſuſpicor. Primum quod admodum languere videatur oratio; tum quod de Gallis, præcipuo Romanorum terrore, nulla mentio : præterea quod mox ſubjicitur, *infeſta quatuor agminum ſigna*, videbatur etiam Gallorum mentionem requirere. Itaque ſic tentabam: *Vmbri in id tempus intacti, antiquiſſimus Italiæ populus, Samnium, Gallique.* ſed nihil affirmo. *Freinsh.*

d *Late per Etruriam*] Alii habent, *A latere Etruria infeſta:* Quid opus hac repetitione, Etruriam à latere infeſtam eſſe, cum jam dixerit, duodecim Etruſcorum populos conjuraſſe? Nazarianus: *latere Etruriam infeſtam.* Scribo: *latè per Etruriam infeſtam*, &c. Jampridem ex Jordane ita reſtituiſſe optimum Vinetum memini. Vitioſam prorſus eſſe vulgatam, nobis ſatis conſtat. *Salmaſius.*

e *Quatuor a. ſign.*] Sociaverant enim arma Etruſci, Galli, Samnites, Umbri, quorum ſigna ſingula ſingulis agminibus præferebantur. *Stadius.* De ſignis variis vide *Caſaubonum Ann. in lib. 4. Æneæ Tactici.* De iis, quæ proprie ſic dicta ab Authore hoc loco intelliguntur. *Lipſ. lib. 4. de Milit. Dial. 3.* & *Steewechius ad Veget. lib. 2. cap. 6.* Ex Rup. *Hermannides.*

f *Ciminius &c.*] Ciminius ſaltus antequam à Fabio aperiretur, invius, qui in Etruria fuit inter Sutrium & Peruſiam, DCCC. fere ab Urbe ſtadiis: quantum ex Strabone colligo. *Stad.* *Ciminia Silva* aut *Saltus Ciminius* memoratu *Livio lib. 9. Plinio lib. 2. cap. 96* ac *Frontino Strategematum lib. 1 cap. 2.* *Lacus* & *Montis Cimini* meminit quoque *Virgil. Æneid. lib. 7* *Columella, Strabo, Silius l.8.* Quintus Fabius bello Etruſco, cum hoſtes fugati in ſilvam Ciminiam penetraſſent, fratrem Fabium Cæſonem, Etruſcæ linguæ peritum, Etruſcoque habitu, illic miſit ad ſpeculandum locum & hoſtes quod is prudenter & induſtriè fecit: qua de re *Livius* dicto loco, & *Frontinus.* *Plinius* inquit *in ſilva Ciminia ſunt loca, in quibus in terram impacta non extrahuntur.* Hermannides. *Geminius* optimi lib. & vetus editio, pro *Ceminius* aut *Ciminius*, ſolenni errore. *Ciminus* in membranis Jordanis. *Ciminum* & *Ciminium* dictum eſſe conſtat, de quo quidam fruſtra dubitant. Sic *Titus* fluvius & *Titius* pro eodem, ut infra notabimus. Alter Palatinus *Geminus*, pro *Ceminus* vel *Ciminus.* Virgilius Cimini montem & lacum memorat Æneide octava: *Et Cimini*

g Calidonius, vel h Hercynius, adeo tunc terrori erat, i ut ſenatus conſuli denunciaret, ne tantum periculi ingredi auderet. Sed k nihil horum terruit ducem. Quin l fratre præmiſſo explorat acceſſus.

mini cum monte lacum. Mentio apud Livium, in hac eadem hiſtoria, *Ciminiæ ſilvæ* & *Ciminiorum ſaltuum*, idemque etiam *Ciminii montis* meminit. *Ciminius interim ſaltus, ante invius, planè quaſi Calidonius, vel Hercynius.* Livium 9.36.1. imitatur, à quo fermè hæc expreſſa: *Silva erat Ciminia magis tum invia atque horrenda, quam nuper fuerunt Germanici ſaltus.* Salmaſius.

g *Calidonius*] Calidonia Britanniæ ſilva, ea parte inſulæ, quæ nunc Scotia dicitur, quæ primum aperta eſt Romanis Claudio imperante, etſi fama ejus aliqua fuerit, Julio Cæſare in Britanniam expeditionem moliente. Multi hanc urſis nobilitatam referunt, ut Calidoniam Ætoliæ ſilvam apris: illam Britanniæ Calidoniam, iſtam Ætoliæ Calidoniam ſcribi obſervo. *Stadius.*

h *Hercynius*] Hercyniæ ſilvæ Germanorum apud Romanos primus meminit Julius Cæſar lib. 6. eamque latitudine novem dierum, longitudine ſexaginta dierum itinere, nec viſu nec auditu ſatis exploratam fuiſſe: Julianum Cæſarem hanc primum perluſtraſſe, ex ipſius verbis apud Suidam citatis colligitur. *Idem.*

i *Vt ſenatus, &c.*] i. ne ſaltum Ciminium tranſiret. Quod debuit ipſis verbis retineri & exprimi ſicut denuntiatum eſſe diſerte teſtatur Liv. *Eo forte quinque legati, cum duobus tribunis pl. venerant denunciatum Fabio ſenatus verbis, ne ſaltum Ciminium tranſiret.* Salmaſ. Denuntiationem hanc à Senatu ſero factam eſſe teſtatur Livius, utpote qui referat quinque legatos cum duobus Tribunis plebis, penetrata jam ſilva, & hoſtibus profligatis, ſuperveniſſe, nuntioſque victoriæ Romam reverſos. *Stadius.*

k *Nihil h. t. ducem*] Peſſime profecto, cum in imperio plus ſit quam in victoria. Anne ideo melius quis agit, quia felicius? An is qui nullam actionũ ſuarum commendationem quam à fortuna habet, eo, quo oportet modo, partes quas tuendas ſuſcepit, defendat, multum dubito. Verum ob ſeriorem denunciationem Fabius excuſandus. *Zevecot.*

l *Fratre*] Quem Cæſonem appellat Frontinus 1.2. Alii, quos Liv. 9.36. citat, C. Claudium. *Freinshemius.* In optimo Nazariano ſcribitur, *explorat:* puto ſcribendum, *Sed nihil horũ terruit ducem. Quin fratre præmiſſo explorat acceſſus.* Mutavit Jordanes, & aliter diſtinxit in ſuis, hoc nempe modo: *Sed nihil horum terruit ducem, quin fratre*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

ceſſus. m Ille per noctem paſtorio habitu n ſpeculatus

præmiſſo exploraret acceſſus. Quomodo hactenus editi retinuere. Non tam bene. Videatur autem his verbis ſentire Florus, Fabium nihil territum denuntiatione ſenatus, exploraſſe tamen acceſſus Ciminiæ ſilvæ, eamque penetraſſe. Atqui non ita eſt. Jam illa penetrata erat, & victi Etruſci, cum verbis ſenatus hæc illi facta denuntiatio eſt. Livius de legatis ac tribunis plebis, qui denuntiatum venerant: *Lætati ſerius ſe, quam ut impedire bellum poſſent, veniſſe, nuntii victoriæ Romam revertuntur.* Salmaſius.

m *Ille per noctem paſtorio habitu*] Falſum, & contra hiſtoriam, quam ſequitur, hoc ab illo additum, *per noctem.* Immo interdiu & palam Etruſcis ſe immiſcuit, hoc ſolo tectus ac diſſimulatus, quod paſtorem præferret, linguæ etiam errore adjutus, qua ſe hoſtibus pro indigena inſinuavit. Livius Etruſcis litteris eruditum fuiſſe hunc Fabii fratrem, qui Ciminiam ſilvam exploravit, & commercio linguæ fefelliſſe, non obſcurè indicat, qui tamen hæc poſtremo adjicit: *Sed neque commercium linguæ, nec veſtis armorumque habitus ſic eos texit, quam quod abhorrebat à fide quemquam externum Ciminios ſaltus intraturum.* Quin & audaci ſimulatione cum ſe hoſtibus immiſcuiſſe, & principum ejus gentis colloquia petiſſe, clare tradit. Tantum abeſt, ut per noctem hoc iter fecerit, aut tenebris explorationem ſuam occultam eſſe voluerit. *Salmaſius.* Hoc modo *Scipio Africanus* ſuperior, captata occaſione mittendæ ad *Syphacem* Legationis, cum *Lælio* Legato *ſervilium habitu* Tribunos & Centuriones lectiſſimos ire juſſit, quibus curæ eſſet, perſpicere regias vires. Hi, ut liberius caſtrorum poſitionem ſcrutarentur, *equum de induſtria dimiſſum, tanquam de induſtria perſequuti*, maximam partem munimentorum circumierunt, quæ cum nunciaſſent, incendio confectum eſt bellum, ut refert *Frontinus lib.* 1. *cap.* 2. ex *Liv. lib.* 30. *c.* 4. Ex Rup. *Hermannides.*

n *Speculatus omnia refert. Tum iter*] Vinetus ex Jordane reſtituit; *ſpeculatus omnia, refert totum iter.* Sed Jordanis libri duo vetuſtiſſimi & Longobardico charactere exarati, legunt: *refert tutum iter.* Ubi acceſſus exploraſſet, & omnia ſpeculatus eſſet, refert, tuto accedi & tranſiri poſſe. Sed vetuſtiſſimus omnium atque optimus Nazarianus Flori Codex ſcriptum clare exhibet: *refert tum iter.* Atque ita etiam habet vetus editio. Alii Flori Codices omittunt illud, *iter*, ac legunt: *Tunc ſic Fab. Maximus.* Quod etiam ſervant ceteræ Annæi editiones. Totum ego hunc locum ſic lego ac diſtinguo: *Ille paſtorio habitu ſpeculatus omnia refert. Tum iter. Sic Fabius Maximus periculoſiſſimum bellum ſine periculo explicavit.* Frater ducis, qui ſpeculatum iverat ad explorandos ſilvæ aditus, ubi omnia certa attulit, tum conſul Fabius eam ingreſſus, iter verſus hoſtes facere cœpit. Nihil verius.

Et

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

atus omnia refert. Tum iter. Sic Fabius Maximus periculoſiſſimum bellum ſine periculo explicavit. Nam ſubito inconditos atque palantes aggreſſus eſt, captiſque ſuperioribus jugis, in ſubjectos o ſuo jure detonuit. Ea namque ſpecies fuit illius belli, p quaſi in terrigenas è cœlo ac nubibus tela mitte-

Et confirmat planè Livius his verbis, quæ noſter hic adumbravit. *Hæc cum relata conſuli eſſent, impedimentis prima nocte præmiſſis, legionibus poſt impedimenta ire juſſis, ipſe ſubſtitit cum equitatu.* Jordanes, more ſuo, cum brevitatem & argutiam Flori non caperet, ſic mutavit, ut in ejus hiſtoria habetur. *Salmaſius.*

o *Suo jure*] i. ſuo arbitrio. Ita infra lib III. 17. Inter diverſas Doctorum Virorum ſententias, unice probarim emendationem *Iuſtii Lipſii*, qui *lib.* 2. *Electorum cap.* 19. voluit: *Iovis more detonuit*; propter ſequentia: *Ea namque ſpecies fuit illius belli, quaſi in terrigenas è cœlo & nubibus tela mitterentur.* Alludit enim ad *Gigantomachiam*, de qua Poëtæ paſſim, adeoque ad ipſum *Iovem*. Ex Rup. *Hermannides.* Apage lectionem hanc, *ſuo more.* An fulminator hic erat conſul, aut aliquis tonans Tarpejus, & Jupiter βροντῶν; Flori Nazarianus & Jordanis Codices habent, *ſuo jure.* Quæ veriſſima eſt lectio. Licet hinc colligamus, quam non vetuſta nec optimæ notæ fuerint Vineti exemplaria, quæ mendam hanc cum vulgatis conſtãter retinebant. *Suo jure*, id eſt, ſuo arbitrio. Sic ſæpe loquiter noſter. Ita infra, lib. III, cap. XVII: *Interceptis vectigalibus ſuo jure peculabantur rempublicam.* Lipſ. *Iovis more*. Salmaſius.

p *Quaſi in terrigenas, &c.*] Nimis poëtice & præter veri fidem. Fabius, captis ſuperioribus jugis, in ſubjectos ſuo jure detonuit, eaque ſpecies & imago certaminis fuit quaſi in terrigenas ac gigantes è cœlo ac nubibus tela Dii jacularentur. Atqui nihil in re, ut eam geſtam narrat Livius, à quo tamen hic accepit, & parum cepit ejus mentem. Fabius, explorato aditu Ciminii ſaltus, prima vigilia copias ſuas traduxit per eum ſaltum, præmiſſis impedimentis & legionibus poſt impedimenta ire juſſis: ipſe cum equitatu ſubſtitit, & luce orta, poſtero die obequitavit ſtationibus hoſtium, quæ extra ſaltum erant ordinatæ. Mox in caſtra ſe recepit, cum diu morando hoſtem fatigaſſet; Caſtris deinde egreſſus porta altera, ante noctem agmen quod præmiſerat aſſequutus eſt. *Poſtero*, inquit, *die*, *luce prima juga Ciminii montis tenebat. Inde contemplatus opulenta Etruriæ arva milites emittit. Ingenti jam abacta præda tumultuariæ agreſtium Etruſcorum cohortes repente à principibus ejus regionis concitatæ Romanis*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

mitterentur. q Nec incruenta tamen illa victoria. Nam r oppreſſus in ſinu vallis alter conſulum Decius, more patrio devotum diis manibus obtulit caput: ſollemnemque familiæ ſuæ conſecrationem in victoriæ pretium redegit.

CAP.

manis occurrunt, adeo incompoſitæ, ut vindices prædarum, prope ipſi prædæ fuerint. Cæſis fugatiſque iis, late depopulato agro, victor Romanus opulentuſque rerum omnis copia in ea caſtra rediit. Locum integrum retuli ut conſtet eum Floro noſtro lectum & male intellectum, pravamque imaginem prœlii inde concepiſſe. Cum enim legeret Fabium juga montis Ciminii tenuiſſe, & inde milites emiſiſſe, ſic interpretatus eſt, quaſi, ex ſuperioribus montis jugis, cum toto exercitu in hoſtes, qui in plano erant, impetum fecerit eoſque deleverit. Non ita ſe res habuit, ut attentius verba Livii conſideranti patebit. Quod dicitur Fabius juga montis Ciminii tenuiſſe, id feciſſe eum apparet, ut conſpectum ex ſuperiori loco caperet ad contemplandum ſitum & arva Etruriæ. Hoc cum feciſſet, milites emiſit extra ſaltum, nempe in agrum eos hoſtium emiſit. Ex quo, ingenti jam abacta præda, in occurſu habuerunt tumultuarias aliquot cohortes agreſtium Etruſcorum, quas principes ejus regionis ad hoc concitaverant, ut prædas abactas recuperarent. Eas adeo incompoſitas fuiſſe & inconditas dicit Livius, ut vindices prædarum ipſi prędæ fuerint. Hinc noſter ſumpſit quod heîc etiam habet: *Nam ſubito inconditos atque palantes aggreſſus eſt.* At falſum quod ſequitur: *jam captis ſuperioribus jugis in ſubjectos ſuo jure detonuit.* In planum jam deſcenderat miles Romanus, & extra ſaltum emiſſus in agro Etruſco, ingentem jam abegerat prædam, cum eis occurrerunt illæ inconditæ atque palantes agreſtium Etruſcorum cohortes, quas fuderunt fugaruntque. *Salmaſius.*

q *Nec incruenta, &c.*] Res diverſas ac diverſiſſima tempora temere confundit. Nec enim victoria illa quam tum apportavit Fabius de Etruſcis, penetrato primum ac tranſito ſaltu Ciminio, Decii conſulis morte ac conſecratione fœdata eſt. Nec conſul tum cum Fabio fuit Decius, ſed C. Marcius Rutilus. Aliquot annis poſt cum una conſules eſſent Q. Fabius quintum & P. Decius quartum, hæc acciderunt in ea pugna quũ hoc par conſulum adverſus Etruſcos, Umbros, Samnites & Gallos ſimul coactos pugnavit. De qua Liv. X. Certe hoc caput Florus auſpicatus eſt ab illa quatuor populorum in Romanos conſpiratione, & hunc titulum materiamque capitis præcipuam eſſe voluit. Sed male in ea re memoranda

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

CAP. XVIII.

Bellum Tarentinum, & cum Pyrrho Rege.

SEquitur bellum [a] Tarentinum, unum quidem titulo & nomine; ſed victoria multiplex. Hoc enim Campanos, Apulos, atque Lucanos, & caput belli Tarentinos, id eſt, totam Italiam, & cum iſtis omnibus [b] Pyrrhum, clariſſimum Græciæ regem, una veluti ruina pariter involvit: ut eodem tempore & Italiam conſummaret, & tranſmarinos triumphos auſpi-

da multo ante geſta immiſcuit, cum Fabius primum ſilvam Ciminiam aperuit, viamque per eos ſaltus ante invios Romano bello fecit. Quũ ejus victoriam perperam eandem facit cum altera, quæ multis poſt annis contigit in eadem Etruria, quo tempore alter conſul Decius, cum ab hoſte premeretur, exemplum ſequutus patris, Diis ſe manibus devovit, ut victoriam exercitui lucraretur capitis ſui damno. *Salm.*

r *Opp. in ſinu, &c.*] Hoc nunquam factum nec ulli memoratum. Poëtica hæc fictio Flori & vanum commentum. Pugna illa qua ſe devovit Decius hic, in agro Sentinare commiſſa eſt, non intra Ciminios ſaltus. Vide Livium lib. x. Mirum, in tanta eruditionis luce, talia in hiſtoria Romana peccare potuiſſe Florum. *Salmaſius.*

---

a T*Arentinum*] Tarentinum bellum omnium, quæ Pop. Rom. in Italia geſſit, nobiliſſimum eſt. Cœptum an. U.C. CDLXXII. debellatum eſt anno Urbis conditæ CDLXXVIII. ſexennio enim duravit. *Stadius.*

b *Pyrrhum*] Pyrrhus Æacidæ filius Epirotarum rex, paternum genus ad Achillem, maternum ad Herculem referebat: ejus vitam Plurarchus deſcripſit: habuit cognatam Olympiadem Alexandri Magni matrem, utpote Neoptolemo avunculo genitam. *Idem.* Pauſanias lib. I. non ita longe ab initio: *Græcum neminem ante Pyrrhum, bellum Romano imperio intuliſſe ſatis conſtat.* Nempe ex vera illa & veteri Græcia; nam antea cum multis Italiæ Græcis populis, & ipſis Tarentinis, conflixere Romani. *Freinſ-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

auſpicarentur. c Tarentus Lacedæmoniorum opus, Calabriæ quondam, & Apuliæ, totiusque Lucaniæ caput, cum magnitudine & muris, portuque nobilis, tum mirabilis ſitu: quippe in ipſis d Hadriatici maris faucibus poſita, in omnes terras, e Hiſtriam, Illyricum, Epirum, Achajam, Africam, f Siciliam, vela dimittit. Imminet portui, g ad proſpe-

Freinſhemius. Res Pyrrhi à Veteribus quoque Hiſtoricis præclarè memoratæ ſunt. Inter quos fuit *Timeus* cujus facit mentionem etiam *Cicero* 5. *Ep. Fam.* 12. Hermann.

c *Tarentus*] Urbs quamplurimis auctoribus memorata. Plerique authores in id conſentiunt, à Lacedæmoniorum Partheniis, Laconica ſobole, ex virginibus nata, h.e. Spuriis, Phalanto duce, nõ conditam; ſed, veteribus cultoribus Meſſapiis ejectis, occupatam fuiſſe. Urbem jam tum maritimarum maximam, opulentiſſimamque. *Pauſan. in Phocicis. Servius ad lib.* 3. *Æneid. Srabo lib.* 6. *Dionyſ. Afer. Ariſt. lib.* 5. *Polit. cap.* 6. *Iuſtin. lib.* 3. *Ovid. Metamorph. lib.* 15. *Horat. lib.* 2. *Od.* 6. *Martial. lib.* 6. *Epigr.* 28. Summam ejus antiquitatem innuit *Lucan. lib.* 5. Sed eadem inde cum maxime adparet, quod primum ejus Conditorem auctores finxerint τὸν Τάραντα, Neptuni filium. *Servius* jam dicto loco. *Pauſan. in Phocicis* & *Stephanus. Strabo lib.* 6. *Plin.* 3. 10. *Sil.* 12. 432. *Euſeb. l. de Em. Temp.* Hermannides. Optimus Nazarianus habet, *Tarentos*, Græca forma. Sic infra in eodem libro ſcriptum erat *Saguntos* pro *Saguntus*. Salmaſius.

d *Hadriatici*] Raro in membranis hujus auctoris vetuſtiſſimis *Adriaticum mare* ſcriptum occurrit: *Adrianum* quippe ſemper nominant, aut *Adriam*. Ut hoc loco etiam in vetuſtiſſimis Jordanis codicibus legitur: *in ipſis faucibus Adriæ maris*. Horatius quoque *Adriam* vocat. Græcis Ἀδρίας & Ἀδρίας κόλπος. Noſter *Adrianum ſinum* infra vocat. *Salmaſius.*

e *Hiſtriam, &c.*] *Iſtria & Illyricum* porriguntur ſecundum littora maris Adriatici ſeptemtrionalia. *Epirus Achaja*, Græciæ regiones, per Jonium mare in ortum petuntur. *Africa* in meridiem jacet, per mare mediterraneum. *Stadius.*

f *Sicilia, vela dimittit*] In Nazariano eſt, *vela admittit*. Quam ſcripturam firmant & Jordanis codices vetuſti, qui ſcriptum habent, *vel admittit*. Duo Palatini, *vela mittit*. Et ſic prima editio. *Salmaſius.*

g *Ad proſpectum maris poſitum, majus theatrum*] Haud ſcio an & minus theatrum habuerunt Tarentini. Sic rectè hic locum teneat iſtud *majus*. Putavi aliquando *majus* & *maris* varias fuiſſe lectiones ab antiquario notatas. Profecto & Jor-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

proſpectum maris poſitum, [h] majus theatrum: quod quidem cauſa miſeræ civitati fuit omnium calamitatum. Ludos forte celebrabant, quum [i] adremigantem littori Romanam claſſem inde vident, atque hoſtem rati, [k] emicant: ſine diſcrimine inſultant. [l] *Qui enim, aut unde Romani?* Nec ſatis. [m] Aderat ſine mora querelam ferens legatio. Hanc quo-

Jordanes, ſi quid illi fidimus, non agnoſcit iſtud majus theatrum, ac ſic legit: *Imminet portui ad proſpectum maris poſitum theatrum.*

h *Majus theatrum*] Credo Tarentinis duplex fuiſſe theatrum, majus & minus. Sed brevitati, quam affectat author, non ſatis hæc diſtinctio convenit. *Salmaſius.*

i *Adremigantem littori Romanam claſſem vident*] Legitur in Nazariano, numero multitudinis: *adremigantes littori Romanas claſſes vident.* Sic ille mutavit, dum putat, Tarentinos ipſos adremigantes littori, Romanam claſſem vidiſſe. Alia multa non minoris hallucinationis in Flori hiſtoria deſcribenda peccavit. *Salmaſius.*

k *Emicant: ſine diſcrimine inſultant*] Noſce hic ingenium vulgi, quod *non delectu aut ſapientia ducitur; ſed impetu & temeritate rapitur potius! Non eſt conſilium, non ratio, non diſcrimen, non diligentia*, ut noſtro convenienter *Cicero pro Plancio.* Cum primis de hac Tarentina plebe verum dici potuiſſet, quod olim *Thucyd.* ſcripſit *lib. 6. Quidquid modeſtum ſpeciem ignaviæ habebat: quod circumſpectum & providum, ſignitio: quidquid autem abruptum & præceps, id verò forte & civile cenſebatur.* Ex Ruper. *Hermannides.*

l *Qui enim, aut unde Romani?*] Hic notandus eſt character ſtultè ſuperbientium. *Arioviſtus* infra *lib. 3. cap. 10.* Quis eſt autem Cæſar? Et *lib. 4. cap. 12.* Dux Myſorum ad Romanos: *Qui vos*, inquit *eſtis?* Ex Rup. *Herman.* Correctores, ſi quid unquam & ſtultè atque impunè fecerunt, ſtultiſſimè & feliciſſimè in hoc loco contemerando verſati ſunt. Scripti omnes, & veteres editiones, vocem, *norant*, non norunt, & pro *qui autem*, habent *qui enim.* His notatis, facile nobis, quid verum fuerit, perſpicere. Indubitanter corrigimus: *quum adremigantem litori Romanam claſſem inde vident, atque hoſtem rati, emicant: ſine diſcrimine inſultant. Qui enim aut unde Romani? Nec ſatis. Aderat ſine mora querelam ferens legatio. Hanc quoque fœde per obſcœnam turpemque dictu contumeliam violant.* Integrum locum adpoſui, ne de noſtra emendatione dubitaretur, quod neminem paulò humaniorem facturum putamus. *Salmaſius.*

m *Aderat ſine mora, &c.*] Recte

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

quoque fœde per n obſcœnam turpemque dictu contumeliam violant: o hinc bellum. Sed apparatus

&c ſcribit Cicero *Act. in Verr.* 1. nomen legati ejuſmodi eſſe debere, quod non modo inter ſociorum jura, ſed etiam inter hoſtium tela incolume verſetur. In Pandectis quoque ſi quis Legatum hoſtium pulſet, contra jus feciſſe exiſtimatur, & lege Julia de vi publica teneri dicitur, non modo qui legatos, ſed & qui comites eorum injuria affecerit. *Zevecot.*

n *Obſcœnam turpemque dictu contumeliam*] Non tempero mihi quin inſignem multis de cauſſis hiſtoriam ex Dionyſio excerpt. legat. IV. adſcribam. *Cum Poſthumius legatus ad Tarentinos miſſus eſſet, & quædam apud eos exponeret, Tarentini non modo non attenderunt animos, verum etiam ſi quid ab eo diceretur, quod non exactiſſimum Græci ſermonis characterem referret, obſervabant ac ridebant, & barbarum vocitabant, ac tandem è theatro ejiciebant: cumque abirent, unus ex iis, qui in tranſitu adſtabant Tarentinis, nomine Philonides, homo ſcurrilis, qui à vinolentia, cui per totam vitam deditus fuerat, appellabatur Cotyla, heſterna ebrietate etiamnum diſtentus, ut appropinquarunt Legati, ſublato amiculo, & corpore ad obſcœniſſimum habitum compoſito, ſordes nominatu indecoras ſacro legati veſtimento adſperſit, ubi cum totum theatrum in riſum erupiſſet, & petulantiſſimi quiq; manibus comploſiſſent, Poſthumius Philonidem intuitus: Accipiemus, inquit, omen, ô ſcurra! quia datis nobis etiam ea quæ non petimus. Deinde ad multitudinem converſus, veſtem contumelia affectam oſtendit. cumque adhuc majorem ex omnibus riſum oriri cerneret, & voces quorundam illatantium petulantiamque laudantium audiret: Ridete, inquit, Tarentini, ridete dum licet: nam poſt hæc diu flebitis. Ad quas minas cum nonnulli exaſperarent: Et ut magis, inquit, ſtomachemini, etiam hoc vobis dicimus: vos hanc veſtem multo ſanguine eluturos.* Fateor non convenire inſtituto, tales narrationes inſerere, ſed cum ad explicandum auctoris locum præcipue faciat, nec alibi idem admiſerimus, veniam merebimur. Facit cum Dionyſ. Valer. Max. 2. 2. 5. Polybius 1. 7. non exprimit genus contumeliæ, ſed ἀσέλγειαν vocat. Quanta vero ea injuria fuerit, & quam juſto pioque bello Romani propterea Tarentinos perſecuti ſint, exinde apparet, quod etiam in privatis hominibus, apud quos reſpectus iſte juris gentium ceſſat, pro atroci contumelia acceperint fimo corrupto perfundi. l. 1. §. 1. de extraord. crimin. juncta l. 9. de injur. Liv. epit. 12. pulſatos ſcribit. *Freinshemius.* Occiſum à Tarentinis Duumvirum, hoc eſt, claſſis præfectum, bona claſſiariorum & mercatorum ab iiſdem fuiſſe direpta auctores habeo, legatoſque fuiſſe pulſatos. Valerius Maximus urina reſperſos fuiſſe affirmat. *Stadius.*

o *Hinc bellum*] Supra legendum hic

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

atus horribilis, quum tot ſimul populi pro Tarentinis conſurgerent, omnibusque vehementior Pyrrhus: qui ſemigræcam ex Lacedæmoniis conditoribus civitatem vindicaturus, cum totius viribus Epiri, Theſſaliæ, Macedoniæ, p incognitisque in id tempus elephantis, mari, terra, viris, equis, armis, addito inſuper ferarum terrore, veniebat. q Apud Heracleum, & Campaniæ fluvium Lirim, Lævino conſule, prima

ic docuimus: *& hinc bellum.* Nec ſententiam mutamus. *Salmaſius.*

p *Incognitiſque in id tempus elephantis*] Adde Plin. 8. 6. Veget. 3. 24. Varro. lib. 6. de ling. Latin. Solin. cap. 25. Frontin. Strateg. 7. 4. Juſtin. 18. 1. Maximum autem hoc fuit belli momentum: Ita cum Fidenates facibus armati erumperent, *forma inuſitatæ pugnæ Rom. milites terruit.* Livius 4. 33. & à Britannis *novo genere pugnæ* perterriti ſunt Cæſareani. Cæſ. de bell. Gall. 5. 15. *Subita* enim *conterrent hoſtes, uſitata vileſcunt.* Veget. 3. 26. *Freinshemius. Plin. lib. 8. Hiſt. Nat. cap. 6.* Elephantos Italia primum vidit Pyrrhi Regis bello, & boves Lucas appellavit, in Lucania viſos. Adde *Varronen lib. 6. de Ling. Latin.* Hic verò rus & ſilvam ſuam adhuc oluerunt Romani, qui quidem Elephantum cum bove compararunt. Sed quid mirum? cum iidem *Struthionem, paſſerem marinum*; *Canelopardalum, ovem feram*; *Pantheras, mures Africanos*; *Leones, Urſos Numidicos* appellarint, comparatione ſemper aliqua ad notas, & indigenas animantes; ut ruſtici ſuſque deque facientes, quàm appoſite. Ex Rup *Hermannides.* Epitomes Livianæ auctor lib. XIII. *Valerius Lævinus conſul parum proſpere adverſus Pyrrhum pugnavit, elephantorum maximè inviſitata facie territis militibus.* Ita ibi legendum, pro *inuſitata.* Quæ vox infinitis variorum Latinitatis auctorum locis pro illa *inviſitata* vitio correctorum viſitur. *Salmaſ.*

q *Apud Heracleam, & Campaniæ fluvium Lirim*] Inſignis allucinatio Annæi noſtri. Ἡράκλεια in Campania nulla, aut, ſi ulla, indicta ſanè veteribus omnibus fuit. *Herculaneum*, vel, ut in ſcriptis pluribus habetur, *Herculanium*, in Campania collocatur, quod Græcis Ἡρακλεῖον. At longè aliud Ἡράκλειον & Ἡράκλεια. Vir doctiſſimus, & ſummus antiquitatis vindex, annotat, viginti tres numerari Stephano Heracleas, quarum una Campaniæ. Stephanum ante annum recenſuimus, & caſtigavimus; Heracleæ in Campania nuſquam meminit, ſed inter viginti tres Ἡρακλείας, unam Italiæ recenſet: nec

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

prima pugna: quæ tam atrox fuit, ut [r] Frentanæ turmæ præfectus Obſidius invectus in regem, turbaverit, coëgeritque, [ſ] projectis inſignibus, prœlio excedere. Actum erat, niſi elephanti converſi in ſpectaculum belli procurriſſent: quorum cum magnitudine, tum deformitate, & [t] novo odore ſibi belluas

nec ideo magis poſſumus intelligere, illam eſſe Campaniæ, quam Tuſciæ aut Calabriæ. Procul dubio Stephanus Heracleam intelligit, quæ prope Metapontum eſt. Non enim alia fuit in Italia Heraclea, juxta Sirim fluvium. Liris in Campania fluvius, Siris ἐν τῇ Βρεττανίᾳ, ut Græci loquuntur. Florum igitur decepit error, *Liris* & *Siris*, & *Lirim* pro *Siri* accepit, &, cum Liris ſit fluvius Campaniæ, etiam Heracleam in Campaniam traducere, ſine architectis, & ſine mœnibus, debuit. Auctores omnes conſentiunt, pugnam primam adverſus Pyrrhum habitam fuiſſe juxta Heracleam & Sirim. Plutarchus, ἐν πεδίῳ τῷ μεταξὺ Πανδοσίας πόλεως καὶ Ἡρακλείας. At Πανδοσία non eſt Campaniæ. Qui ad veterum errores connivere conſueverunt, etiam hic Florum defendant, & illis duobus locis, de quibus infra diſputamus; ut omittam quos jam ſupra notavimus. *Salmaſ.* Syris amnis nunc incolis vocatur *Sino* vel *Senno*. Ad Oſtium ejus fuit quondam Oppidum *Siris:* quæ poſtea Heracleâ exortâ, ipſorum Heracleenſium Navale facta. Ipſa *Heraclea* à Tarentinis tribus millibus paſſuum ſupra Liris oſtium & Lirim oppidum condita fuit. *Strabo lib. 6. Diodor. lib. 12. Plin. lib. 3. cap. 11. Ariſt. in mirandis. Athenæus lib. 12.* Hermann.

r *Frentanæ, &c.*] Frentanum natione, turmæque præfectum nomine Olpacum Plutarchus vocat: ut dubium eſſet, an Florus de Ferentariorum militum, an de Frentanorum auxiliariorum præfecto loqueretur, niſi teſtaretur Franciſcus Fabricius vir doctiſſimus, habere ſe manuſcriptum librum, in quo nomen huic præfecto *Obſidium* ſit adſcriptum, quod Plutarchi ſententiam quoque confirmaret: Præfectum & Pyrrhum infeſtis haſtis concurriſſe, utriuſque equo vulnerato quoque excuſſos, ſed præfectum à ſatellitibus Pyrrhi conciſum: ipſum regem eo periculo edoctum communicaſſe cum ſuis inſignia, ut errore hoſtem à ſui cæde diſtraheret. *Stadius. Ferentanea & Opſidius* veteres. Vetus inſcriptio, *Obſidius*. Salmaſius.

ſ *Projectis inſignibus*] Nempe ne per ea monſtratus hoſtibus, periculoſius fugeret. Similia Plutarch. Lucullo cap. 51. Cæſare cap. 67. Curt. 3. 11. Frontin. 25. Zonaras lib. 3. de Magnentio. Sic Antonius conſularem veſtem abjecit inter cædem Cæſaris. Dio lib. 44. pag. 283. *Freinsh.* Vid. *Curt. lib. 3. c. 11.* de

Da-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

ſuas amplius quam erant ſuſpicarentur, fugam ſtragemque late dederunt. In Apulia deinde apud [u] Aſculum melius dimicatum eſt, [x] Curio, Fabricioque conſulibus. jam quippe belluarum terror exoleverat: & Cajus Minucius quartæ legionis [y] haſtatus, unius [z] proboſcide [a] abſciſſa, mori poſſe belluas

Dario, & *Herodian. lib.3. cap.7.* de Severo Imperatore. *Hermann.*

t *Novo odore*] Livius 30. 18. *Ad quorum ſtridorem odoremque & aſpectum territi equi, vanum equeſtre prœlium fecerunt.* Idem de elephantis, locis aliis multis idem Livius. *Vinetus.* Livium imitatur Ammianus 25. 3. *ad quorum ſtridorem odoremque & inſuetum aſpectum magis equi terrebantur.* Adde Plutarch. Pyrrho cap. 37. *Idem.*

u *Aſculum*] Oppidum hoc in Picentibus locat Plin. 3. 13. & noſter proximo cap. Ea propter *Camers* proxime præcedentia verba, *In Apulia,* delenda cenſuit. *Vinetus* ita ſubvenire tentat; *In Apulia, deinde apud Aſculum:* ut innuat duobus iſtis locis pugnatum eſſe. Vegetius 3. 24. quæ hic narrantur, in Lucania accidiſſe ſcribit. *Idem.*

x *Curio Fabricioque*] Manifeſtus hic eſt error. Curio enim nunquam in conſulatu collegam fuiſſe Fabricium, Annales Coſſ. teſtantur. Scribendum itaque *Fabricio & Æmilio Coſſ.* quibus ad Aſculum cum Lucanis, Brutiis, Tarentinis, & Samnitibus pugnatum eſſe, Triumphorum tabulæ recenſent. Obſervo namque Pyrrhum tunc ſpe occupandæ Siciliæ evocatum fuiſſe, victum tamen paullo ante Fabricii virtute, utpote qui medicum Timocharem, contra regis ſui caput, ſpe præmii venenum deferentem, ad dominum ſuum reduci curaverit. ita fere Eutrop. 2. 18. Epit. 13. Livii. Valerius Maximus, Tabulæ Capitolinæ. Contra Florus, & ſcriptor de Vir. Illuſtribus, Frontinus, Plutarchus recenſent, cum Pyrrho bis ad Aſculum eſſe pugnatum, priore die prœlium ob noctem fuiſſe diremtum: altero die Pyrrhum circa humeros pilo læſum ex acie deceſſiſſe: victoriam penes Fabricium fuiſſe. Pyrrhum deinde à Syracuſanis in Siciliam, qui à Carthaginenſibus obſidebantur, evocatum, Plutarch. & Pauſanias lib. 1. auctores ſunt. Nonnulli ſcribunt dubio Marte, Sulpitio & Decio Coſſ. cum Pyrrho pugnatum eſſe; ſed anno ſuperiore Pyrrhum fuiſſe vulneratum, Decium verò Coſ. hoc in prœlio cecidiſſe, Cicero in Tuſcul. 1. 37. auctor eſt. *Stadius.*

y *Haſtatus*] Centurionem facit Veget. 3. 24. Lipſius de Mil. Rom. lib. 2. cap. 8. de primo haſtato exponit. *Freinshemius.*

z *Proboſcide*] Græcum quidem eſt προβοσκὶς. Sed Latini veteres ſolemni mutatione B in M pro eo magis dixerunt *promoſcidem* vel *promuſcidem.* Et ſic veteres libri hoc

belluas oſtenderat. Itaque & in ipſas pila conge ſta ſunt, & in turres vibratæ faces tota hoſtium a gmina ardentibus ruinis operuêre: b nec ante cla di finis fuit, quam nox dirimeret, c poſtremusqu fugientium ipſe rex, à ſatellitibus humero d ſaucius

in

loco legunt. Hanc tamen eos mutationem ab Æolibus ſuis potius mutuatos crediderim, quibus frequens fuit aliorum Græcorum βῆτα in μῦ vertere & contra. Sic igitur illis πρόμοσκις dicta, quæ aliis προβοσκὶς. Inde Latinorum *promuſcis*. Salmaſius.

a *Abſciſſa*] Quod jam ante uſurpaverant Macedones bello Pori Indico. Vide Curtium 8. 14. Aliam unius militis adverſus elephantem pugnam deſcribit Hirtius de bello Africano c. 84. & aliam Plinius 8. 7. *Freinsh.*

b *Nec ante cladi finis fuit*] Vetus editio, ut ſummi viri annotarunt: *nec alius cladi finis fuit*. Quod cohærere cum ſequentibus non poſſe teſtantur. Scripti omnes id retinent. Sed verum eſt, legendum eſſe: *nec alias cladi finis fuit, quam nox dirimeret*. Omnia jam cohærent. Sic ſupra iidem veteres habebant: *rarum alius decus*, pro *rarum alias decus*. Salmaſius.

c *Poſtremusque fugientium ipſe Rex*] Livius lib. 21. cap. 4. *Equitum peditumque longe primus erat. Princeps prœlium inibat: ultimus conſerto prœlio excedebat.* At contra *Xerxes* infra fœmininam timidus, primus in fuga, poſtremus in prœlio ſemper viſus eſt. *Iuſtin. lib.* 2. *cap.* 10. Hermannides.

d *Saucius, in armis ſuis referre tur*] Neſcio an verum dicat Nazarianus, qui legit: *ſine armis ſuis re ferretur*. Aliquid ſimile factum e Plutarcho colligas, cujus, eamden hanc pugnam deſcribentis, hæ verba ſunt: ἅπαξ δὲ μέχρι δυσμὰ ἡλίου μαχησαμένων μόλις ἀπηλλαγῆναι, καὶ Πύῤῥου τρωθέντος τὸν βραχίονα, καὶ τὴν ἀποσκευὴν, ἅμα Σαυνιτῶν διαρπασάντων. Sed ἀποσκευ impedimenta & ſarcinas ſignifica potius quam arma. Deinde, cu veriſimile fiat de magno duce a tanto bellatore, armis eum exu tum fuiſſe? Vera igitur ſine dubi lectio: *humero ſaucius in armis re ferretur*. Hoc eſt, ſuper armis ſui ut moris erat ſaucios plerumque prœlio referri. *Arma* autem hi ſcutum proprie notant vel cly peum. Sic *arma ancilia* ſcuta e rant. Sic ſupra, de Samnitibu quos aureis & argenteis armis or natos fuiſſe dicit, de ſcutis acci piendum. Nam Livius eamden rem narrans, ſcuta habuiſſe perhi bet auro & argento cælata. No tum porro illud ἀπόφθεγμα La cænæ mulieris ad filium, cui arm tradebat in bellum ituro, ἢ τὰν ἢ ἐπὶ τᾶς, ſubaudiendum ἀσπίδα. Au hanc referas ſalvus ad penates, au ſuper hanc ſaucius mortuuſve refe raris. Sed lectionem ne ſollicite

mu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

in armis ſuis referretur. In [e] Lucania ſuprema pugna ſub [f] Aruſinis, quos vocant, campis, ducibus iiſdem: [g] Sed tunc tota victoria. [h] Exitum, quem datura

mus quæ eſt in editis, nam proba & vera eſt. In altero etiam Palatino legi: *in caſtris ſuis referretur.* An pro, *in caſtra ſua referretur?* Sed uni ſtemus vulgatæ cenſeo. Nam & alter Palatinus perperam: *inermis ſuis referretur.* Salmaſius.

e *Lucania*] Philippus Cluverius Italiæ Antiquæ lib. 4. erroris arceſſit auctorem, quod *Lucania* ſcripſerit, cum *Samnii* debuiſſet; Verum ab hac nota facile tuetur eum Strabo, qui, cum ex profeſſo hoc agat, fatetur, gentium harum ſitum vix certis finibus diſtingui poſſe. *Idem.* Pugnatum eſſe in Lucania in campis Auruſinis à M. Curio contra Pyrrhum, Frontinus & Florus cum Oroſio teſtantur: Plutarchus ad Beneventum à Curio victum eſſe Pyrrhum prodit, jam ex Sicilia reverſum. Itidem Cor. Lentulum, Curii collegam profligaſſe copiarum partem, quam, ut ipſum diſtineret, obviam miſerat Pyrrhus, ne Lentulus exercitum cum Curio conjungeret. *Stadius.*

f *Aruſinis*] Fruſtra ſunt viri docti, qui *Tauraſinos campos* hic comminiſcuntur. En teſtem locupletem Julium Frontinum, qui Aruſinos campos nominat, 4, 1. ubi pro *Statuentum* vel *Fatuentum* reponunt *Beneventum.* Sed cum noſter Lucaniæ eſſe campos ſcribat, quomodo iidem potuerint eſſe circa Beneventum, non video. Stephanus neſcio quam Beneventum in Campania ponit, quam ſcribi per δ perhibet, βενεβενδὸν, cujus ἐθνικὸν, βενεβενδεὺς, & aliud eſſe βενεβεντὸν· ridicule. Nam βενεβεντὸς & βενεβενδὸς plane idem; ut βρεντήσιον & βρενδήσιον dupliciter ſcribebant, & in veteri inſcriptione *Badaus* pro *Bataus* aut *Batavus.* καὶ ταῦτα μὲν τοιαῦτα. *Subarri* mendoſiſſime appellantur hi campi apud Jordanem, in edd. nec dubium quin ſit ex auctore noſtro emendandus, cum ſcripti habeant, *Subaros in his quos vocant campis*, vel puer videat leg. eſſe, *ſub Aroſinis quos vocant* campis. *Aroſini* & *Aruſini* idem. *Salmaſ.* Cluverius tamen citato modo loco *Tauraſinus* reponit in omnibus, ad quem remiſſum te volo.

g *Sed tunc tota victoria. Exitum*] Alii, *Sed tunc ad totam victoriam exitum.* Piget aliquando iſtas λεπτολογίας perſequi, nec immerito levem hanc opellam multi carpunt; ſed quorundam voto ſatisfacimus, & nihil tam tenue eſt & ſordidum in his literis, quod indignum labore noſtro putare debeamus, modo bonum auctorem faciat meliorem. Quod etiam hæc minuta præſtant. Ut hoc loco pro *ad totam victoriam* optimus Nazarianus liber cum altero pariter antiquiſſimo Jordaneo habet: *Sed tunc tota victoria.* Diſtinguendum igitur: *Sed tunc tota victoria. Exitum, quem datura virtus fuit, caſus dedit.* Stilum hæc omnino ſapiunt brevem

datura virtus fuit, caſus dedit. Nam productis i[n] primam aciem rurſus elephantis, unum ex his pul[…] lum adacti in caput teli gravis ictus avertit: qui quun[…] per ſtragem ſuorum recurrens ſtridore quereretur[…] mater agnovit, [i] & quaſi vindicatura exiluit. tun[…] omnia circa, quaſi hoſtilia, [k] gravi timore permi[…] ſcuit. [l] ac ſic eædem feræ, quæ primam victoriam[…] abſtu-

& argutum Flori. Sic enim ſupra loquutus eſt: *Speculatus omnia refert. Tum iter.* Nihil verius. Nec diſſimulavero tamen, in altero Jordaneo ſcribi: *Sed tum totam victoriam.* Ex cujus ſcripturæ veſtigiis legendum foret: *Sed tum in totam victoriam exitum, quem datura virtus fuit, caſus dedit.* Quomodo plane exhibet & Palatinus alter. Sed verior antiqui Nazariani lectio. *Salmaſius.*

h *Exitum quem datura virtus fuit, caſus dedit*] Ita Romanis in ſinum victoria de cœlo devolavit, ut habet *Livius l.7. c.12.* De Timotheo, Duce Athenienſium legimus: pictum fuiſſe in tabula dormientem, fortunam autem reti urbes implicantem. Plut. in Sylla. *Herm.*

i *Et quaſi vindicatura exiluit*] Ita maluerunt correctores. Nam hanc lectionem ab illis eſſe, poſſit fidem facere vetus editio, quæ, ut eruditiſſimorum virorum teſtimonio ſcimus, habet, *vindicaret.* Scripti omnes, cum ea faciunt, quos vidimus. Hanc tu, ſine ullo correctorum odio, reſtituas licet: *mater agnovit, &, quaſi vindicaret, exiluit.* Cujus argutiam non percepere. Jordanis libri: *&, quaſi vindicare, exiluit. Vindicare* malè ſcriptum pro *vindicaret.* In editioni[…] bus Jordanis, operam ſuam ceſſar[…] non paſſi ſunt iidem optimi corre[…] ctores, & pro illis, *& quaſi vindi[…] care exiluit*, ſubſtituerunt, *ſequ[…] quaſi vindicare vellet.* Homine[…] egregios, qui tam εὐςίχως ϗ εὐτυ[…] χῶς ludunt! *Salm.*

k *Gravi timore permiſcuit*] Occupavit hunc locum menda plan[…] ſimilis illi, quæ alium locum lib. 11 cap. 11. contaminarat: *ut quatenu[…] nec more jungi, nec pontibus poſſet more* pro *mole.* Hic quoque Nazarianus: *gravi more*, pro *grav[…] mole.* Cave aliter legi debere cenſeas. & confirmat Jordanes. *Idem*

l *Ac ſic, &c.*] Similes eventu[s] in hiſtoriis paſſim: ex quibus Hirtius de bello Afric. cap. 27. han[…] extruxit regulam: *elephanti multorum annorum doctrina uſuque vetuſto vix edocti, tamen commun[…] periculo in aciem producuntur.* Alexander quin etiam apud Curt. 9. 2. 21. *Plus ſuis*, ait, *quam hoſtibus periculi inferre.* Quod multo magis neceſſe fuit fieri, cum alias feras, quæ nunquam bona fide manſueſcunt, leones, apros &c. in aciem producerent. de qua re Lucret. rerum natural. lib. 5. & exemplum extat in Plut. Bruto cap. 13. *Freinsh.*

Victo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

abſtulerant, ſecundam parem fecerant, tertiam ſine controverſia tradidêre. m Nec vero tantum armis, & in campis, ſed conſiliis quoque & domi, intra Urbem, cum rege Pyrrho dimicatum eſt. Quippe n poſt primam victoriam rex callidus, intellecta virtute Romana, ſtatim deſperavit armis: o ſeque ad dolos contulit. Nam interemptos cremavit: p captivosque indulgenter habuit, & ſine pretio reſtituit. q Miſſisque deinde legatis in Urbem, omni modo annixus eſt, ut in amicitiam reciperetur. Sed bello

Victoriam Lævini ad Sirin flumen, terrore belluarum perturbatam fuiſſe omnes teſtantur: ut, Fabricio pugnante ad Aſculum, elephantorum mole & ferocia Romanorum aciem fluctuantem, ad ſua caſtra dubio adhuc Marte recurriſſe, M. Curio prœlium conferente, dum elephantum furorem milites Romani in rectores proritant, & in hoſtium aciem repellunt, magna ſtrage Pyrrhum devictum fuiſſe. *Stadius.*

m *Nec vero tantum armis*, &c. *ſed conſiliis quoque*] Hic oſtendit, *Deos Romanis dormientibus non omnia confeciſſe*, ut verbis utar Terentianis. Vult enim domi vigilaſſe, & in omnibus adhibuiſſe prudentiam. Atque hoc ipſum eſt, quod *Polybius* duobus primis libris diſſerit: Romanos neque forte fortuna ut Græcorum nonnulli arbitrabantur, neque caſu; ſed ratione cum primis probabili, non ſolum cogitare cœpiſſe de imperio orbis terrarum ac dominatu; verum etiam propoſitum eſſe aſſequutos. Et profecto, nemo quiſquam vel minoris momenti bellum ſuſcipit feliciter, niſi domi conſiliis inſtructiſſimus ſit. Ex Rup. *Hermannides.*

n *Poſt primam victoriam*] Ideoque dixit, *altera ſibi pari victoria haud eſſe opus:* nimirum optimum quemque ſuo ex exercitu occubuiſſe cernebat. Hoc ipſum etiam Annibal, cæſis ad Cannas Roman. uſurpaſſe fertur apud Appian. de bell. Annib. pag. 328. *Freinſhem.*

o *Seque ad dolos contulit*] Nempe; *ubi non ſufficit leoninæ pellis, adſuenda eſt vulpina.* Plutarch. in Laconicis c. 94.

p *Captivoſque &c.*] Sicut prius Alexander (cujus dicta factaque æmulus hic erat) Scythis hoſtibus *captivos omnes ſine pretio remiſerat, ut fidem faceret, ſibi cum ferociſſimis gentium de fortitudine, non de ira, fuiſſe certamen.* auctor Curtius 8. 7. *Freinshemius.*

q *Miſſiſque deinde legatis*] Nazarianus Codex: *dein.* Idem paulo poſt duabus vocibus auctior eſt, quam editus; *omni modo anniſus*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

bello & pace, foris & domi, omnem in partem [r] Romana virtus tum ſe probavit: nec alia magis, quam Tarentina victoria, oſtendit populi Romani fortitudinem, ſenatus ſapientiam, ducum magnanimitatem. [ſ] Quinam illi fuerunt viri, quos ab elephantis primo prœlio obtritos accepimus? omnium vulnera in pectore: quidam hoſtibus ſuis immortui: omnium in manibus enſes: & relictæ in vultibus minæ: & in ipſa morte ira vivebat. Quod adeo Pyrrhus miratus eſt, ut diceret: *Quam facile erat orbis imperium occupare, aut mihi Romanis militibus, aut me rege Romanis?* [t] Quæ autem eorum, qui ſuperfuerunt, in reparando exercitu feſtinatio? [u] Cum Pyrrhus idem. *O me*, inquit, *plane* [x] *Hercu-*

eſt, ut facto fœdere in amicitiam reciperetur. Quæ ſupervacaneæ, & otioſæ non ſunt. Has, ne quis non ſatis genuinas putet, retinet Jordanes, & reliqui libri aſſerunt. *Salm.*

r *Romanæ virtus tum ſe probavit*] *Se adprobavit.* N. *Idem.*

ſ *Quinam illi fuerunt*] Ex conjectura emendo: *qui enim illi fuerunt?* Quod ſequentia oſtendunt: *qui autem ille ſenatus fuit?* &, *qui porro ipſi duces vel in caſtris.* Quæ quàm rectè cohæreant, & ſibi invicem reſpondeant, vides. *Quinam* ſurrepſit pro *qui enim*, ex conſuetudine ſcribendi, *qui n.* quod eſt, *qui enim.* Idem.

t *Quæ autem eorum &c.*] Frequentia talis conſtantiæ exempla: etiam Annibali confeſſionem hanc extorſerunt, ut diceret: *cum eo nimirum hoſte res eſt, qui nec bonam, nec malam fortunam ferre poteſt; ſeu vicit, ferociter inſtat victis; ſeu victus eſt, inſtaurat cum victoribus certamen.* Liv. 27. 16. Et iterum in oratione ad Antiochum apud Juſtin. 31. 6. *Cum Romano, ſeu occupaveris prior aliqua, ſeu viceris: tum etiam cum victo & jacente luctandum.* Simile Pontii teſtimonium apud Livium 9. 3. *Ea eſt gens Romana, quæ victa quieſcere neſciat, &c.* Adde Horat. lib. 4. Ode 4. Freinsh.

u *Cum Pyrrhus idem.* O me, *inquit*] Lectionem *Quum Pyrrhus, video me*, inquit; non damnamus, & quis merito damnaret: ſed cum in Nazariano legerim, *Cum Pyrrhus idem omne inquit*; optimè emendo, & veriſſimè: *Cum Pyrrhus idem*, O me, *inquit*, planè Herculis ſidere procreatum. Ideo dixit, *Cum Pyrrhus idem*, quod tribus lineis ante ſcripſerat. *Quod adeo*

x Herculis ſidere procreatum, cur y quaſi ab angue Lernæo, tot cæſa hoſtium capita de ſanguine ſuo renaſcuntur. † Quis autem ille ſenatus fuit? quum perorante z Appio Cæco, pulſi cum muneribus ſuis ab Urbe a legati, interroganti regi ſuo, quid de hoſtium ſede ſentirent, *Vrbem templum ſibi viſam*,

b *Sena-*

adeo Pyrrhus miratus eſt. Recte hic ergo: *Cum Pyrrhus idem.* Salmaſius.

x *Herculis ſidere*] De quarta Luna ſingulare hoc legitur, quod, ex Genethliacorum doctrina & præceptis, illa nati laborioſam acturi ſint vitam, quemadmodum de Hercule prodit Euſtathius. Tales apud Suidam τετραδισταὶ vocantur, qui quarta Luna editi laboribus periculiſque adſiduis, ut alteri Hercules, involvuntur. *Herculis ſidus* apud Florum, nihil aliud quam quarta Luna. Adagium ἐν τετράδι γεγενῆσθαι ab aliis explicatur. Hæc Excellentiſſimus in compluribus diſciplinis Paulus Merula, Coſmogr. 1. 22. 7. Adde Eraſmum Adag. 1. 1. 74. & Gilbertum Cognatum adagio 49. Alio ſenſu eſt *ſidus Herculis* apud Plin. 2. 8. & Apulejum de mundo. *Freinshemius.*

† *Quis autem*] *Qui autem.* Ita Nazarianus. *Salmaſius.*

y *Quaſi ab angue Lernæo*] Alludit *Florus* ad notiſſimam vulgo fabulam & anguem illum, qui ὄφις πολυκάρηνος ab Epigrammatophoro dicitur. Iſidorus lib. 11. c. 3. *Dicunt & hydram eſſe ſerpentem cum novem capitibus, quæ latine* ſcedra *dicitur, quorum uno cæſo, tria capita excreſcebant.* Ex Rup. *Hermannides.*

z *Appio*] Appii Cæci oratio apud Plutarchum in Pyrrho exſtat. *Cinea* namque orator eloquentiſſimus erat miſſus à Pyrrho legatus ad Senatum pacis cauſa, quando Romani prœlio ad Sirin utcunque fracti erant: agebatque Cineas pacem iis conditionibus, ut Pyrrhus in Urbem reciperetur. Mox Appius & cæcus & ſenex in Senatum ſeſe juſſit deferri, & ſua oratione obtinuit, ne Pyrrhus reciperetur. *Stadius.* Dignus hic Plutarchus quem in Pyrrho hic loquentem legamus. *Herm.*

a *Legati*] Legatum hunc *Cineam* Demoſthenis diſcipulum fuiſſe apud omnes conſtanter ſcriptum invenio: nec minus ipſum eloquentia, quam Pyrrhum armis confeciſſe; ſed victum fuiſſe Romanorum integritate & continentia, qui munera & eloquentiam cum paupertatis gloria conjunctam ſolum admirabantur. Eum, aut ipſius collegas, pulſum ab Urbe fuiſſe nuſquam legi: quare Florus legatos cum muneribus ab Urbe pulſos, pro repulſis, aut non receptis, per elationem, aut certe amplificationem, dixiſſe videtur. *Stadius.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

[b] *Senatum regum conſeſſum eſſe*, confiterentur. Qui porro ipſi duces? vel in caſtris: [c] quum medicum venale caput regis offerentem, [d] Curius remiſit: Fabri-

b *Senatum regum eſſe confiterentur*] Suſpicionem meam non fruſtra cecidiſſe gaudeo, qua ſemper ſuſpicatus ſum aliquid huic loco deeſſe. Cum enim hoc legatorum reſponſum ita Plutarchus expreſſerit, *ὡς ἡ σύγκλητος αὐτῶν βασιλέων πολλῶν συνέδριον*, vere mihi perſuadebam deſiderari hic vocem aliquam *ἰσόρροπον* illi *συνέδριον*. Nec ſecus fuit. Nam in Nazariano exemplari fideliſſimo lego: *Senatum regnum Deum eſſe*. Unde ſtatim faciebam: *Senatum regum ſedem eſſe*. Nec aliter ferme Livius, quamvis pars ejus hiſtoriæ, qua geſta Pyrrhi cum Romanis deſcripſit, vulgo deperdita ſit. Libro tamen IX. ad illud dictum legatorum Pyrrhi alludens ita ſcribit: *Ne ſingulos nominem, ſenatus ille, quem qui ex regibus conſtare dixit, unus veram ſpeciem Romani ſenatus cepit.* Qui ſenatum igitur Romanum regum eſſe conſeſſum dixit, ex regibus eum conſtare intellexit. Ita enim Plutarchus expreſſit. *βασιλέων εἶναι συνέδριον*. Floro ſenatus *regum ſedes* dicatur, ſi ſcripturam Nazarianam emendamus, quæ diſertè & clare exhibet; *Senatum regnum Deûm eſſe*. Quod cur ſollicitemus, fortaſſe cauſæ non eſt. Aliud certe ſequutus videtur noſter Annæus. Cum enim hoc dictum referens, urbem templum viſam eſſe legatis memoret, nihil minus de ſenatu pronuntiare debuit, quam ejuſdem templi veluti deos eſſe. Dixeris ergo Urbem Romæ templum eſſe, *ſenatum regnum Deûm*. Senatores nempe quaſi deos in illo templo regnare. Sic Galli cum urbem intrarunt à ſe captam, ſenatores in curulibus ſedentes, quaſi genios quoſdam, venerati ſunt. *Salmaſ.*

c *Quum Medic.*] Hanc Hiſtoriam præter cæteros lege apud Val. Max. 6. 5. 2. & latius apud Agellium 3. 8. Dictus autem eſt medicus hic Timochares. Multa Cicero offic. 3. 22. *Freinshemius*. Placet vetus lectio: *quod medicum*. Mox lege: *venale caput regis offerentem*, non, *afferentem*. Salmaſ.

d *Curius*] Imprudentia quadam aut ſecuritate ſcriptoris, *Curium* pro *Fabricio* poſitum eſſe credo: quia conſule Fabricio inſidias medici Pyrrho ſignificatas eſſe, conſtanter omnes habeo auctores. Sed in iſto diverſa eſt opinionum controverſia, fueritne Fabricii imperio medicus ſuo domino remiſſus, an ipſius medici litteræ ad Fabricium datæ? Itidem, fueritne ex Senatus auctoritate alterutrum confectum? magnam etiam eſſe de medici nomine diſſenſionem, apud Gellium libro 3. leges. *Stadius*. De re non ambigitur, circumſtantiæ variant, ab utroque Cos. remiſſum Cl. Quadrigarius apud Agell. 3. 9. auctor eſt, à toto ſenatu Valerius Antias, quem alter Valerius ſequitur. Alii Fabricio tribuunt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

Fabricius oblatam ſibi à rege imperii partem repudiavit. vel in pace: quum Curius e fictilia ſua Samnitico præferret auro: f Fabricius decem pondo argenti circa Rufinum conſularem virum, quaſi luxuriam cenſoria gravitate damnaret. Quis ergo miretur his moribus, virtute militum, victorem populum Romanum fuiſſe? unoque bello Tarentino, intra g quadriennium, maximam partem Italiæ, fortiſſi-

ouunt. Cicero citato loco. Plutarch. in apophth. ejus. Frontin. 4. 4. Claudianus de bello Gild. verſ. 270. Livius 39. 51. indiſtincte, *horum patres Pyrrho regi hoſti armato, exercitum in Italia habenti, ut à veneno caveret, prædixerunt.* Æmulatus autem eſt factum hoc Tiberius Cæſar, referente Tacito 8. 3. *Freinshemius.*

e *Fictilia ſua*] Hanc hiſtoriam ſcribunt paſſim omnes. Lege Val. Max. 4. 3. 5. Agell. 1. 14. Plin. 33. 12. Aug. Civit. 5. 18. Plura in annotationibus Claudiani ex Juvenale, Virgilio, ceteris. *Camers.* Samniticum aurum à Curio contemptum fuiſſe Ciceronis quoque Cato adfirmat, & ſcriptor de vir. illuſtr. maximaque pars ſcriptorum. Alii eam continentiæ laudem Fabricio adſcribunt; ſed iterum in eo diſſident, quod nonnulli munera Pyrrhi regis à Fabricio contempta fuiſſe, alii Samnitium liberalitatem à Curio non fuiſſe receptam referunt. *Stadius.*

f *Fabricius*] Fabricius Cenſor cum Æmilio Papa anno Urbis conditæ CDLXXVIII. Cornelium Rufinum bis conſulatu, & ſemel dictatura functum ſenatu movit, quia decem pondo argenti facti, hoc eſt, argenteorum vaſorum haberet; ſtrenuum alioqui ducem, ſed furacem avarumque: recitat etiam dicterium Fabricii in Rufinum, Ciceronis Orator lib. 2. Plutarchus ab hoc Rufino oriundum eſſe Sullam dictatorem teſtatur. *Stad.* Loquitur de hac cenſoria nota etiam Ovid. Faſt. 1. 208.

Et levis argenti lamina, crimen erat.

itemque Seneca de vita beata cap. 21. *ſæculum illud, in quo cenſorium crimen erant pauca argenti lamellæ:* Alia cenſoriæ gravitatis exempla lege apud Plin. 18. 3. & 6. Agell. 4. 20. Livium 41. 27. 2. Vell. 1. 10. 6. & 2. 10. 1. *Freinſhem.*

g *Quadriennium*] Sexennium fuit. Nam cœptum eſt bellum cum Tarentinis anno U. C. CDLXXII. debellatum cum iiſdem, rege Pyrrho, ab Italia expulſo, ann. U. C. CDLXXVIII. Sed Tarentini nondum omnino fracti ob Milonem, qui à Pyrrho, cum præſidio Tarenti relictus erat (poſtquam Pyrrhi regis mortem comperiſſent) Carthaginenſium auxilia evocarunt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

fortiſſimas gentes, opulentiſſimas urbes, uberri rimasque regiones in ditionem redegiſſe? At qui adeo fidem ſuperet, quam [h] ſi principia belli cu exitu conferantur? Victor primo prœlio Pyrrhus [i] totam trementem Campaniam, Lirim, Fregellasqu populatus, prope captam Urbem à Præneſtina ar ce proſpexit: & [k] à viceſimo lapide, oculos tre pidæ civitatis fumo ac pulvere implevit. Eoder poſtea bis exuto caſtris, bis ſaucio, & in Græciar ſuam trans mare ac terras fugato, pax & quies: & tanta de opulentiſſimis tot gentibus ſpolia, ut victo riam ſuam Roma non caperet. [l] Nec enim teme re ullu

Tarento tandem à Romanis expugnato pax ipſis & libertas data eſt, L. Papirio Curſore II. & Sp. Carvilio II. Cos. anno Urbis conditæ CDLXXXI. Maximaque Italiæ pars jam devicta erat: venerant namque in populi Romani poteſtatem Tarentini, Samnites, Lucani & paulo ante etiam Etruſci. *Stadius.*

h *Si principia belli*] Non igitur temere cedendum eſt iniquis. Habet has vices conditio mortalium, ut adverſa ex ſecundis, ſecunda ex adverſis naſcantur. Mars communis & victum ſæpe erigit & affligit victorem. Infirmi nempe ingenii eſt lapſu aliquo ſummæ rei diffidere, cum exiguis momentis ſubito inclinentur omnia quæ in bello geruntur. *Zevecotius.*

i *Totam trementem Campaniam, Lirim, Fregellaſque populatus*] Si totam Campaniam populatus erat, ergo & Fregellas, & Lirim abſque dubio. Satis itaque d ctum eſſet: *totam Campaniam po pulatus.* Sed omnino legendum *Victor primo prœlio Pyrrhus, tot tremente Campania, Lirim Frege laſque populatus.* Salmaſ.

k *A viceſimo lapide*] Quod hi viceſimo lapide definit, Plutarchu ad trecenta ſtadia extendit, hoc eſt dupla fere ratione. Flori tamen nu merum eſſe quam Plutarchi exa ctiorem Geographiæ ratio confir mat: cum regem Pyrrhum Floru à Præneſtina arce urbem proſpexiſ ſe dicat. Præneſte diſtabat ab Urb ducentis fere ſtadiis, teſte Strabo ne, qui numerus, ut ad Florun propius accedit, ita & dimenſio ni terreſtri propius convenit. *Sta dius.*

l *Nec enim temere ullus pulchrior* Sed nec temere rejiciendum quo in iiſdem ſcriptis habetur: *Nec enin temere alius pulcrior in urbem au ſpecioſior triumphus intravit.* Salm

m *Ni*

e ullus pulchrior in Urbem, aut ſpecioſior triumphus intravit. Ante hunc diem [m] nihil, niſi pecora Volſcorum, greges Sabinorum, carpenta Gallorum, fracta Samnitum arma vidiſſes. Tum ſi captivos aſpiceres? [n] Moloſſi, Theſſali, Macedones; Bruttius, Apulus, atque Lucanus. [p] Si pompas? aurum, purpura, ſigna, tabulæ, Tarentinæque deliciæ. Sed nihil libentius Populus Romanus aſpexit, quam illas, quas timuerat, [q] cum turribus ſuis belluas: quæ [r] non ſine ſenſu captivitatis, ſummiſſis cervicibus, victores equos ſequebantur.

CAP.

m *Nihil niſi pecora Volſcorum*] Vocula una auctior Nazarianus Codex: *Nihil niſi quaſi pecora Volſcorum.* Sed illa nihil habet heic quod agat, ſi quid recte judico. Jordanes habet: *Nihil præter pecora Volſcorum.* Sic ille pro *niſi* maluit *præter.* Idem.

n *Moloſſi, &c.*] *Moloſſi, Theſſali, Macedones*, populi Græciæ celeberrimi, qui contigua fere regna habitabant. Moloſſi Pyrrho regi parebant, Epirotarum populi, Theſſali & Macedones merebant.

o *Bruttius, Apulus, Lucanus*] Extrema Italiæ verſus ortum habebant. Tarentinis confœderati Lucani, erant Picentinis proximi, iſtis Bruttii in magna Græcia, quibus ad ſuperum mare tranſverſa fere latera claudebant Apuli. *Stad.*

p *Si pompas, aurum, purpura, ſigna*] Melior fortaſſe lectio librorum: *Si pompam.* Una ſiquidem triumphi pompa fuit, qua illa omnia traducta. *Salm.*

q *Cum turribus ſuis*] Hoc anno nimirum CDLXXIX. primum ducti ſunt in triumpho elephanti, ut notant Plin. 8. 6. & Seneca de brevit. vitæ cap. 13. *Freinſh.*

r *Non ſine ſenſu captivitatis*] *Senſus* hic non ita ut ſolet accipitur, ſed pro intellectu; ſicut in illis Plinii 9. 42. *miror, quoſdam exiſtimaſſe aquatilibus nullum ineſſe ſenſum.* & apud Senec. de brevit. vitæ c. 13. *Ille otioſus eſt, cui otii ſui ſenſus eſt: hic vero ſemi vivus, cui, ad intelligendos corporis ſui habitus, indice opus eſt.* Id.

a *Pice-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

CAP. XIX.

Bellum [a] Picenum.

OMnis mox Italia pacem habuit. [b] Qu enim poſt Tarentum auderent? niſi quod ultro perſequi [c] ſocios hoſtium placuit. Domiti ergo [d] Picentes, & capu

a *Picenum*] In Picentes bellum moviſſe anno Urbis conditæ CDXXCIV. auctorem habeo Eutropium, Q. Ogulnio, C. Fabio Pictore coſſ. quibus etiam argentum Romæ primum eſſe ſignatum Plinius & Epitome XV. teſtantur, quinquennium ante primum bellum Punicum. Cauſſam hujus belli accepimus ex Floro fuiſſe, quia Picentes arma cum Tarentinis ſociaſſent: victos eſſe Picentes proximo anno, coſſ. Sempronio Sopho, & Ap. Claudio, idque maximo & laborioſiſſimo prœlio Oroſius teſtatur. De iis triumphatum eſſe, ſeries Triumphorum indicat. *Stad.* Picenum non alias temere legi niſi pro nomine ipſius provinciæ. Nam Picenum Annonarium, & Picenum ſuburbicarium dici cæpit ubi in duas provincias ea regio diviſa eſt, ſub ultimis imperatoribus. *Picenum* igitur eſt provinciæ nomen. ἐθνικὸν inde eſt *Picenicus*. Sed *Picens* pro eo ac *Picentinus* dicitur veteribus. Et recte hic optimus Nazarianus ſcribit: *Bellum Picens*. Sic Plauto *Campans genus*, pro Campano. Sic vetuſſimi *Lucans* pro Lucano. Atque inde *Lucas* pro eodem & *Luca*: Hinc *bos Lucan* vel *Lucas*, Elephantus dictus pri ſcis Romanis, quod in Lucania pri mum viſus eſſet. Ex eo, per corru ptionem, appellari cæpit *bos Luca* qui prius appellaretur *bos Lucan.* vel *Lucas*. Salmaſius.

b *Qui enim poſt Tarentum auderent*] Nempe ubi fortior & potentior victus eſt: alii debiliores victorem laceſſere metuunt. Ex eodem fonte eſt, quod infra 2. 7. dicit; *Poſt Carthaginem vinci neminem puduit*. Et illud alterum 3. 4. ubi quaſi mirabundus: *Poſt Macedonas, ſi Diis placet, Thraces rebellabant, ipſi quondam tributarii Macedonum.* Sic infra 4. 2. *Freinsh.* Et alia lectio eſt: *Quid enim poſt Tarentum auderent*. Sed excuſa melior. *Salm.*

c *Socios hoſtium*] Nam duobus potiſſimum modis ex obliquo pax læditur; cum aut noſtri ſocii infeſtantur, aut hoſtes adjuvantur. Quod alicubi apud Livium Ætolis, an aliis quidam Romanus objicit. Ipſeque Senatus legatis Philippi, apud eundem victorem 30. 42. Ita apud Thucyd. 1. 6. Corcyrenſes Cyllenen, ubi erant navalia Eleen-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

aput gentis [e] Aſculum, Sempronio duce: qui tremente inter prœlium campo, [f] Tellurem deam, promiſſa æde, placavit.

CAP. XX.

Bellum Sallentinum.

SAllentini Picentibus additi, caputque regionis [b] Brunduſium inclyto portu, [c] Marco Atilio duce. Et in hoc certamine, victoriæ

lleenſium, incenderunt, quod naes pecuniaſque Corinthiis præuiſſent. *Freinsh.*

d *Picentes*] Hi populi quintam taliæ regionem occupabant: quonlam uberrimæ multitudinis, ut 60000. Picentium in P. R. potetatem aliquando venerint, ſi verus ſt Plinius, habitantque inter Ruicohem & Aufidum fluvios, ad itora maris Adriatici. Sunt & *Pientini* Italiæ populi, qui ab ortu Lucanos & Sibarim fluvium, à tergo Auſones & Sarnum habent, à atere mare Tyrrhenum. Suntque Picentium coloni, teſte Strabone; quorum iſti *Picentes*, illi *Picentini*, requentius dicuntur. De Picentibus triumphatum eſſe ab utroque Conſule, Sempronio Sopho, & Appio Claudio, Triumphorum ſeries prodit anno Urbis conditæ CDXXCV. *Stadius.*

e *Aſculum*] Aſculum Oppidum Picentium Apulorum, ſitum erat loco natura munitiſſimo, muro etiam & montibus, vix ulli exercitui penetrabilibus, incluſum, teſte Strabone lib. 6. nobile etiam ob prœlium Pyrrhi & Fabricii ibidem conſertum. *Idem.*

f *Tellurem deam*] Vetuſtiſſimus Græcorum Meliſſeus, Jovis nutritor, Tellurem Vrani uxorem colere inſtituit. Lege Lactant. 1. 22. De ejus in urbe Rom. æde. Plin. 34. 9. Val. Max. 6. 3. 1. Multa Auguſtin. Civit. 4. Plura Macrobius Saturn. 1. *Camers.* Terram matrem etiam Perſæ coluere, Herodot. in Clio. & Scythæ. Idem in Melpomene. & ſub nomine *Herthi* etiam Germani, teſte Tacito Germ. 40. 3. *Freinshemius.*

---

a *SAllentini*] Sallentini peninſulam illam incolebant, cujus Iſthmum ſinus Tarentinus & Brunduſinus ab occaſu conſtringunt, ad latitudinem unius diei itineris, porrigiturque longa fronte in ortum: eam peninſulam confusè Meſſapiam, Japygiam, Calabriam & Sallenti-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

ctoriæ pretium templum ſibi [d] paſtoria Pales [e] u-
tro popoſcit.

CA[...]

lentinam ab auctoribus vocari Strabo auctor eſt. Victos quoque Meſſapios eſſe proximo anno, Triumphorum ſeries teſtatur. Quatuor quidem Coſſ. de Sallentinis triumpharunt, quod biennio fere hoc bellum fuiſſe prodit, nec Atilio Regulo & J. Libone Conſulibus edomitos eſſe; ſed anno ſequente, quando Coſſ. Junius Peta. N. Fabius Pictor de Sallentinis & Meſſapiis triumphum eregunt, in deditionem fuiſſe receptos, anno U. conditæ CDLXXXVII. Cauſſam quoque hujus belli non invenio, niſi Tarentini etiam iſtos in ſocietatem receperint, & hoc armis vindicandum populus Romanus juſſerit. Zonaras populum Romanum opinatur invitatum eſſe ad cauſſas belli, ut portus Brundiſini commoditate potiretur. *Stadius.*

b *Brunduſium*] Brundiſii portum elegantiſſime Strabo lib. 6. deſcribit. diſtat à Roma in ortum æſtivum millia paſſuum trecenta ſexaginta, eſtque ex Brunduſio navigatio commodiſſima ad tranſmarina loca, Epirum, Græciam totam, ad Epidamnum, Illyricas & Macedonicas gentes. Idem Strabo βρεντέσιον, Meſſapiorum vocabulo, cornu cervinum ſignificare aſſerit, & βρεντέσιον, quod Latini Brunduſium, à ſitus, quam habet cum cornu cervini figura ſimilitu[dine], appellatum eſſe. *Stadius.*

c *Marco Atilio*] Nazarianus *Maſilio.* Corruptè pro *M. Aſilio* *Aſilio* pro *Atilio*, ut *Biſuiſus* pro *Bituitus.* Multum variant reliqu[i] libri. Alii *Artilio*, alii *Attilio*, Jor[...]danis denique, *Vatilio.* Mendoſ[i] omnes. *Salm.*

d *Paſtoria Pales*] De *Pale* Dea abunde omnes. Lege tamen Ovid[.] Faſt. 4. 719. Plura Servius Georg. 3. in pr. & Solinus circa princ. *Camers.* Erat hæc Dea paſtorum; cujus Feſtum *Palilia*, ut ait Paulus, vel *Pavilia*, quoniam pro partu pecoris eidem ſacra fiebant. Eo feſto paſtorum, ſcil. 20. Aprilis, *Romam* à Romulo & Remo *conditam*, notum eſt; qua de re, præter alios, *Varro lib. 2. de Re Ruſtic. Plut. in Romul.* Ex Virdung. *Hermannides.*

e *Vltro popoſcit*] Idem *Virdungus* exiſtimavit, hoc à veteribus fuiſſe confictum ob vitæ genus quod tempore pacis coluerit *M. Attilius Regulus.* Conſtare namque ex *Columella libro* 1. *cap.* 4. fuiſſe agriculturæ ſtudioſiſſimum. Columellam confirmat *Seneca Conſol. ad Helviam cap.* 12. *Valer. Max. lib.* 4. *c.* 4. *Epitom. Liv.* 18. Ex Rupert. *Hermannides.*

a *In*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

CAP. XXI.

Bellum Volſinenſe.

POſtremi Italicorum [a] in fide manſere Volſini, opulentiſſimi Etruſcorum, implorantes opem adverſus ſervos quondam ſuos: qui [b] libertatem à dominis datam, in ipſos erexerant: [c] tranſlataque in ſe republica, dominabantur. Sed hi quoque, duce Fabio Gurgite, pœnas dederunt.

CAP.

a IN *fide manſere*] At quando victi aut adeo amici Romanis? Nihil certius eſt, quam ut ſequamur Jordanis Bibliothecam *in fidem venere*, pro quo hactenus vulgatæ: *in fide munere*, corruptæ quidem, ſed propius à vero quam Annæana. *Gruterus*. Livius tamen lib. 5. & 10. & Zonaras Annal. tom. 2. (ubi tamen ȣ̓λσινίȣς legitur, pro, Οὐολσινίȣς) bellorum cum iis & fœderis meminerunt: Quo tamen non obſtante Gruteri judicium ſequor: ideo, quod *in fidem venire*, idem eſt quod *in ditionem, poteſtatem*: nec de iis qui fœdere tantum juncti ſunt, apte dicitur, ſicut *in fidẽ accipere*. Præterea putida foret oratio: *poſtremi in fide manſere*. Significaret enim omnes Italos deſciviſſe à Romanis ante Volſinios. *Freinsh.*

b *Libertatem à Dominis datam, in ipſos erexerant*] Vide *Tacit. lib.* 13. *Annal. cap.* 26. ubi, quia beneficium libertatis in patronorum injurias converſum fuit, actum in Senatu legitur *de Fraudibus libertorum*, efflagitatumque ut adverſus male meritos revocandæ libertatis jus patronis daretur. Adde *Suet. in Claud. cap.* 25. Herman.

c *Tranſlataque in ſe Rep.*] Quod fere accidere ſolet, ubi diverſi ordinis, aut nationis, aut religionis adeo, viri, magiſtratus irrepunt. Senſim enim alios alioſque ſuæ factionis adlegendo, cum vires adquiſivere, oppreſſis diverſa ſentientibus, ſuæ poteſtatis Rempubl. faciunt. *Freinsh.*

a *Sedi-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

CAP. XXII.

De [a] Seditionibus.

HÆc eſt ſecunda ætas populi Romani
& quaſi Adoleſcentia; qua maxime v
ruit, & quodam flore virtutis [b] exarſit
ac ferbuit. [c] Ita, quæ inerat quædam ad
huc ex paſtoribus feritas, quiddam ſpirabat indo
mitum. Inde eſt, quod exercitus Poſthumiun
Imperatorem, inficiantem quas promiſerat prædas
fact

a SEditionibus] Laboravit etiam inteſtino malo Romanus populus, ſeditionesque domi forisque concitavit. Foris, quando P. Poſtumium Tribunum conſulari poteſtate, ob crudelitatem, lapidibus obruit. Iterum, quando Appii Claudii Conſulis ferocia miles irritatus vinci à Volſcis voluit. Sed Appius conſulari imperio in legiones animadvertit, & decimum quemque fuſte, centuriones, qui ordines deſeruiſſent, ſecuri percuſſit. Domi quidem Volero Publilius in delectu citatus, quia ordines duxiſſet, negabat ſe militem fieri debere. Coſſ. lictore miſſo hominem ſpoliari, virgaſque expediri jubent. Ille ad populum provocat. Creſcente deinceps certamine, violantur lictores, faſcibuſque fractis è foro in curiam compelluntur. Volero anno ſequente Tribunus plebis creatus eſt. *Stadius.*

b *Exarſit ac ferbuit*] Editi à Vincto, *fervuit*. Quod idem eſt. Nazarianus: *exarſit & acferbuit*:
acferbuit pro *adferbuit*. Legendur
igitur: *exarſit & adferbuit*. *adfer*
beſcere contrarium τῷ *deferbeſcere*
quod eſt apud Comicum, *deferve*
ſcere adoleſcentiam. Baſileæ editi
quorum editioni præfuit ventoſu
atque ampulloſus corrector, præ
ferunt *ac fremuit*, ineptiſſimè. Vi
deri tamen non nemini poſſet, Na
zariani Codicis ſcripturam eo in
clinare, ut potius legatur: *Exarſi*
ac ferbuit. Sane antiquarium illiu
exemplaris ſępe obſervavimus dua
lectiones ponere ſolitum, cum va
riantiam in libro unde deſcribebat
reperiſſet. Sic hoc loco, cum qui
dam libri haberent, *& ferbuit*, ali
ac ferbuit, utramque adpoſuit γεγ
φὼ, *& ac ferbuit*. Profecto fer
vorem hunc adoleſcentiæ iden
Florus *fretum* appellavit in fine hu
jus libri: *Talis pace belloque popu*
lus Romanus, fretum illud adole-
ſcentiæ, id eſt, ſecundam imperii æ-
tatem habuit. Palam eſt, *fretum*
heic ab eo novâ notione uſurpar
pro fervore. At *fretum*, etiam cum
prc

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

ıcta in caſtris ſeditione, [d] lapidavit: quod ſub Ap-
io Claudio noluit vincere hoſtem, quum poſſet:
uod duce [e] Volerone, [f] detrectantibus pleriſque
nilitiam, fracti conſulis faſces: inde, quod clariſ-
imos principes, quum adverſarentur voluntati
uæ, exulatione multavit. [g] Ut Coriolanum colere
agros

ro mari accipitur, Grammatici uoque à fervendo deducunt. *almaſius.*

c *Ita, quæ inerat &c.*] Quod autor ſeditionum harum cauſam fa-t, agreſtes populi novi mores, ec ſatis adhuc ſubactos & mites, efutant illæ, quæ florentiſſimis emporibus accidêre, nec pauciores iſtis, & aſperiores multo, quaum ipſe Florus infra 3. 14. &c. meninit, & Val. Max. l. 9. toto c. 7. *reinsh.*

d *Lapidavit*] Flagitium militæ frequens. Vid. *Freinsh. ad Curt. b. 6. cap.* 11. Et *Tacit. Hiſt. lib.* 2. *ap.* 19. ubi: *Hæc ferociter jactan-o, poſtquam, immiſſis lictoribus alens coërcere ſeditionem cœptabat, ſum invadunt, ſaxa jaciunt, fu-ientem ſequuntur.* Hermann.

e *Volerone*] Libri omnes ſcritum habent: *Valerio Nerone.* Haud cio utrum ab antiquario, an ab uctore hic error. Potuit ſane in oc nomine aliter concipiendo nemoria labi auctor, ut ſæpe in liis lapſum deprehendi. Volero utem Publilius hic Tribunus plebis vocabatur. Sed Florum abſolit & culpam in librarium tranſmovet, quod moris ei non ſit pluribus aliquem nominare nominibus. Aliquando ſolo nomine utitur, interdum vel prænomine, ut in hoc Volerone, & infra; cum *Spurium* tantum nominat, ex ſolo prænomine, qui Spurius Mælius erat. *Salmaſius.*

f *Detrectantibus pleriſque militiam*] Scilicet ob certamina cum patribus, non ob formidinem, ſicut poſterioribus temporibus, cum *pollices* ſibi præciderent, ut tanquam inhabiles, dubio Marti ſubtraherentur. *Lindenberg ad Amm. Marcell. lib.* 15. Addi poteſt *Lipſ. de Milit. lib.* 1. *Bernegg. ad Suet. Aug. cap.* 24. Ex Rup. *Hermannides.*

g *Ut Coriolanum colere agros jubentem*] Neſcio unde alterius Palatini Codicis orta lectio, quæ habet: *colere ortos jubentem.* Niſi quod manifeſto falſam pronuntiare licet. Opinor, hoc illum velle. Per ſeceſſionem plebis, agri inculti manſerant. Inde annonæ caritas. Cujus levandæ gratia frumentum primo ex Etruria venit, quo plebs ſuſtentata eſt. Deinde & ex Sicilia magna vis frumenti advecta. Quo tempore agitatum in ſenatu dicitur, quantum plebi daretur frumenti. Hoc faciebant ad plebem premendam, ut, hac injuria coacta, jus priſtinum patribus redderet, quod ſeceſſione extòrſerant, conditione oblata laxandi annonam.

agros jubentem: h nec minus ille ferociter injuriam armis vindicaſſet, niſi quod jam inferentem ſigna filium, mater Veturia lacrimis ſuis exarmavit: ut ipſum i Camillum, quod inique inter plebem & exercitum diviſiſſe Vejentem prædam videretur. k Sed hic melior obſeſſis, in capta Urbe con-

Tum plebis inimicus Coriolanus, in oratione, quam habuit in ſenatu, inter alia, hæc verba fecit: *Audeo dicere, hoc malo domitos ipſos potius cultores agrorum fore, quam ut armati per ſeceſſionem coli prohibeant*. Inde noſter hoc loco poſuit: *Coriolanum, colere agros jubentem*. Salmaſius.

h *Nec minus &c.*] Hiſtoriam lege apud Liv. 2. 31. &c. Dionyſ. 8. 12. &c. Val. Max. 5. 4. 1. Ad hujus forte exemplum *Populus Mutiam, Sex. Pompeji matrem, minis adegit, ut legationem ad eum ſuſciperet*. App. de bell. Civil. l. 5. *Freinsh.*

i *Camillum*] Furius Camillus injuſte, & per civium ſuorum ingratitudinem, die ipſi dicta à L. Apulejo Trib. pleb. ob prædam Vejentanam, non ſatis æque diſtributam, in exſilium Ardeam abiit: abſens quindecim millibus gravis æris damnatus eſt; ipſe tamen hujus injuriæ oblitus, patriam è Gallorum manibus eripuit, Urbemque liberavit: uti jam de bello Gallico dictum eſt. *Stadius.*

k *Sed hic melior obſeſſis, in capta urbe conſuluit*] Correctores ſapit hæc lectio. Nec aliud ſane datur augurari, quam ab eorum commento eſſe. Aliter quippe ſcriptum exhibent omnia exemplaria, in quibus, ut in veteri editione, lege-
re eſt: *Hic melior in capta urbe con-
ſenuit.* Quid illis in mentem fue-
rit, qui ſic mutaverunt, non video.
Nam nihil abſurdius aut ineptius.
Non conſuluit obſeſſis Camillus
ſed cum jam auro receſſum ſuum
venditaſſent Barbari, jamque Ro-
mani obſidione liberati eſſent ex
pacto, quod cum Gallis pepige-
rant, ſupervenit Camillus aurum
adpendentibus, & ſtatim occaſione
data in Barbaros irruit, eoſque ur-
be expulit. Sed demus, eum ob-
ſeſſos aliquatenus adjuviſſe, quid
illis fiet aut quo referentur, quæ ſe-
quuntur: *Et mox ſupplices de hoſt*
Gallo vindicavit? Quomodo hæc
exponemus? Quid igitur vult ſcri-
pta lectione auctor? Hoc, niſi fal-
lor. Dixit, principes clariſſimos a-
liquot, qui adverſati erant volunta-
ti plebis, exilio multatos eſſe. Duo
recenſet nominatim, Coriolanum
& Camillum, qui id paſſi ſint. E
Coriolanum quidem, ut injuriam
vindicaret, arma patriæ intuliſſe
quem vix mater lacrymis ſuis exar-
maverit. At Camillum meliorem
conſenuiſſe in capta à ſe urbe, Ve-
jis nempe, quo exulatum conceſ-
ſerat, & unde poſtea tamen ultor
ſuis civibus advenit, quos de hoſte
Gallo vindicavit. Ceterum quod
ait

conſenuit; & mox ſupplices de hoſte Gallo vindicavit. Cum Senatu quoque vehementius æquo bonoque certatum eſt: adeo ut relictis ſedibus ſolitudinem & interitum patriæ ſuæ minaretur.

CAP. XXIII.

a PRima diſcordia b ob impotentiam fœneratorum: quibus, in terga quoque, ſerviliter ſævientibus, in c Sacrum montem plebs armata ſeceſſit: ægreque, nec

ait, Camillum in capta urbe conſenuiſſe, non ad moram aut longum tempus exulationis referendum eſt, ſed mœſtitiam, tædium, languoremque & iners otium, quæ ſenio afficiebant hunc virum. Homines amantes, ut ait ille, ϗ ἐν ἤματι γηράσκουσι. Præterea hoc ſumptum è Livio, qui libro v. de Camillo exule, cum audiſſet, Romanos intra Capitolium à Gallis compulſos, ita ſcribit: *Qui mœſtior ibi fortuna publica quam ſua, cum Diis hominibuſque accuſandis ſeneſceret, indignando mirandoque ubi illi viri eſſent, qui ſecum Vejos Falerioſque cepiſſent.* Inde igitur ſumpſit Annæus, quod hîc ait, Camillum in urbe capta conſenuiſſe, mœrore nempe ac tædio & indignatione, non ætatis exactæ vitio. Hinc *ſenium* ſæpe Latini pro re ingrata & odioſa dicunt. Fatendum tamen eſt, non idem dicere Florum, etſi idem fortaſſe dicere voluit. Nam cum dicat, Camillum in capa urbe conſenuiſſe, quis non intelligat, ibi extremum ætatis tempus conſumpſiſſe ac ſenectutem exegiſſe? Atqui falſum eſt, tantum temporis in exilii loco contriviſſe Camillum, ut dici queat ibidem conſenuiſſe. At recte Livius, cum inquit: Ibi Camillus mœrore ac tædio, Diis hominibuſque accuſandis ob res patriæ afflictas, ſeneſceret. Seneſcebat, inquam, ibì Camillus, cum illa pateretur, quæ homines ante diem ſenio mature afficiunt, aut, ut Græci Poëtæ loquuntur, ὠμῷ δ᾽ γήραϊ διδῶσι. At non conſenuit. *Salmaſius.*

a PRima diſcordia] Primam plebis ſeceſſionem ex dominatione nimia patriciorum proritatam fuiſſe, & pro libertate, ut cives ob æs alienum nexos aſſererent, invenio. Qui enim creditoribus ſolvendo non erant, ipſis addicebantur, ut in nervo & compedibus vincti eſſent, quouſque apud creditores ſerviendo nomina liberaſſent.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

nec niſi d Tribunos impetraſſet, Menenii Agrippæ facundi & ſapientis viri auctoritate, revocata eſt.

Extat

raſſent. Atque cum in addictos etiam crudelior creditorum dominatio ſerviret, Patreſque de nexis liberandis expectationem plebis ſæpius fruſtrati eſſent, plebs armata à Coſſ. deceſſit, duce Sicinio, in montem Sacrum, (qui trans Anienem diſtabat ab Urbe ad tertium milliare) ibique hæſit anno fere uno, quouſque à Patribus ſactatam legem extorqueret. h. e. ut ipſis è plebe magiſtratum ſuum creare Tribunos pl. liceret, qui plebem ab injuria Patriciorum defenderet, at nemini patricio eum magiſtratum capere liceret: utque ipſe magiſtratus ſacroſanctus eſſet, h. e. ſi quis Tribunum pleb. verbo aut facto violaret, ipſum impune occidi poſſe, ac ſacrum eſſe. idque accidit anno poſt exactos reges, ut teſtatur Ciceronis Brutus decimo ſexto. De numero Tribunorum plebis ſtatim ab initio creatorum ſibi non conſtant auctores, ut nec etiam de nomine apud Livium. Piſo teſtatur primum duos creatos eſſe: quinque autem creari cœptos anno Urbis conditæ CCLXXXII. ſatis conſtat. Decem vero an. U. C. CCDCVI. ad quem numerum deinceps ſemper ſtante Republica creati ſunt. Quod ad nexum attinet, deſierunt necti cives Romani ob æs alienum anno U. C. CDXXVII. idque ob L. Papirii libidinem & contumeliam in C. Publilium: bonaque debitoris tantum creditori obnoxia erant, corpus à nexu liberabatur. *Stadius.*

b *Ob impotentiam fœneratorum*] Tacit. graviter ſcribit. *Vetus urbi fœnebre malum, & ſeditionum diſcordiarumque, creberrima cauſa.* Pauperes enim id plerumque affligit: ideoque uſuras divino jure prohibitas eſſe; civili tantum permitti multi exiſtimant. Ego ſic puto: pro fœneratoribus habendos non eſſe, qui quod honeſte lucrati ſunt, ſub modico lucro alteri utendum concedunt. Non enim alia mutui ratio eſſe debet, quam commodati; pro uſu autem rei pretium exigere, nullo jure eſt illicitum, aliud tantum nomen induit contractus. Verum iſta in re loci, ubi agimus, conſuetudo ſervanda eſt: quæ, ſi compenſatio ejus, quod abeſt aut abeſſe poteſt, ſpectetur, cum naturali aut divino jure non pugnat. At ſi modus excedatur, vel imputantur uſuræ in ſortem; vel ut aliquarum provinciarum mos eſt, nihil exigi poteſt. *Zevecot.*

c *Sacrum*] Quoniam Jovi fuerat conſecratus. Trans Anienem fuit tribus millibus paſſuum ab Urbe.

d *Tribunos*] Tribunatus eſt plebejus Magiſtratus in Rep. Romana, quovis alio major, & ſacroſanctus, cum in finem inſtitutus, ut plebes tutior eſſet contra vim & injurias Conſulum, ac Senatorum, horum decretis, legibus & conſultis intercedendi, ac injuriam plebi inferentes prehendendi, inque carcerem mittendi, invictam habens auctoritatem. *Boxhornius.*

e *Fabu-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

Extat orationis antiquæ ſatis efficax ad concordiam [e] fabula, qua *diſſediſſe inter ſe quondam humanos* dixit *artus, quod, omnibus* [f] *opere fungentibus, ſolus venter immunis ageret: deinde moribundos* [g] *à ſejunctione rediiſſe in gratiam, quando ſenſiſſent, quod ejus opera, redactis in ſanguinem cibis, irrigarentur.*

CAP. XXIV.

[a] SEcundam in Urbe media, [b] decemviratus libido conflavit. [c] Allatas à Græcia leges, decem principes lecti, jubente populo, conſcripſerant: ordinataque erat

e *Fabula*] Hanc narrant Val. Max. 8. 9. 1. & Auctor de vir. Illuſtr. cap. 18. Livius uti ſupra. Val. autem Max. vocat hunc *Valerium*, non *Menenium*, ſed Agrippam. Meminit Agell. 17. 21. *Camers.* Huc etiam reſpexiſſe videtur Antoninus Imp. de vita ſua l. 1. *ut unus alterum juvaret in ſuo opere, eo nati ſumus, ut manus, ut pedes, &c.* Freinsh.

f *Opere fungent.*] Perperam alter Palatinus: *opera fugientibus.* Salm.

g *A ſejunctione rediiſſe*] Idem optimum exemplar legit; *ſevinctione.* Quam vocem & alibi hoc ſenſu offendi, pro ſeparatione ac ſegregatione, cui contrarium vinctio & vinculum. *Idem.*

a SEcundam] Altera ſeceſſio pro pudicitia fuit. Decemviri legum ſcribendarum cauſſa creati erant cum imperio conſulari & ſine provocatione, ut ipſi ex patriis moribus, peregriniſque legibus jus populi Romani ſelectum conſcriberent, quæque ii ſcripſiſſent, ſi Patres auctores fierent, & populus juberet, ea populum ſemper tenerent. Decemviri autem ſemel ita occupatam Rempublicam, prætextu ſcribendarum adhuc legum, dominatione regia ad biennium, mutua etiam conſpiratione, oppreſſerant. Sed Appii Claudii libido iſtam quoque ſervitutem excuſſit. Dum enim ille exarſit in Virginiam plebejam puellam, omniaque clauſa & obſepta pudore experiretur, conatur etiam in ſervitutem, ſpe ipſius potiundæ, aſſerere per Claudium clientem ſuum; ſed L. Virginius pater filiam ſuam manu occidit potius, quam ea Appii libidini dederetur. Ejus atrocitate plebs commota, caſtris relictis in Aventinum, mox in Sacrum montem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

erat in [d] duodecim tabulis tota juſtitia; quum tamen traditos faſces regio quodam furore retinebant. Ante cæteros Appius eo inſolentiæ elatus eſt, ut ingenuam virginem ſtupro deſtinaret, oblitus & Lucretiæ, & Regum, & [e] juris quod ipſe compoſuerat.

ſeceſſit, anno poſt reges exactos, ſexageſimo U. C. CCCIV. Plebs autem paulo poſt placata eſt iis conditionibus: ut Tribuni plebis ipſis reſtituerentur, abdicatiſque Decemviris, iterum Conſules crearentur. Appius vero Decemvir ſibi manus in carcere intuliſſe dicitur. *Stadius.*

b *Decemviratus*] Decemviratus eſt ſummus, ſed extraordinarius & annuo ſpatio definitus, in Romana Republ. Magiſtratus, quo Senatorii ordinis nobiliſſimi viri decem, Legum ſcribendarum cauſa, donati, cæteris omnibus Magiſtratibus interea abrogatis, donec dein ex legibus reſtituerentur, Conſularem & vere regiam, adeoque maximam, omnem Rempub. adminiſtrandi, deque privatorum contractibus ac cauſis omnibus cognoſcendi, habebant poteſtatem. *Boxhornius.*

c *Allatas leges*] Cæſar apud Salluſt. in Catilin. cap. 51. *Majores noſtri neque conſilii neque audaciæ unquam eguêre: neque ſuperbia obſtabat, quo minus inſtituta aliena, ſi modo proba erant, imitarentur.* Laudat hanc virtutem *Syneſius Cyrenenſis* Epiſcopus *Epiſt.* 57. *Multa utilia tempus invenit aut correxit. Non omnia ad exempla fiunt; & ſingula quæ facta ſunt, initium ſemel habuerunt. Demus & nos principium meliori conſuetudini.* Hermannides.

d *Duodecim tab.*] De duodec. tab. quando & à quo editæ, Dionyſ. ubi ſupr. Agell. lib. 17. cap. ult. & lib. 20. cap. 1. Sæpiſſime habetur earum mentio in libris Digeſtorum, ſignanter tit. de O. I. Plura Feneſtella tit. 29. Scriptæ autem fuerunt ab Hermodoro Epheſio, cujus ſtatua fuit Romæ in comitio. Auctor Plinius 34. 5. *Camers.* Verba *Pomponii* ſunt: *Quas* (ſcilicet Leges à Græcis petitas) *in tabulas eboreas perſcriptas pro roſtris compoſuerunt.* Cujacius hanc lectionem retinuit, fuiſſe ſcilicet tabulas Legum primum *roboreas* ex *Dionyſio lib. 3. cap. 49.* deinde *æneas*, denique *eboreas.* Nam & eboreorum & elephantinorum Codicum meminit *l. 52. de leg. 3.* ut ad hanc ultimam Romanorum conſuetudinem Pomponius reſpexiſſe videatur. *Hermannides.*

e *Iuris quod ipſe compoſuerat*] Ita *Pompejus* apud Tacit. 3. 28. *ſuarum legum auctor idem ac ſubverſor.* Contra conſilium Lævini apud Liv. 26. 36. *Si quid injungere inferiori velis, id prius in te ac tuos, ſi ipſe juris ſtatueris, facilius omnes obedientes habeas.* & monitum Claudiani:

In

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

fuerat. Itaque quum oppreſſam judicio filiam trahi in ſervitutem videret Virginius pater; nihil cunctatus, in medio foro manu ſua interfecit: admotiſque ſignis commilitonum, totam eam dominationem obſeſſam armis, in carcerem & catenas ab Aventino monte detraxit.

CAP. XXV.

a TErtiam ſeditionem excitavit b matrimoniorum dignitas; ut plebes cum patriciis jungerentur: qui tumultus c in monte Janiculo, duce Canulejo Tribuno plebis, exarſit.

CAP.

In commune jubes ſi quid, cenſesve tenendum,
Primus juſſa ſubi, &c.

Verum oppido pauci ſunt, quibus vel aliorum conſenſus, (ut Lycurgo apud Juſtin. 3. 2.) vel ipſorum conſcientia teſtimonio ſit, (ut Cæcinæ apud Tacit. 3. 33.) *ſe, quæ in publicum ſtatuerent, domi ſervaviſſe.* Freinsh.

---

a *TErtiam ſeditionem*] Legem à Decemviris quoque in XII. tabulas relatam eſſe ex Livio conſtat, & Dionyſius teſtatur: *Ne patriciis promiſcua cum plebe connubia ſunto*, idque ipſius Claudii decemviri odio in plebem factum fuiſſe: quam legem C. Canulejus Tribunus plebis non ſine magnis Reipubl. motibus abrogavit, tulitque novam legem, ut patriciorum & plebejorum connubia promiſcua eſſent: utcunq; fremerent patricii, qui ſanguinem ſuum contaminari, confundi jura gentium ea rogatione vociferabantur, qua tamen ad concordiam civium nihil devinctius eſſet. atque iſta connubiorum communicatio plebi ad honores aditum ſua occaſione aperuit, uti proximo capite notabimus. *Stadius.*

b *Matrimoniorum dignitas*] Quorum apud veteres Romanos ea fuit ratio, ut in iis contrahendis, & nationis, & conditionis, & gentis, & ſanguinis reſpectus haberetur. Adeundus *Sigonius lib. 1. de Antiq. jur. Civ. Rom. cap. 9.* Hermannides.

c *Id monte Ianiculo*] In Ianiculo connubiorum promiſcuorum cauſſa tu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

CAP. XXVI.

QUartam honorum cupido, ut [a] plebeji quoque magiſtratus [b] crearentur. Fabius Ambuſtus duarum pater, alteram Sulpicio patricii ſanguinis dederat, alteram plebejo Stoloni. quæ quodam tempore, quod lictoriæ virgæ ſonum, ignotum penatibus ſuis, expaverat, [c] à ſorore ſatis inſolenter irriſa, injuriam non

ſa tumultum fuiſſe Canulejo duce, auctorem præter Florum haud facile invenias. Certatum quidem eam ob cauſſam ſeditioſe inter patricios & Trib. pl. contentionibus variis ex Livio conſtat: ſeceſſiſſe autem plebem in Janiculum propter æs alienum, poſt graves & longas ſeditiones anno U. C. CDLXVII. invenio, atque à Q. Hortenſio dictatore inde deductam eumque legem tuliſſe in Eſculeto ut quod plebs juſſiſſet, omnes Quirites teneret, nec aliam tertiæ ſeceſſionis cauſam auctores recenſent. *Stad.*

---

a *Plebeji Magiſtratus*] Tribunatus militum conſulari poteſtate extraordinarius eſt in Romana Republ. Magiſtratus, quem, quo Conſulatus honos plebejorum conſortio non contaminaretur, & nihilominus ſatisfieret deſideriis plebis, præcipuam dignitatem ſecum communicandam urgentis pacis cauſa plures, tam patriciorũ, quam plebejorum ordinis, conſulari poteſtate donati, Tribunorum militum, non conſulum nomine, nullis interim Conſulibus creatis, gerere potuere. *Boxhorn.*

b *Crearentur*] Apud majores cunctis civium, ſi bonis artibus fiderent, licitum fuiſſe Magiſtratus petere ait Tacitus. Et revera cur certis tantum familiis concedi illi debeant, non video: Tamen quia plures ſunt Rerump. differentiæ, quarum ſingulæ alios ad munera admittunt, alios ab iis excludunt, ſuadeo, ut totius rei caput nunquam mittatur, ſed id curetur maxime, ut multitudo quæ preſenti Reip. ſtatu contenta eſt & delectatur, plus ſemper poſſit, quam quæ non eſt contenta. *Zevec.*

c *A ſorore*] Sorores Fabiæ in domo Sulpicii confabulantur: redit domum Sulpicius, lictor forem percutiebat, expavit ad inſuetum morem uxor Stolonis, & riſu fuit ſorori miranti id ab ea ignorari, itaque accenſa, patrem maritumque impulit, ut honores & magiſtrat. etiam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

primo ad Glauconem & in 4. de Sanitate tuẽda, vbi cruditatis remedia docet, apparet: Nonne etiam imperamus vbi quis cruditate laborat, exercitationem, vt calor natiuus excitatur & fundantur extenuenturque concreti & craſſi humores? confert quidem quies concoctioni, vbi acres, mordaces, & bilioſi ſunt humores, qui motu & alijs omnibus quæ accendunt, calorem exaſperant, & diſſimiliores naturæ noſtrę fiunt, quæ mediocri temperie gaudet. At in pituitoſis & frigidis, vbi corpora ſeſe poſſunt mouere & exercere, via ad concoctionem aptiſſima eſt per motum. Nonne etiam in inflammationibus prius euacuationem molimur per digerentia, quam tentemus vel expectemus concoctionem, & ſanguinem quoque emittimus in omnibus morbis in principio, vbi omnia ſunt cruda; igitur nullas alterationes prohibet Hippocrates ante concoctionem, nec corporis motiones, vbi res exigit, nec omnes euacuationes, ſed illas ſolum quæ propriè, & (ut ita dicam) electiuè materiam ipſam crudam educunt, non autem, quæ totam ipſam maſſam humorum euacuant, niſi remedia quæ illa exhauriunt peculiari aliqua ratione concoctioni aut alteri naturæ operi, obſint. prohibebit ergò diuretica quæ ipſum humorem crudum tentãt à tota maſſa extrahere ob eandem rationem, ob quam purgationem prohiberi diximus. Propterea Galenus in curatione febrium tertianarum, & aliarum, in primo ad Glauconem, iubet non eſſe adhibenda diuretica antequam appareant ſigna concoctionis; alia uero quę æqualitate vacuant totã maſſam, vt inediam, frictiones, & alio modo digerentia, in nullo morbi tempore arcet, exceptis balneis, quæ liquent humores, & violentius commouent ad externas partes, addito etiam calore nimio, præſertim ſi per febres adhibeantur. Hæc ergò inter illa quę æqualiter vacuant ferè ſolum prohibentur à maioribus noſtris, quando humores non ſunt concocti, & in omni quidem cruditate ſiue humores ſine febre crudi ſint & pituitoſi, ſiue cum febre bilioſi vel pitui

guinem ſubſiſtit, tutò non adhibetur, ſed melius quã do concoctio facta eſt, ſi poſt illam adhuc huiuſmodi remedium requiritur: crudiores enim alioqui redduntur humores ex ſanguinis detractione, refrigerato ſcilicet ſanguine; prepterea Galenus in libro 4. de Sanitate tuenda, in tali cruditate humorum, ſanguinem dicit non eſſe mittendum; & in febribus quoq; pituitoſis felicius mittitur poſt duos, vel tres dies, quam ſtatim ab initio: nam à calore febrili concreti

qualis eſt caſſia,
do nulla alia ad
ro febres conſiſt
moribus, vbi ia
nis, conferunt q
ces & molliente
verum acriores,
iam concoctum
vincere poſſunt
B motus penitus
quos vero pręſta
alia properandu

C Vm dixi
uenda
de perf
concoctionem a
gendam perfecta
humor penitus c
eſt ita crudus, pa
ſeparari poſſunt,
C deamus ſæpè à n
creſcente adhuc
cus poteſt molir
tus crudus non
ta quæ abſque n
portionem illam
tanquam ſibi fan
non temerè ergo
(non cruda) quo
rùm cum cruda
ſimilia noſtro cor
pretes huius loci
nem ſunt, qui in
cant illos eſſe pit
vel dulcis: aut et

flauos quidem pu
cti, ſed quia turg
lancholicum, &
nec tamen conco
ſed ſolam extenua
chaele Villanouar
& combuſtus Ger
Trinitatis, vt ille
iudicatum eſt à P

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

gitione ſuſpectum regiæ dominationis, præſen morte multavit. g Ac de Spurio quidem h ſuppl cium pater ipſius ſumpſit. Hunc i Quinctii dicta toris imperio, in medio foro magiſter equitum k Se vilius Ahala confodit. Manlium vero l Capitol vindi

qua tamen duplex hallucinatio Flori notanda eſt. Prima quod unum ex his Spurii prænomine inſignem proprie appellat, cum uterque ſic vocatus ſit. Altera, quod Mælio tribuit quod Caſſio competebat. Non enim de Mælio, ſed de Caſſio ſupplicium patrem ſumpſiſſe memoratum eſt. *Salmaſius.*

f *Agraria lege*] Livius 32. 38. legem hanc numerat inter *faces novantibus res, ad plebem in optimates accedendam.* Freinshemius.

g *Ac de Spurio quidem ſupplicium pater ipſius ſumpſit*] Pro vero adfirmat, de quo adeo dubitatum eſt, ut alteram opinionem certiorem adſtruat Livius. Poſtquam enim meminit, auctorem ejus ſupplicii fuiſſe patrem, ſtatim addit, inveniſſe apud quoſdam, idque propius fidem eſſe, à quæſtoribus Fabio & Valerio diem illi dictam perduellionis, & judicio potius publico populi, quam patris privato, damnatum. *Salmaſius.*

h *Supplicium*] Variant auctores. Vide Livium 2. 41. & Dionyſ. 8. 91. Florum autem verum dicere, aut veri certe ſimile, credam, nota patriæ poteſtatis ſeveritate, quam etiam Brutus ſupr. 1. 9. Torquatus. 1. 14. Aulus Fulvius apud Salluſt. Cat. 39. aliique, de quibus Valer. Max. toto cap. 8. lib. 5. in filios e ercuere. Sed & alias tali ex cauſa *ſi filius patrem, aut pater filium o cidiſſet, ſine ſcelere, etiam præmio a ficiendum omnes conſtituerunt.* a Ictus in l. 35. de religioſ. Nimiru altiſſime inſederat animis eorum quod Juſtinus 41. 5. ait; *Patriæ p tius, quam liberis* (aut parentibus *conſulendum.* Freinshemius.

i *Quinctii dictatoris imperio*] V de Liv. 4. 14. Valerius Max. 6. 3. & Cicero pro domo cap. 38. ad dunt: etiam domum ejus dirutam areamque *Æquimelii* appellatio nem traxiſſe. *Idem.*

k *Servilius Ahala*] Quem pr præmio liberatæ Reip. exilium a ingratis civibus tuliſſe ſcribit Va Max. 5. 3. *Idem.*

l *Capitolii vindicem, &c.*] E gregie Cicero: Chari ſunt liberi propinqui, familiares; ſed omne omniū charitates patria una com plexa eſt. Quamvis igitur more a pud Romanos uſitato, non rei tan tum, ſed & cognati eorum ac affi nes, veſtem mutare & togam ſordi dam ſumere conſueverant, ut ma jorem in veſte plebeja excitaren commiſerationem: in hoc judicio quia privatis affectibus patriam an teponebant, nec Aulus & Titiu duo Manlii fratres, nec patrum ul lus aut affinium ſordidati viſi fue runt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

indicem, m quia pleroſque debitorum liberaverat, altius ſe & incivilius efferentem, ab illa quam de-enderat, arce dejecit. Talis domi ac foris: talis ace belloque Populus Romanus, o fretum illud Adoleſcentiæ, id eſt, ſecundum imperii ætatem ha-uit; in qua totam inter Alpes fretumque Italiam rmis ſubegit.

LIBER

unt. Quo maxime ſpectaculo con-erſa & irritata plebs, eum, cui Reſ-ublica tam multum debebat, tam nale tractavit. *Zevecotius.*

m *Quia pleroſque debitorum liberaverat*] Appianus in Excerpt. Peireſc. de hoc ſingulari in debitores beneficio, ita: *M. Manlius, ſtirpis patriciæ, cum urbem à Gallis ſervaſſet, magnis honoribus affectus fuerat. Idem poſtea cum ſenem, qui multa ſtipendia fecerat,* ἀγόμενον ἐς δουλείαν ὑπὸ τοῦ δανειστοῦ γνωρίσας, ἀπέδωκε τὸ χρέος ὑπὲρ αὐτοῦ. h. e. *duci in ſervitutem à Creditore cognoviſſet, ſolvit pro eo debitum. Cujus rei cauſa cum ab omnibus celebraretur* πᾶσιν ἠφίει τοῖς ἑαυτοῦ χρήσταις τὰ ὀφειλήματα. h. e. *Vniverſis ſuis debitoribus creditam donavit pecuniam, atque accepto tulit.* Inde ampliore gloria auctus, καὶ ὑπὲρ ἄλλων ἀπεδίδου, h. e. *etiam pro aliis debitoribus ſatisfaciebat. Iamque populari aurâ elatus, novas tabulas populo oſtentabat, aut certè agrum publicum, qui nondum erat diviſus, ut fœneratoribus in ſolutum darent, oſtentabat.* Hermannides.

n *Altius ſe & incivilius efferentem*] Tamen *Livius lib. 6. cap. 20.* de eo Manlio: *Vir*, inquit, *niſi in libera civitate natus eſſet, memorabilis.* Hermannides.

o *Fretum illud Adoleſcentiæ*] Adoleſcentes concito mari comparat, *quorum*, ut ait Lactantius, *cum ſit ætas lubrica, frenari ac regi debet. Tempus* enim à Bruto Collatinoque Coſſ. in Appium Claudium Q. Fulvium Coſſ. *viris armiſque incitatiſſimum*, in libri exordio adoleſcentiæ comparavit. Et iſta quidem *Camers.* Mihi vero ſemper ſuſpecta fuit iſta lectio. nec enim qui cohæreat apte, video, nec qui bonus exinde ſenſus enaſci poſſit. Si liceret mutare; *Tale domi ac foris, tale pace belloque, P. R. fatum illud adoleſcentiæ habuit.* Jam commodior ſenſus eſt, *tali fortuna dum adoleſcit P. R. domi militiæque uſus eſt.* Videtur præterea duriuſcula illa repetitio τοῦ *fretum*; & illa, non nimis apta huic loco comparatio, quam *Camers* affert. Cur enim fretum adoleſcentiæ Romanæ conferre libeat, quæ non ita ut ſingulorum hominum, vitiis obnoxia fuit; nec eo reſpexit auctor, cum iſtam comparationem inſtitueret: ſed ad illud tantum, quod iſta ætate hominis robur, & corporis firmitas convaleſcit, & animus inſuper re-

rum

LIBER SECUNDUS.

CAP. I.

PROOEMIUM.

a DOmita ſubactaque Italia, Populus R manus b prope quingenteſimum annu agens, c quum bona fide adoleviſſet; quod eſt robur, d ſi qua juventa; tu ille vere robuſtus, & juvenis, & par orbi terraru eſſe cœpit. Ita, (mirum, & incredibile dictu) q

prop

---

rum gerendarum cupientiſſimus eſt. *Fretum* autem ſi comparare potuiſſet voluiſſetve Florus, rectius infantiæ Populi Romani tribuiſſet. *Freinſhemius.* Nova heîc notione *fretum* pro fervore poſuit. Sic enim ſupra dixit: *Hæc eſt ſecunda ætas populi Romani, & quaſi adoleſcenti qua maximè viruit, & quodam f re virtutis exarſit, ac ferbuit.* Ide hoc loco repetens, *fretum adol ſcentiæ* vocat, & ſecundam imper ætatem. Fretum itaque à fervend *Salmaſius.*

---

a D*Omita*] Pro notitia hujus primi capitis, quod locum prœmii obtinet, lege Appianum in operis prologo, qui poſt enumerationem terrarum, quas Romani ſubegerunt, ſic inquit: *Harum tantarum innumerarumque nationum, quum tanta ſit magnitudo, Italiam tamen magno labore, ac vix quingentis annis, ſtabilem ſibi reddidere &c.* Ibidem præterea enumerat fere nationes omnes, quæ Rom. paruerunt. Lege Dionyſ. in princ. prim. antiq. Roman. *Camers.*

b *Prope quingenteſimum*] Ideo ſcripſit, quia ab U. C. ad primum bellum Punicum anni tantum ſunt CDIXC. rotundiore itaque numero uſurus undecim annos, qui a quingenteſimum uſque deſidera bantur, unica dictione, *prope*, in cluſit.

c *Quum bona fide adoleviſſet* Genuinus ſenſus eſt: cum, citra o mnem controverſiam, jam verè e ſet ἐν ἀκμῇ, ac vigoris ſui felicita tem contueretur. Vigoris illius ro bur deſcribit *Polyb. lib.* 2. *cap.* 24 cum docet paulo ante bellum Punicum ſecundum, tumultu Gallico, recenſione militum factâ, repertum eſſe, & ad Senatum in tabulis relatum numerum aptæ ad militiam multitudinis, *peditum millia ſeptingenta*, *equitum ſeptuaginta.* Huc referri poſſunt quæ & *Plinius*

habet

rope quingentis annis domi luctatus eſt (adeo difſtile fuerat dare Italiæ caput) his [e] ducentis annis, ai ſequuntur, Africam, Europam, totum denique rbem terrarum bellis victoriiſque peragravit.

CAP.

ibet *lib.* 3. *cap.* 20. & *Oroſ. lib.* 4. *p.* 13. Hermannides.

d *Si qua juventa*] In vetuſtiſſi-o & optimo Nazariano lego, *Iu-ventas.* Quomodo ſcripſiſſe Flo-m, non dubitem. Veteres Gloſ-: *Iuventas,* ἥβη. *Freinsh.*

e *Ducentis annis*] Hanc juven-m & robuſtam populi Romani tatem, hoc loco ducentis annis terminat, ad Cæſarem uſque uguſtum. At in prologo operis, ic robuſtæ imperii maturitati ucentos quinquaginta annos aſſi-nat. Et certe à Romulo ad Cæſa-m Auguſtum ſeptingentos annos umerat. Ex his ducentos quin-uaginta annos ætati dat quæ ſub gibus, quam infantiam imperii onit. Deinde à primis conſulibus, ſque ad Appium Claudium & Quintum Fulvium conſules ejuſ-em adoleſcentiam per ducentos nnos patere facit. Sic anni qua-ringenti & quinquaginta exeunt. Reſtant ducenti quinquaginta uſ-que ad Auguſtum, quibus totum rbem pacaſſe dicit, ut ſeptingenti fiant. Nec ſcio cur hic ducentos tantum aſſignet. Quod tamen e-tiam infra repetit in Anacephalæoſi libri tertii, ubi tertiam hanc æta-tem populi Romani tranſmarinam, qua Italia progreſſus arma toto or-be circumtulit, ducentis annis ro-tundis definit. Horum quippe ſu-periores centum ſanctos, pios & aureos, ſine ſcelere ac flagitio fuiſ-ſe dicit. Poſtremos alteros cen-tum in Cæſarem & Pompejum, ſe-quutumque hos Auguſtum, ut claritate rerum bellicarum magni-ficos, ita domeſticis cladibus mi-ſeros & erubeſcendos. Ita parum ſibi conſtat noſter. Certe idem u-trobique dicere debuit. Simile por-ro eſt quod heic perhibet, quin-gentis prope annis domi luctatum eſſe populum Romanum. At in prologo dixerat prope ducentos quinquaginta per annos circa i-pſam matrem cum finitimis lucta-tum fuiſſe. Hoc eſt domi. Nam to-ta Italia quam intra illos quingen-tos annos ſubegerunt Romani, non ipſorum proprie domus fuit. *Salm.*

Puni-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

CAP. II.
Primum bellum [a] Punicum.

IGitur victor Italiæ Populus, quum à te ra fretum uſque veniſſet, more ignis, q obvias populatus incendio ſilvas, inte veniente flumine abrumpitur, paulliſp ſubſtitit. Mox quum videret [b] opulentiſſimam i proximo prædam, quodammodo Italiæ ſuæ abſc ſa

[a] PVnicum] Primi belli Punici cauſſas varie referunt auctores: nonnulli eo referunt quod Pœni ſive Carthaginienſes claſſe Tarentinos, contra fœdus cum populo R. ictum, adjuviſſent. Fœdera autem Carthaginienſium cum Romanis, inde à primis coſſ. repetit libro tertio Polybius: ſed tamen ille belli iſtius cauſas fere cum Floro eaſdem recenſet; refert Plutar. Pyrrhum à Sicilia recedentem reſpexiſſe, ſuiſque dixiſſe: O qualem nos, ô amici Carthaginienſibus & Roman. palæſtram relinquimus? idque, ut is conjecerat, haud diu poſt ita eveniſſe: cætera Florus. *Stadius.* Punicum bellum primum inceptum eſt anno tertio CXXVIII. Olymp. Dionyſ. 1.8. Manifeſtus error in omnibus Solini codicibus impreſſis hucuſque, quibus aſſeritur Punicum bellum primum fuiſſe anno CCCXXCIX. ab U. C. Melius Agell. cap. ult. lib. 17. *Anno*, inquit, *poſt Romam conditam CD. ferme & XC. Coſſ. Appio Claudio cui cognomentum Caudex, Appii illius Cæci fratre, & M. Fulvio Flacco, bellum adverſus Pœnos p mum ceptum.* Oroſius 4. 8. Liv in princ. triceſimi primi, dicit p mum bellum inceptum an CDLXXXIIX. ab. U. C. Plin. 33. *Argentum*, inquit, *ſignatum eſt a Vrbis CCCXXCV. &c. Q. Fabio C quinque annis ante primum bellu Punicum.* Freinſhemius. Ad A ctores qui de primo bello Puni quondam ſcripſerunt, referri pot ex recentioribus *Aretinus*, que *Boiſſardus* dicit 14 libris Hiſtoria hanc notaſſe, *in Iconibus Viroru illuſtrium.* Ex veteribus *Aruntiu* ut habet *Seneca Epiſt.* 114. ſed c jus nulla hodie veſtigia. *Herman*

[b] *Opulentiſſimam in proxim prædam, quodammodo Italiæ ſu abſciſam ac revulſam*] Hæc præ Sicilia eſt, quam Italiæ abſciſa mari ac revulſam, cum olim cont nens illi terra eſſet, inter omn convenit. Neſcio quomodo tame haud ſatis concoquo, prædam ea dici abſciſam ac revulſam Italia cum aut Siciliam nominari, a terram, magis conveniret, quæ re vulſa & abrupta diceretur Itali ſua

am ac revulſam; adeo cupiditate ejus exarſit, [c] ut quatenus nec mole jungi, nec pontibus poſſet, [d] armis

ıæ. Sed talium cacozeliarum pleus iſte, qui, dum elegantias affetat, ſæpe in hoc vitium incidit. *almaſius*. *Diodorus Sicul.* lib. 23. ap. 1. *Siciliæ inſularum omnium ulcherrima exiſtit*, ut quæ multum onducit ad imperii, ſeu principaıs incrementum. *Cic.* pro L. Mailia, Siciliam, Aſiam & Sardiniam ocat *tria frumentaria ſubſidia reiublicæ*. Adde eundem *in Verrem* 4. Hæc igitur erat veriſſima cauſa prini belli Punici. Addit *Polyb. lib.* 1. *ap.* 10. Romanos, quod viderent *Pœnos*, non *Africæ* regiones dunaxat, verum etiam in *Hiſpania* pleaque loca juris ſui feciſſe; *inſulis* præterea *Sardoi Etruſcique maris* potitos, metuiſſe ne occupata *Siilia* valde ſibi graves & formidabiles vicini forent. Ideo rebus ſuis neceſſarium duxiſſe, *Meſſanam* non deſeri; nec permitti *Carthaginenſibus*, ut, ad trajiciendum in Italiam, quaſi pontem ſibi aliquem ſtruerent. Hęc conſilia maxime politicis notanda ut diſcrimen diſcant, inter veras belli cauſas & nudos tantum prætextus, ad ſtabiliendam potentiæ rationem. *Hermannides*.

c *Vt quatenus nec mole jungi*] Ita doctiſſimi viri correxerunt. Omnino recte. *More* pro *mole* vitioſe ſcriptum erat. Inde illud *more* in *mare* mutarunt imperiti ſcribæ. Sic infra libro tertio, *gravi mole*, pro *gravi more*, repoſuimus, quo loco habebant editi *gravi timore*. In vita Probi ubi legitur: *dejectis in altum navibus*; *naribus* aut *maribus* habent membranæ. Ex quo etiam fecimus, *molibus*. Vereor tamen ne adhuc aliquid requirendum ſit ad ſanitatem loci plenius reducendam. Certe Nazarianus codex aliud quid tentandum ſuadet, dum ſic legit: *Vt quatenus nec mare, & nec mole jungi nec pontibus poſſit, armis belloque jungendum & ad continentem ſuam revocandum bello videretur.* Fallor utique aut ſcripſit auctor: *Vt, quatenus mare nec mole jungi, nec pontibus poſſet, armis belloque jungendum, & ad continentem ſuam bello revocandum videretur.* Mare diſcidium fecit ac divortium inter Siciliam ac Italiam, continentemque terram interrupit. Quatenus ergo nec mole jungi nec pontibus poterat illud mare, bello armiſque jungendum, & ad continentem ſuam revocandum, Romano viſum eſt. Melius etiam fortaſſe legeretur: *Vt, quatenus mare nec mole jungi, nec pontibus poſſet, armis belloque jungenda & ad continentem ſuam revocanda bello videretur.* Non enim recte dicatur mare ad continentem ſuam revocari. At belle hoc dicas de ipſa Sicilia, quæ olim mari abrupta & continenti ſuæ revulſa, mox in continentum ſuam, unde abſciſa olim fuit, revocanda bello & armis, quatenus mare, quod intervenerat, ponte aut mole jungi nequiret. Certe alii Codices hanc correctionem firmare videntur, qui habent: *jungendam* & *revocandam*. Salmaſius.

d *Armis*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

mis belloque jungenda, & [e] ad continentem ſuur revocanda bello videretur. [f] Sed ecce, ultro ipſi viam pandentibus fatis, nec occaſio defuit; quur de Pœnorum impotentia, fœderata Siciliæ civita [g] Meſſana quereretur. [h] Affectabat autem ut Ro manus, ita Pœnus [i] Siciliam; & eodem tempore paribus uterque votis ac viribus, imperium orbi cogitabat. Igitur [k] ſpecie quidem ſocios juvandi re au

d *Armis belloque jungenda*] Proxime huc illud *Curtii lib. 7. cap. 7.* accedit: *Quanti æſtimandum eſt, quæ tam longo intervallo natura videtur diremiſſe, unâ victoriâ ſubito committere.* Hermannides.

e *Ad continentem ſuum*] Hanc lectionem magis probavit Gruterus noſter. Aliud mihi videtur, & magis placet quod habent noſtri: *continentem ſuam.* Nam, continens cum dicitur, ſemper intelligitur terra. Mela & Plinius integre expreſſere, & *continentem terram* dixere. De quo nos alibi. *Salm.*

f *Sed ecce, ultro ipſis viam pandentibus fatis*] Libri noſtri meliores: *Et ecce ſe ultro viam pandentibus fatis.* Probo quidem illud *&*, pro *ſed.* At ſyllabæ *ſe*, locum non invenio. Niſi forte legendum *eccere*, quod pro *ecce* uſurpaſſe quosdam notat vetus Gloſſarium. *Eccere, ἰδὲ. Idem.*

g *Meſſana*] Omnium Sicularum urbium vetuſtiſſima; in ora Peloritana, poſt 12. ab extimo Pelori excurſu paſſuum millia: quondam *Zancle* dicta, à curvitate portus, quẽ frequentiſſimis navigationibus habuit accommodatiſſimum. Hodie *Meſſina.* Sedes quondam multarur per diverſa tempora gentium. *Her mannides.*

h *Affectabat ut Romanus, it Pœnus Siciliam, & eodem tempor paribus uterque votis, ac viribus imperium orbis cogitabat*] In ho viribus incumbunt plerique, út vi cinorum potentiam augeri non ſi nant. Adeo ut ſæpe quibuſdam di verſarum omnino partium ſuccur rere non dubitent, ne aliqui (quo amicos tamen habere ſe ſimulant potentiores evadant. Ideo mul alterius ſocietatem induunt, ad al terum per occulta inclinant, & ſe creta ei ſubſidia caute ſubmini ſtrant. non ut vincat, ſed ne vinca tur: quia in aliorum tumultibu quietem ſuam ac ſecuritatem ſitan eſſe non ignorant. *Zevecot.*

i *Siciliam*] Sicilia maxima i Tyrrheno mari inſula, Italiæ a Bruttios imminens, Triquetra e dicta, Thucydidi Sicania, à Græ cis etiam Trinacria, à tribus pro montoriis, quibus ſeſe in mare pro tendit. *Stad.*

k *Specie quidem ſocios juvandi re autem ſollicitante præda*] Mult iſta arte multa occuparunt. Philip pu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

e autem ſollicitante præda ; quanquam territaret ıovitas rei , ([l] tanta in virtute fiducia eſt) ille udis , ille paſtorius populus , [m] vereque terreſter , [n] oſtendit nihil intereſſe virtutis , equis an ıavibus, terra an mari dimicaretur. [o] Appio Claudio conſule, [p] primum fretum ingreſſus eſt, [q] fabuloſis

ıus Macedo , dum contentiones ivitatum alit, auxilium inferioribus ferendo , victos pariter victoeſque ſubire regiam ſervitutem oëgit. *Iuſtin. l.* 8. Demetrius quoque invocatus ab Alexandri filio ontra fratrem Antipatrum Maceloniam occupavit. *Iuſt.l.*16. Zevec.

l *Tanta tamen in virtute fiducia ſt*] Camertis ed. (*quanquam teritaret novitas rei , tanta t. i. v. f. ſt*) vetuſtiores totam periodum ıulla parentheſi ſecant , unde cerius apparet , voculam iſtam *tamen* ıb inepti gloſſatoris manu acceſſiſe , qui , cum vox *quanquam* præeſſiſſet, neceſſario hanc ſubjiciendam putaverit. Similia gloſſemata nfra etiam, 2. 14. 4. & 4. 3. 4. exrivimus. Si quidem igitur me audis, ita ſcribe ; (*tanta in virtute fiducia eſt !*) & nimio elegantior erit ſententia. Talem autem fiduciam ſe quoque in militum ſuorum virtute habere Alexander teſtatur , apud Curt. 9. 2. 25. *veſtram virtutem , rerum quas geſturus ſum , vadem prædemque habeo. Quamdiu vobiſcum in acie ſtabo , nec meos nec hoſtium exercitus numeravero.* Freinshem.

m *Vereque terreſter*] Τῷ ὄντι ἠπειρώτης & ex illis populis Homericis οἳ οὐκ ἴσασι θάλασσαν. Sic terreſtrem hic maritimo opponit. Ita *terreſtre iter* dicitur quod terra fit non mari. Alias terreſter etiam γηγενὴ notat & terra natum, quales ſe haberi volebant rudes & caſci populi illi , quorum ignorabatur origo. *Salmaſius.*

n *Oſtendit nihil intereſſe virtutis*] Polybius ipſe hoc in admirationem rapit lib. 1. cap. 20. *Fabricatores navium in tantum erant rudes quinqueremium conſtruendarum (ignotus Italis ejuſmodi navigiorum uſus) & tamen Romani audebant ingredi mare : ut facile ex eo magnitudinem animi Romanorum , & vi rebus ſuſcipiendis audaciam colligere liceat!* Hermannides.

o *Appio Claudio*] Qui *Caudex* inde appellatus. Vide Senec. de brev. vitæ c.13. & ibi Lipſium. meminit ejus Suet. Tib. 2. 3. *Freinsh.*

p *Primum fretum ingreſſus eſt*] Nazarianus cum veteri editione : *Primùm fretum tum ingreſſus eſt.* Illud *tum* παρέλκον non eſt dubium , ſi diſtinguimus , ut eſt in editis : *Appio Claudio conſule primùm fretum tum ingreſſus eſt.* Sed mutanda omnino cum hac lectione diſtinctio , ac legendum : *Ille rudis , ille paſtorius populus vereque terreſter , oſtendit nihil intereſſe virtutis , equis an navibus, terra*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

bulosis infame monſtris, æſtuque violentum: ſe adeo non eſt exterritus, ut illam ipſam ruentis æ ſtus violentiam [r] pro munere amplecteretur: ſta timque ac ſine mora [ſ] Hieronem Syracuſanum re gem tanta celeritate vicit, ut ille ipſe ſe prius victum quam hoſtem videret, fateretur. Duillio Corne lioque conſulibus, etiam mari congredi auſus eſt

[t] Tun

an mari dimicaretur, Appio Claudio conſule. Primum fretum tum ingreſſus eſt. Appio, inquit, Claudio conſule oſtendit ille, antea terreſter tantum populus, nihil intereſſe virtutis, terra an mari dimicaretur. Tum primum fretum quippe ingreſſus eſt. Appii Claudii conſulatum, quaſi principium firmatæ ætatis ac robuſtæ maturitatis in populo Romano, notavit, quo Italia progredi auſus, & è terra ſua exire, maritimus repente factus, tranſmarinis provinciis domandis toto orbe arma circumferre cœpit. *Salm.*

q *Fabuloſis inf. monſtris*] De Scylla & Charybdi intelligit. Charybdim fretum inter Rhegium & Meſſanam vocari Thucydides lib. 4. ſcripſit: alii Charybdim vorticoſum & altiſſimum mare ante Meſſanam tradunt, quod ſuis vorticibus naves in gyrum tractas abſorbeat, & tabulata attrita parteſque navium ad Tauromenitanum littus evomat. *Stad.* Veteres Jordanei libri: *fabuloſis famæ monſtris æſtuque violentum.* Τὰ πάλαι μυθολογούμενα ϗ φημιζόμενα intelligeret. Sed omnino recta eſt librorum Flori ſcriptura. Scyllam porro & Charybdim deſignat, Siculi maris fabuloſa monſtra. *Salmaſius.*

r *Pro munere amplecteretur* Explicat, & addit Jordanes: *Quo velocitas navium mari juvaretu* Quæ Flori ſi quis verba eſſe credi profecto fallitur. *Salmaſius.*

ſ *Hieronem Syracuſanum Re gem tanta celeritate vicit, ut il ipſe ſe prius victum, quam hoſte videret, fateretur*] Non hoc e mirum. Pacis mentionem injece rat & leges propoſuerat Appius Ignarus hinc Hiero, nunquam Im peratorem ita paci credere debere ut non ſe bello præparet; quod e tiam dum non geritur pro indict habendum eſt, *Seneca de vita bea ta, c. 26.* cum timentem ſibi Clau dium nihil auſurum putaret, terg patefecit occaſioni. Monet Thu cydides ut cura geratur, ne collo quiorum de pace prætexto, inſ diæ aut proditiones velentur, v rei tantum ſuæ ac tempori ſtude inimicus. Periit ſic olim Troja, & id pœne ſemper agunt Turcæ & Hiſpani. Certe cum Belgio pro R ge præeſſet Parmæ Dux, ſerio d pace agi omnes exiſtimarunt; ſe claſſis illius, quam ſtulte invinci bilem vocarant, adventus, mal gnum Regis animum, ſub optata ut fingebat, pacis larva latentem abunde detexit. *Zevecotius.*

t *Tu*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

[t] Tum quidem ipſa velocitas claſſis comparatæ, auſpicium fuit. Intra enim [u] ſexageſimum diem, quã cæſa ſilva fuerat, centum ſexaginta navium claſſis in anchoris ſtetit; [x] ut non arte factæ, ſed quodam munere deorum converſæ in naves, atque mutatæ arbores viderentur. [y] Prœlii vero forma mirabilis: quum illas celeres volucreſque hoſtium naves, hæ graves tardæque comprehenderent. Longe illis nauticæ artes, [z] detorquere remos; & ludificari

t *Tum quidem ipſa velocitas*] Non negabit, verius eſſe, *cum quidem velocitas*, qui Flori imbiberit genium, & ejus loquelæ aſſuevetit. Ab omnibus Flori libris vox abeſt *victoriæ*. Jordanis ſcripti Codices, *& victoriæ*, ſcriptum habent. Et ſanè vocem *victoriæ* rectè abeſſe nullus negem. Nec præter ſolitum levis Jordanes, qui illam adtexuit. Pro *auſpicium*, etiam *auſpicio* legerim: *Cum quidem ipſa velocitas claſſis comparatæ, auſpicio fuit*. Etſi *auſpicium* rectum eſſe non neſciam. Ait Florus rem auſpicatam illam fuiſſe Romanis, & benè ominatam, quod tam velociter claſſem comparaverint; ipſi antea τῶν ναυτικῶν ἄπειροι. Qui mihi igitur aſſentiendum putabit, *victoriæ* ſtatim deleverit. *Salmaſius.*

u *Sexageſimum diem*] Non minus admirabilis Scipionis celeritas, in eadem re, qui *ita inſtitit operi, ut die quadrageſimo quinto, quam ex ſilvis detracta materia erat, naves inſtructæ ornatæque in aquam deductæ* ſint. Livius 28. 45. *Freinshemius.*

x *Vt non arte factæ*] Alludit ad ἑτεροιούμενα καὶ μεταμορφώσεις *Poëtarum*, ut *Ovidii*, *Nicandri*, *Ceronnæ* aliorumque, qui ſimili aliquando luſerunt argumento. Neque impari argumento *Erycius* etiam *Puteanus lib. 6. Hiſt. Inſubr. pag.* 303. de matura expeditione Berengarii: *Hinc claſſicum inſonuit. Naſci miles, non ſcribi videbatur: citiusque conflatur exercitus, quam adeſſe hoſtem Hugo reſciſceret.* Hermann.

y *Prœlii forma mirabilis*] Libri Flori: *fama*. Jordanei: *forma*. & melius. Nec aliter ſcriptum reliquit Florus, & ita rectè jam obtinere voluerunt viri docti. *Salmaſ.*

z *Detorquere remos*] Audio doctiſſimum virum reſcribentem *detergere*. Sed cum renitantur omnes libri, cum veteres excuſi, tum calamo exarati, fortaſſe nihil mutandum. Jordanis ſcripti: *Remos detorqueri*. Nec aliter videtur ſcriptum reperiſſe in Flori exemplaribus, quibus uſus eſt. Græci in eadem re verbo παρασύρειν utuntur, quod convenit cum verbo *detorquere*. Poſſet tamen vitium videri

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

dificari fuga roſtra. Injectæ enim [a] ferreæ manus, [b] machinæque aliæ, ante certamen multum ab hoſte deriſæ, coactique hoſtes quaſi in ſolido decernere. Victor ergo [c] apud Liparas, merſa & fugata hoſtium claſſe, primum illum maritimum egit triumphum. Cujus quod gaudium fuit? quum Duilius

vetus, *detorguere* pro *deterguere*. Ut *voſter, revolſus*, & ſimilia. Inde literulæ mutatione *detorquere* factum. & hoc verius puto. *Idem.*

a *Ferreæ manus*] *Aſſeres ferreo unco præfixi, harpagones vocant milites.* Liv. 30. 10. *Ferreæ manus, harpagonas vocant.* Curt. 4. 2. Manifeſta autem eſt utriuſque appellationis ratio, *manus* à prehendendo, *harpagones* à rapiendo, attrahendo, quo nomine etiam appellatur uncus, quo è puteo quid extrahitur: qua de re loqui autumo l. 12. §. 21. de inſtruct. leg. *Freinſh.* Ferreas manus vocat, quas, ut agilitatem Punicarum mole ſuarum navium retardaret, Duilius conſul excogitaverat. *Stad.*

b *Machinæque aliæ*] His verbis circumſcribit corvos, quos depingit Polyb. 1. 22. Non enim ferreæ manus & corvi idem ſunt, quod vel ex Curtio intelligere liceret, citato modo loco 4. 2. *ferrea manus, corvique, & alia, tuendis urbibus, excogitata.* iterum 4. 3. *Corvi vero, & ferreæ manus.* Machinarum autem talium inventionem Tyriis videtur tribuere Curtius citatis locis. Plinius tamen harpagonas Periclis inventum eſſe ſcribit. 7. 46. Inconſideranter Appianus, de bel. civ. lib. 5. pag. 739. Agrippam inventorem facit. *Freinſh.* Corvi ſunt pontes quidam novem pedum, in gradus ſecundum longitudinem digeſti, qui circa navium proras erecti ſtabant: ii libramentis quibuſdam remiſſi, & præcipiti rotæ volubilitate pondereque impetum adjuvantes, quacumque parte in adverſam navim irruebant, eam manu ferrea, ſive harpagone, aſtringebant, militibusque, per ſubſtratum ita pontem, via in hoſtium naves patebat. Cum Pœni Romanos, ut rei navalis imperitos, duce Annibale, temerario impetu invaderent, implicatis ejus machinæ uſu à prora & ex obliquo, quacunque irruerent, navibus, vincuntur à Duilio, capiturque & Septiremis Annibalis, quæ Pyrrhi regis fuerat: ipſe dux ægre elapſus Carthaginem fugit. *Stadius.*

c *Apud Liparas*] Pœnos primum claſſe à C. Duilio cos. ad Liparas inſulam eſſe victos, primumque eum egiſſe navalem triumphum, anno U. C. CDXCIII. priſci teſtantur, & eam ob cauſſam ei perpetuum honorem habitum, ut reverienti à cœna, tibicine canente, funale præferretur, & columnam ipſi publico in foro erectam eſſe hujus victoriæ cauſa Plin. l. 34. c. 5. teſtatur. Lipara inſulæ & urbis in eadem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

ius Imperator, d non contentus unius diei triumpho, e per vitam omnem, ubi à cœna rediret, f prælucere funalia, præcinere ſibi tibias juſſit, quaſi quotidie triumpharet. g Præ tanta victoria leve hujus

lem nomen: eſtque una ex Æoliis ſeptem. Dicta Lipara à Liparo rege qui Æolo ſucceſſit, abeſtque ab Italia in meridiem XII. mil. paſſuum, ipſaque circuitu paulo minori. Vide Plin. libr.3.cap. 9. Strab. lib.6. *Stadius.*

d *Non contentus unius diei triumpho*] Hac de re *Lipſius Cent.* 4. *Miſcel. Epiſt.* 3. *Caſaub. in Suet. Cæſar. cap.* 37. *Picart. Decad.* I. *cap.*6. cujus tamen verba caute legenda. Permiſſum hoc fuit Duillio ſcilicet, quia non vetitum. Sed cave credas, decretum eum Duillio publicè: nam ipſe ſibi privatus ſumpſit, quod conſtat ex *Cic. libro de Senect. c.* 13. Rupertus. Si quæras, An omnibus viris clarioribus id genus honores permittendi? Diſtingue inter ea, quæ præter externum ſplendorem nihil habeant, & ea, quæ ad jura ſummæ poteſtatis (ἡγεμονίας) eminentiamque proprie pertinent. In his poſtremis publicam omnino authoritatem requiri docet *Ariſt. lib.* 2. *Polit. cap.* 6. Hermannid.

e *Per vitam omnem &c.*] Cato apud Cic. de Senect. c. 13. *C. Duilium M. F. qui Pœnos primus claſſe devicerat, redeuntem à cœna ſenem ſæpe vidi puer; delectabatur cereo funali, & tibicine, quæ ſibi nullo exemplo privatus ſumpſerat* &c. vide etiam Val. Max. 6. 3. 4. Plin. 34. 5. Tacit.2.49. Porro de vocabulo *juſſit*, quo Florus hoc loco utitur, eſt qui dubitat vir non obſcurus, putatque legendum *ſenſit*. Sed vulgata lectio ſatis firmatur Ciceronis loco. Præterea novum non eſt, ut qui præclare quid geſſerat, aliquem honorem ſuo arbitrio ſibi ſumeret; ita *Cornificius tantum ſibi obſervatos à ſe milites tribuit, ut Romæ, quoties foris deinde cœnaret, elephanto domum revectus ſit.* Auctor Dio lib. 49. paulo poſt princ. *Freinshemius.*

f *Prælucere funalia, præcinere ſibi tibias juſſit*] Quia Romani omnia quæ in imperio aut ſtatu civitatis erant, ab iis defendi & firmari putabant, qui militari virtute antecellebant: tam variæ honorum ſpecies excogitatæ fuerunt, quibus bene de Republica meriti ornabantur, ut alii, pulchra æmulatione accenſi, ad virtutem etiam niterentur, & ipſi victoriarum ſuarum præmia & fructum perciperent, quibus etiam modeſtiſſimi delectari conſueverunt. *Trahimur nempe omnes laudis ſtudio, & optimus quiſque maxime gloria ducitur. Eſt anguſti animi atque demiſſi, triumphi honorem atque dignitatem contemnere:* nam ut levitatis eſt inanem aucupari rumorem, & omnes umbras, etiam falſæ gloriæ, conſectari; ſic levis eſt animi, lucem ſplendoremque fugientis, juſtam gloriam, qui eſt fructus veræ virtutis honeſtiſſimus, repudiare. *Zevecot.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

hujus prœlii damnum fuit, alter conſulum inter
ceptus [h] Aſina Cornelius: qui [i] ſimulato collo
quio evocatus, atque ita oppreſſus fuit; [k] perfidia
Punicæ documentum. Calatino [l] dictatore, fe
re omnia præſidia Pœnorum, [m] Agrigento, [n] Dre
panis

g *Præ tanta victoria leve hujus*] Leviter trajecta vox *hujus*, quam ita reſtituimus: *præ tanta hujus victoriæ leve prœlii damnum fuit.* Præ victoria hujus Duillii, leve damnum fuit prœlii, altero Conſule intercepto. Hoc omnino verum eſt. Puto etiam diſtinctione mutata ſcribendum: *Præ tanta hujus victoria leve prœlii damnum fuit, alter conſulum interceptus Cornelius Aſina.* Salmaſius.

h *Aſina Cornelius*] Amant ſcriptores cognomen præponere. nihil frequentius Tacito, nihil Vellejo, nihil aliis. *Gruterus.* Unde autem cognomentum iſtud Cornelię genti hæſerit, vide apud Macrob. Saturn. 1. 6. *Freinshemius.*

i *Simulato colloquio*] Qua ratione plures etiam decepti. Ariarathes Cappadox apud Juſtin. 38. 1. Artavaſdes Armenus apud Plutarch. Anton. 67. Tyranni Athenienſes apud eundem Juſtin. 5. 10. *Idem.* Cn. Cornelius Aſina C. Duillii collega, dum Liparas cum XVII. navibus contendiſſet, opportunitate aliqua invitatus, tamen aliquanto quam neceſſe erat celerius, ab Annibale Pœnorum duce, velut indagine, cinctus capitur, teſte Polyb. libr. 1. Cæteri auctores cum Floro de Punica fraude & jurejurando deceptum conſulem conſen-
tiunt: dum enim eum adduxerur
ad ſuum ducem, quaſi viſendi æ
grotum gratia, mox captivum ab
ripuerunt in Africam è Sicilia cur
XXII. navibus, ut Appian. in Lybi
cis ſcribit, idem Cornelius, ſexer
nio poſtquam captus fuerat, de Pœ
nis pro conſule triumphavit. Hu
jus & Val. l. 6. & Capitolini ſcripto
res meminerunt. *Stadius.*

k *Perfidiæ Punicæ*] Quæ in pro
verbium abiit, quod recenſet Era
mus 1. 8. 28. & Gilbertus Cogna
tus in append. adagio 35. ſimile
eſt *Græca fides*, de quo Eraſmus
8. 27. *Freinshemius.*

l *Dictatore*] Temere hic à Flo
ro adſcribitur dictaturæ A. Atil
Calatini, quod conſulatui ipſius tr
buendum erat anno U. C. CDXCI
Dictator enim ipſe Calatinus ſuff
ctus eſt in locum M. Claudii Gl
ciæ, [ſive potius Ilyciæ, ut hodie
pud Sueton. Tib. 2. 8. legitur] q
ſcriba fuerat, coactuſque abdicav
rat, anno U. C. DV. atque in ipſi
dictatura nihil memorabile geſtu
invenio, etſi primus dictator fuer
qui extra Italiam imperium habu
rit. *Stadius.*

m *Agrigento*] Agrigentum Si
liæ oppidum, medio fere inter P
chynum & Lilybæum promonto
ria ſpatio: eoque latere Sicilia Af
cæ littoribus prætenditur. ἄκραγ
Gra

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

panis, o Panormo, Eryce, p Lilybæo detraxit. Trepidatum eſt ſemel circa q Camerinenſium ſaltum: ſed eximia virtute r Calpurnii Flammæ; tribuni

Græc. dictum, biennio prius quam conſul eſſet Calatinus, in poteſtatem P. R. venit, per obſidionem Coſſ. L. Poſtumio, Q. Mamilio, anno U. C. CDXCI. deſcrib. Agrigentum à Polyb. lib. 9. *Idem.*

n *Drepanis*] Drepanum à Lilybæo in Septemtrionem diſtabat, teſte Polybio, ſtadiis fere viginti: nomen habet ab incurvato ſinu inſtar falcis: δρέπανον enim Græcis falcem ſignificat, nunc Trapani dicitur. *Idem.*

o *Panormo, Eryce*] Panormus ultra Drepanum in Septemtrionem ſita eſt, diſtatque à Lilybæo 48 mill. p. *Eryx* mons eſt inter Drepanum & Panormum mari imminens; ſed Panormo quam Drepano vicinior, qui magnitudine ab Ætna ſecundus eſt: in ejus vertice planicies erat, ubi Veneris Erycinæ templum. Paulo infra verticem Urbs erat ejuſdem cum monte nominis, erat & in eodem monte Anchiſis ſepulchrum. *Idem.*

p *Lilybæo*] Lilybæum extremum Siciliæ in brumalem occaſum promontorium, à Roma in Euronotum, à Carthagine in Helleſpontum porrectum jacebat, diſtabatque ab Africæ littoribus mille ſtadiis, ut Polyb. ut Strab. teſtatur, mille quingentis. Sed Plin. ad Mercurii promontorium à Lilybæo centum & octoginta millia paſſuum menſurat. Strabo etiam auctor eſt, quendam acutiſſimi viſus, cum in ſpeculam aſcendiſſet, naves Carthaginienſium portum egredientes Lilybetanis numero renuntiaſſe, quod ſane ſphærica ratio ob maris convexitatem interea ad tria mill. p. turgeſcentem non patitur, aut oportuit trium millium p. altitudinis eam ſpeculam habuiſſe. Erat in hoc quoque promontorio Lilybæum urbis firmiſſima & Carthaginienſium præſidio munita; de qua hic loquitur Florus: ea hodie *Marzala* dicitur. *Idem.*

q *Camarinenſium*] Camarina urbs Siciliæ, Syracuſanorum colonia, in latere Lybici maris à Pachyno in occaſum diſtabat 50. mill. paſſ. teſte Strabone: ad hujus urbis ſaltum, cum temeritate conſulis Calatini exercitus in vallem (cujus colles undique hoſtes inſediſſent) demiſſus eſſet, Calpurnii ſtratagema conſuli occaſionem dedit, ad exercitum inde extrahendum: aliter iſta, quam Florus narrat, Frontinus lib. 1. c. 5. & lib. 4. cap. 5. itidem Gellius 3. cap. 7. & varia huic Tribuno nomina adſcribunt. *Idem.*

r *Calpurnii Flammæ*] De hoc Plin. 22. 6. Livius, 22. 60. & ejus Epit. 17. M. Cato apud Agell. 3. 7. *Q. Cæditium* vocat; CL. Quadrigarius *Laberium.* Caute igitur Frontin. Strateg. 4. 5. 10. *Is, cujus varie tradidere nomen.* Diſſentiunt etiam in militum numero. Ceterum ante hunc, ſalvis etiam militibus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

buni militum, evaſimus, qui lecta trecentorum ma nu, infeſtum & ſ inſeſſum ab hoſtibus tumulun occupavit, adeoque moratus hoſtem, dum exer citus omnis evaderet: ac ſic pulcherrimo exitu t Thermopylarum & Leonidæ famam adæquavit hoc illuſtrior noſter, quod expeditioni tantæ ſu perfui

tibus ſuis, exercitum Rom. Decius liberavit. Liv. 7. 34. &c. Plin. 22. 5. *Freinsh.*

ſ *Inſeſſum ab hoſtibus tumulum occupavit*] Non tantum inſeſſus ab hoſtibus ille tumulus; ſed etiam infeſtus & iniquus fuit Romano. Epitomes Livianæ auctor lib. XVII. eandem hanc rem narrans: *Attilius Calatinus conſul cum in locum iniquum, Pœnis circumſeſſum, temere duxiſſet exercitum, M. Calpurnii tribuni militum virtute & opera evaſit.* Notandum porro non inſeſſum ab hoſtibus dicere illum tumulum; ſed circumſeſſum. In medio quippe hoſtium ſitus, ad quem, eruptione per medios hoſtes facta, capiendum contendit Calpurnius, ut Pœnos in ſe converteret, & ſpatium daret cetero exercitui evadendi. Quod non ſolum ex illo Epitomes loco noſcimus; ſed etiam ex altero Livii lib. XXII. ex oratione Manlii Torquati, ubi hæc verba: *Sicut nobis adoleſcentibus, priore Punico bello Calpurnius Flamma trecentis voluntariis, cum ad cumulum eos capiendum ſitum inter medios hoſtes duceret, dixit: Moriamur milites, & morte noſtra eripiamus ex obſidione circumventas legiones.* Non igitur inſeſſus ab hoſtibus ille tumulus, ut heic vult Florus; ſed circumſeſſus: nec de turbandi hoſtes ex eo loco fuere quem non occupaverant, ſed, hi perruptis, vacuus fuit capiendus. Ideo infeſtum & iniquum dixit illum tumulum, quia eum hoſte circumſedebant. *Salmaſius.* Occupare juga hoſtium frequens, ad ter rendos & profligandos eos. *Freins ad Curt. lib. 5. cap. 3.* Cui addi poſ ſunt quæ ſcribit *Salluſt. in Iugurt cap. 58. Polyb. lib. 3. cap. 93. & 94* Hunc verò Calpurnium Flamman intelligit *Seneca Epiſt.* 82. cum ſcri bit: *Quid Dux ille Romanus, qu ad occupandum locum milites miſ ſos, cum, per ingentem hoſtium exer citum, ituri eſſent, ſic alloquutus eſt Ire, commilitones, eò neceſſe eſt; unde redire non eſt neceſſe. Vide quam ſimplex, & imperioſa virtu eſt!* Ex Rupert. *Hermannides.*

t *Thermopylarum*] Thermopyla anguſtiæ montium atque ſaltuum ſunt in Theſſalia, qua in Maliacum ſinum orientemque vergit, ad Sperchii fluminis oſtia, lutulenta admodum & limoſa via, & non niſi ſexaginta paſſuum patens, quæ una militaris via eſt, & qua traduci exercitus, ſi non arceatur, poſſit, eam Leonides Spartanorum rex, contra Perſarum ingentem multitudinem, cum trecentis Spartanis occupaverat;

rat;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

erfuit & ſupervixit, [u] licet nihil ſcripſerit ſangui-
ıe. [x] Lucio Cornelio Scipione, quum jam Sici-
lia

ıt, magnamque barbarorum, per
ım nitentium, partem occiderat:
ec ſuperatus foret, niſi per prodi-
orem Epialtem circumductus Tra-
ninium hoſtis, eos à tergo oppreſ-
ſet. Variant admodum in hujus
iſtoriæ traditione auctores, Cice-
) ccc. Spartanos, itidem Fronti-
us & Herodotus numerant: Gel-
us ex Catonis Originibus cccc.
idem Juſtinus DC. qui eruptione
ı hoſtes & cædibus fatigatos, à
ıultitudine barbarorum obrutos
ribit. Thermopylarum ſitus ve-
uſte ab Æliano lib. 3. Variarum
iſt. deſcribitur. *Stadius.*

u *Licet nihil ſcripſerit ſanguine*]
Collectum ab Atilio Calatino Cos.
dhuc inter cadavera ſuorum ſpi-
ıntem Calpurnium Flammam,
umque convaluiſſe, & ſtrenuam
einceps P. R. adhuc navaſſe ope-
am, M. Cato apud Gell. auctor
ſt l. 3. c. 7. comparatque Leonidæ
um Calpurnii fortitudinem. Sed
uod noſter ſubindicare videtur
anguine ſcripſiſſe Leonidam, me-
noriæ lapſus eſt, utpote confun-
lentis Othryadis ſtratagema cum
.eonidæ. Cum namque de Thyrea
gro inter Spartanos & Argivos
ontroverſia eſſet, ita prœlio con-
enerat inter utroſque populos,
t lis ea armatis utrimque trecen-
is prœlio decerneretur. Otryades
partanorum dux erat, ſuiſque cæ-
is, ipſe vulneratus, interque ca-
avera neglectus, haſtæ fragmentis
nnixus, occiſorum Argivorum
cuta collegit, erexitque Jovi Tro-
pæum quod proprio ſanguine in-
ſcripſit, ſuiſque ea ratione agrum
aſſeruit, ut in Parallelis Plutarchus
narrat. *Idem.* Camers & Stadius
putant Leonidæ tribui, quod O-
thryadis proprium erat. *Gruterus.*
Me quod attinet, nunquam ad-
duci poſſum, ut credam ab au-
ctore potius eſſe quatuor illa verba
quam ab inſulſo gloſſatore. De-
mus enim potuiſſe errare in hiſto-
ria Florum, demus etiam voluiſſe,
ut ſupra 1. 10. ubi Aruntem Tar-
quinium videtur adulterum face-
re, ut melius quadret iſtud: *quaſi
adulterum ad inferos uſque ſequere-
tur*; at largiri nunquam potero,
adeo inſulſam ſententiam fuiſſe
ſubjecturum, egregium enim a-
cumen illud & dignum propter
quod mutetur in hiſtoria aliquid,
licet nihil ſcripſerit ſanguine! quaſi
hoc novum eſſet aut inſolens, ſu-
pervivere expeditioni hominem,
qui ſanguine nihil ſcripſerit. *Freins-
hemius.* Hallucinatio Flori, qui
Leonidæ imprudens attribuit quod
erat Othryadis. Nihil enim ſangui-
ne ſcripſit Leonides, cujus ſaltem
reſtet memoria in veterum ſcri-
ptis. Sed ab omnibus id de Othrya-
de proditum, Poëtis & πεζογρά-
φοις. Anthologiæ tertio:

> Ἄρσενι δ᾽ Ὀθρυάδαο φόνῳ κεκα-
> λυμμένον ὅπλον
> Καρύσσε, θυρέα Ζεῦ Λακεδαιμο-
> νίων.

Idem in aliis epigrammatis legi-
mus. *Licet nihil inſcripſerit ſangui-
ne*, ſcriptura eſt Jordaneorum Co-

 dicum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

lia ſuburbana eſſet populi Romani provincia, y ſe... pente latius bello, in Sardiniam annexamque Co... ſica...

dicum. Vulgò *ſcripſerit* in Floro legitur, ut Florus ſcripſit. *Salmaſ.*

x *L. C. Scip.*] Cornelium Scipionem Cos. de Pœnis, Sardinia, & Corſica triumphaſſe an. U. C. CDXCIV. in Capitolinos triumphos relatum eſt: de Pœnis quidem, quia Annibalem à C. Duilio prius victum, & nunc hoc anno claſſe Punica in Sardiniam revectum ex improviſo circumſedit, claſſemque ejus cœpit. Annibal domum reverſus, ob rem toties male geſtam, in crucem ſublatus eſt. Anno ejus ſucceſſor, fortiſſimo pro Olbia Sardiniæ urbe pugnans, à Scipione quoque victus & occiſus eſt. De Sardinia, ob Carallin (ita enim apud probatos auctores nomen habet) Sardiniæ nobiliſſimam urbem ab ipſo expugnatam triumphaſſe; Corſicos etiam utcumque armis fuiſſe edomitos ipſe triumphus oſtendit, etſi ſcriptores, quid à Cornelio in Corſica geſtum ſit, diſerte non referant. *Stadius.*

y *Serpente latius bello, in Sardiniam*] *In* abeſt omnibus libris. Jordanes etiam legit: *Sardiniam eique annexam Corſicam tranſit.* Quidam libri: *Coſſuram.* Sed *Corſicam* verum eſt.

z *Olbiæ hic, ibi Aleriæ urbis excidio*] Quidam habent: *Vbi & ſic Caralæ urbis excidio incolas terruit.* Infruniti correctores *Caralam* hic, & urbem quam neſcio ſibi ſomniarunt. Sed illos homines miſſos faciamus, quorum nobis οὐ λόγος οὔτ᾽ ἀριθμός. Optimæ & vetuſti... mæ Divi Nazarii membranæ, h... etiam in parte corruptæ levi... ſunt, ſed ita, ut non arduum ſit ... illis conjicere veram lectione... Habent autem: *Olbiæ hic Bale... urbis.* Unde veriſſimam conject... ram eruo: *Olbiæ hic, ibi Aleriæ u... bis excidio incolas terruit.* Hic... Sardinia nimirum, Olbiam urb... expugnavit. Ibi, nempe in Cor... ca, Aleriam excidit. Ait, Rom... nos, ſerpente latius bello, ex ſu... urbana tum provincia in Sar... niam, eique adnexam Corſica... tranſiſſe, & in hac inſula Olbia... in illa Aleriam cepiſſe. Olbia S... diniæ urbs. Stephanus varias urb... hoc nomine recenſens, ἑκτὴ, ... quit, Σαρδοῖς. At Aleria Corſic... In Corſica à Ptolemæo recenſe... Ἀλερία κολωνία. Apparet, co... nos in eam urbem à Romanis ... ductos, poſtquam à Lucio C... nelio expugnata fuit. Notat Epi... mes Livianæ auctor, *L. Corneli... Conſulem contra Sardos & Co... & Hannonem Pœnorum ducem ... liciter pugnaſſe.* Quod de hac vic... ria, & urbium in Sardinia Corſi... que ſupraſcriptarum excidio in... ligendum. Vide quanti ſit mom... bonos & fideles libros inſpexi... Abſque illo Nazariano forte æ... num hic locus in mendo jacuiſ... Nam ceteri omnes libri, hac p... profligatiſſimi, nihil fere opis ... bant ad extricandam veritatem ... priore Palatino legitur: *Vbi &*

H...

cam tranſiit: [z] Olbiæ hic, ibi Aleriæ urbis exci-
io incolas terruit: adeoque omneis terra, [a] ma-
Pœnos expugnavit, ut jam victoriæ nihil niſi A-
frica

alen & urbis. Poſterior ita ſcri-
um præfert: *Vbi & hic Baleriæ
rbis*. Vetus editio: *ubi & hic Ha-
næ*. Correctores porro ex his fe-
runt: *Vbi & ſic Caralæ urbis*. Pro-
ivius erat facere: *Vbi & ſic Vale-
æ urbis*. Nam Valeria urbs in Sar-
inia. Ptolemæo Ὀυαλεϱία πόλις
ı ea inſula ponitur. Sed omnino
ra lectio, quam ſupra repoſui-
ıus. Flori codices etiam corrupti
iiſſe videntur ætate Jordanis, in
ujus libris ita deſcriptum oſtendi:
Olbiam ibi Aleriæ urbis. Verius pu-
o, cum ſanam in his lectionem re-
eriſſet, nec intellexiſſet, ita mu-
aſſe. *Salm. Aleriæ* vocabantur ur-
es maritimæ, ut docet *Scal. Com-
ment. in Cirin.* Sed nihil confirmat
ıanc emendationem magis, quam
ıujuſdem ævi, de quo loquitur
Florus, & de hac ipſa re, *Inſcriptio*
etuſtiſſima ad *portam Capenam* ef-
oſſa: *Hic. Cepit. Corſica. Vrbe. De-
dit. Tempeſtatibus. Aide. Mereto.*
hoc eſt: *Hic* (L. Corn. Scipio Bar-
bati filius) *cepit Corſicam Alariam-
que Vrbem. Dedit Tempeſtatibus æ-
dem merito.* Notandum per tria
bella Punica enituiſſe *Scipionum*
virtutem. Hoc primo *L. Corn. Sci-
pio* Pœnos & Sardos & Corſos de-
vicit. Quanquam magno ipſi con-
ſtitiſſet victoria ob Corſici maris
rabiem, de qua intelligendus Ovi-
dius *Faſt. lib.* 6.

Tu quoque, Tempeſtas, meritam delubra fatentur,
Cum penè eſt Corſis obruta claſſis aquis.

Hujus L. Scipionis Filii *Pub. Corn.
Scipio* Coſ. Ann. 535. qui primus
cum Hannibale bello Punico II.
pugnavit, & *Cn. Corn. Scipio Cal-
vus.* De utroque ſcribit *Livius*
clariſſimos fuiſſe per aliquot an-
nos in Hiſpania Duces. Publii *F.
P. Corn. Scipio Africanus major*
ſupplici Carthagini pacem dedit,
& finem bello *Punico* impoſuit
ſecundo. Tertio bello enituit *P.
Scipio Æmilianus Africanus Iu-
nior*, Superioris Africani, & L. Sci-
pionis (qui Aleriam cepit) ab-
nepos, ipſius *Carthaginis* everſor,
ut poſtea *Numantiæ*. Recenſui-
mus merito illuſtrem hanc fami-
liæ Romanæ domum, exinde quod
occupando Orbis imperio non ul-
la illuſtrior hactenus nata fuerit
Romanis. *Hermannides.*

a *Mari Pœnos expugnavit*] Diu
eſt cum ſuſpectum habeo hoc ver-
bum, *expugnavit*. Quid enim eſt,
mari Pœnos expugnare? Nec Latina
eſt, nec proba loquutio. Nazaria-
nos non plana via veritatem oſten-
dit, ſed digitum ad eam prorſus
intendit ſcribendo, *repugnavit.*
Quod ego ſtatim arripui, ac ſcri-
pſi, *repurgavit.* Elegans porro
nec protritum loquendi genus, *Pœ-
nos mari & terra repurgare*, cum
tamen potius dicendum videretur,
mare ac terram Pœnis repurgavit.
Sic libro quarto, etſi in re diſſimili
ac

frica ipſa reſtaret. [b] Marco Attilio Regulo duc jam in Africam [c] navigabat bellum, nec deerant qi ipſo Punici maris nomine ac terrore deficerent, a gente inſuper [d] Tribuno Mannio metum: [e] i quem, niſi paruiſſet, [f] ſecuri diſtricta, Imperat met

ac diverſa, *aurum venis repurgare* dixit. Hæc ſcripſeram cum & veteres Jordanis Codices conſulendos duxi, in quibus plane reperi: *adeoque omni terra & mari Pœnos purgavit*. Quæ ſcriptura vehementer ſententiam meam ſtabilivit. Sed *purgavit* in Jordane falſum eſt. Nam *repurgavit* omnino ſcribendum, i. e. tanquam purgamenta rejecit. *Idem.*

b *M. Attilio Regulo*] M. Attilius Regulus, L. Manl. Vulſo Coſſ. an. U.C. CDXCII. parabant, ut bellum in Africam transferrent: Pœni, id pro viribus impedire conati, prœlium ineunt ducibus Annone & Amilcare: victoria navalis penes Roman. fuit, qui reparatis etiam, quas ceperant, navibus, ad Mercurii promontorium (quod in Africa eſt) inde Aſpidem Græcis, Latinis Clypeam dictam, quæ à littore prima eſt, veniunt, eaque in agrum Carthaginienſem impetum faciunt. *Stadius.*

c *Navigabat bellum*] Hanc Metonymiam egregiè illuſtravit *Virdungus* ad illud *Plinii in Panegyr.* Cum Danubius ripas gelu jungit, duratuſque glacie ingentia tergo bella tranſportat. *Hermannid.*

d *Tribuno Mannio*] Nomen hujus Tribuni ita variè conceptum in ſcriptis libris, ut ardquum ſit aliquid certi ex illa varietate ſtatuere, lib præſertim Livii deperditis, un hæc ſumpta. Nazarianus: *Nautr* Palatini duo: *Naurio.* Jordanis bri: *Natio.* Fortè *Nautio.* Na tiorum familia notiſſima. Sed o penuria prohibet pluribus hæc d cutere, quod alias, ſi Deus faver facere ſtatui. *Salmaſius.*

e *In quem, niſi paruiſſet*] Simi eſt quod *Brunnerus* refert *lib.* 2 *p.* 398. *Otto exerto gladio, & min cibus verbis invectus, tanto omn pavore perculit, nemo ut contra l ſcere ſit auſus, ne tum quidem, cu longe nobiliſſimum ex eo comitat Wilhelmum nomine, rapi in vincu ut proditorem patriæ juberet. Tan eſt magnæ virtutis ex uno etiam h mine promicantis reverentia; fruſtra ſperent Principes ornati aut tutius aliunde ſe ſatellitium p tituros.* Quæ huc faciunt congeſ *Freinsh. ad Curt. lib.* 10. *cap.* 2. C addi poteſt *Bernegg. ad Iuſtin. li* 12. *cap.* 11. Ex Rup. *Hermann.*

f *Securi*] Olim *ſecuri* puniebatur ſontes, poſtea *gladio*: & *hoc* i lo longe ignominioſius exiſtim *Baronius ad An. Chr.* 226. Con ſentit *Caſaub. ad Suet. Auguſt. ca* 15. qui ad ejuſdem *Calig. cap.* 3 quoque videri poteſt. Adde *Lip* ad *Tacit. lib.* 15. *Annal. cap.* 67. E Rupert. *Hermannides.*

g *Mi*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

netu mortis navigandi fecit audaciam. Mox ven-
is remiſque properatum eſt: tantuſque terror ho-
tici adventus Pœnis fuit, ut apertis pœne portis
Carthago caperetur. Prima belli præmium fuit ci-
itas Clypea: prima enim à Punico littore, quaſi
rx & ſpecula, procurrit. Et hæc, & trecenta am-
lius caſtella vaſtata ſunt. Nec cum hominibus,
ed cum monſtris quoque dimicatum eſt, quum
uaſi in vindictam Africæ nata, [g] miræ magnitu-
linis ſerpens, poſita apud [h] Bagradam caſtra ve-
aret. Sed omnium victor Regulus, quum terro-
em nominis ſui late circumtuliſſet; quumque ma-
nam vim juventutis, duceſque ipſos, [i] aut ceci-
liſſet, aut haberet in vinculis; claſſemque ingenti
præda

g *Miræ magnitudinis ſerpens*] De
ua Agell. 6. 3. Val. Max. 1. 8. 19.
xt. Plin. 8. 14. cxx. pedum longi-
idinis fuiſſe; pellemque ejus &
axillas uſque ad bellum Numan-
num, hoc eſt, cxv. annis Romæ
templo duraſſe teſtatur, eamque
aliſtis tormentiſque, ut oppidum
liquod, expugnatam. *Stad.* Vide
ivium epit. 18. Obſequent. cap. 29.
donis Chronicon ſub anno 4446.
e ſerpentum enormitate multa
ulchra *Freinshemius ad Curt. lib.*
cap. 1. Annotavit & *Virdungus* è
onara in rebus Imper. *Baſiliſci*,
nmanis longitudinis *inteſtinum*
raconis, cui aureis litteris Homeri
oëmata, tam *Ilias*, quàm O-
yſſea inſcripta eſſent, in *Bibliothe-*
a Conſtantinopolitana fuiſſe olim
ſervatum. Ex Rup. *Hermann.*

h *Bagradam*] Bagrada fluvius
fricæ inter Uticam & Carthag. in
mare labitur. *Stadius.*

i *Aut cecidiſſet, aut haberet in vinculis*] Jordanes legit: *aut cepiſſet.* Cui conſentiunt omnes Flori calamo ſcripti libri. Quam, qui volet, etiam lectionem aſſerat. Mihi ut non reſpuenda videtur, ita nec vulgata mutanda. Nam credibile eſt, non alios habuiſſe in vinculis Regulum, quàm quos ceperat. Niſi dicimus, multos, quos ceperat, dimiſiſſe, & ita locum haberet illa Jordanis & librorum veterum γραφή. Sane conſenſum hunc librorum parvi pendere non poſſum, nec dubito quin verior ſit lectio, *cepiſſet.* Sic enim hæc procedunt: *Cum magnam vim juventutis, duceſque ipſos, aut cepiſſet, aut haberet in vinculis.* Prius ad prius refertur, ſecundum ſecundo convenit. Ita enim accipiendum, ac ſi ſcripſiſſet: Cum magnam vim ju-

ventutis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

præda onuſtam, & triumpho gravem, in Urbe[m] præmiſiſſet; jam ipſam belli caput Carthagine[m] urgebat obſidio, ipſiſque portis inhærebat. Hi[c] paullulum circumacta fortuna eſt; tantum, ut plu[] ra eſſent Romanæ virtutis inſignia: cujus fere ma[] gnitudo calamitatibus approbatur. Nam conver[ſis] ad externa auxilia hoſtibus; quum k Xantippum i[] lis ducem Lacedæmon miſiſſet, à viro militiæ pe[] ritiſſimo vincimur. Tum fœda clade, Romani[s] que uſu incognita, vivus in manus hoſtium ven[it] fortiſſimus imperator. Sed ille quidem par tant[æ] calamitati fuit. Nam nec Punico carcere infr[a] ctus eſt, nec legatione ſuſcepta, quippe diverſa[m] l quam hoſtes mandaverant, cenſuit; ne pax fiere[t]

r

ventutis cepiſſet, duceſque ipſos haberet in vinculis. Multos ex juventute captivos abduxerat, duceſque habebat in vinculis. Solos duces in vinculis habitos ſignificat. *Salmaſius.*

k *Xantippum*] Carthagin. utcunque cladibus fracti viderentur, tamē acerbiores Reguli pacis conditiones repudiarunt, acciveruntque externum ducem Xantippum Spartanum, cujus militari peritia, & ſua elatione confidentiaque victi ſunt Rom. qui dum crebra victoria inſoleſcerent, Græculum hominem, ut imbellem, contempſerunt, quæ temeritas ipſis cladem attulit, quam ab elephantis acceptam eſſe Polyb. auctor eſt: eam tamen Frontin. peritiæ Xantippi in inſtruenda acie lib. 3. Stratagem. aſſcribit. Appianus confidentiam Attilii accuſat, dum æſtuoſo die, gravibus armis, ſiti æſtuque con[] ctum exercitum, varieque fatig[] tum & iniquiſſimo loco in hoſte[] ducit; atque ex triginta millibu[s] quibus præerat, paucos Clypea[] evaſiſſe, reliquos cæſos, aut cu[m] duce captos fuiſſe: auctores in c[a] ptorum, & cæſorum, & fuga e[] pſorum numero fere omnes [] riant. Eutrop. numerum habet p[] cæteris ampliſſimum. Xantipp[] victoria potitus, mox in Græcia[] prudenter cogitabat, ne apud C[ar] thaginenſes barbaros ſeſe æmu[la] tioni aut invidiæ objiceret: ipſe c[] nis & muneribus benigne à C[ar] thaginenſibus ad ſuſpicionem [] movendam habitus. Punica fr[] de quæ gloriam ejus belli ad ſe t[ra] hebat, in mari dum navigat, [] preſſus & ſubmerſus eſſe credit[] teſte Appiano in Lybico. *Stad.*

l *Quam hoſtes mandaveran[t]*

Po

ne commutatio captivorum reciperetur. Sed nec illo voluntario ad hoſtes ſuos reditu, nec ultimo, ſive carceris, ſive [m] crucis ſupplicio deformata majeſtas: imo his omnibus admirabilior, quid aliud quam victus de victoribus, atque etiam, quia Carthago non ceſſerat, de fortuna triumphavit? Populus autem Romanus multo acrior infeſtiorque pro ultione Reguli, quam pro victoria fuit. [n] Metello igitur conſule, ſpirantibus altius Pœnis, & rever-

Pœni à Metello Cos. ad Panormum victi, Regulum, jam quadriennio captivum, Romam de pace, aut de captivis commutandis, una cum ſuis legatis miſerunt, ille utrumque in Senatu diſſuaſit, & Carth. rediit, etſi ad crudeliſſimum hoſtem & exquiſita ſupplicia proficiſci ſeſe non ignorabat; tamen jusjurandum, quo ſe reverſurum aſtringerat, niſi utrumque impetraret, conſervandum putabat. Latius iſta Eutrop. Oroſ. Gell. libr. 6. c. 4. *Stad.*

m *Crucis ſupplicio*] De ſupplicio Reguli variant ſcript. Cicer. in Piſoniana, Regulum in machina religatum ſcribit, & reſectis palpebris in vigilando enecatum: eam machinam Appianus caveam vocat ſtimulis intus exſtantibus, necubi ſe ſine corporis laceratione proclinare poſſet. Tubero apud Gel. l. 8. aliud & inauditum tradit, talionemque nobiliſſimis Pœnorum captivis repenſum eſſe à Reguli liberis, eoſque in armario muricibus præfixo incluſos, inſomniaque excruciatos interiiſſe. Flor. crucis ſupplicio enecatum: cæteri omnes inſomnia, etſi alio atque alio cruciatus genere tradant. Laudatur conſtanter ab omnibus Reguli in adverſis animi fortitudo, in patriam pietas vitæ prodiga, & hoſti ad internecionem uſque fides ſervata. *Stad.* Reducenda primum vetus lectio, quæ habet: *Nec ultimo, ſive carcere, ſeu crucis ſupplicio deformata majeſtas.* Deinde lector admonendus *ultimo* heic adverbiale eſſe. Nec enim ultimum carceris aut crucis ſupplicium hoc loco intelligendum. Dixit non carcere Punico infractum eſſe Regulum, cum primum in carcerem conjectus eſt, non deinde legatione ſuſcepta, qua diverſum cenſuit quam hoſtes mandaverant, ne pax fieret, ac ne captivorum commutatio admitteretur. Sed nec illo voluntario ad hoſtes reditu infractus eſt. Nec ultimo aut carcere, in quem retruſus eſt cum rediit, nec crucis ſupplicio deformata majeſtas. Sic *ultimo* Suetonius uſurpat, item Arnobius, ut alibi pluribus oſtendam. *Salmaſius.*

n *Metello*] Poſt devictum in Africa

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

reverſo in Siciliam bello, apud Panormum ſic ho
ſtes cecidit, ° ut nec amplius eam inſulam conci
tarent. Argumentum ingentis victoriæ, centun
circiter elephantorum captivitas: ſic quoque ma
gna præda, ac ſi gregem illum non bello, ſed ve
natione cepiſſet. p Appio Claudio conſule, no
al

Africa Regulum, & ſæviſſima aliquot naufragia, Romani à mari abſtinebant. Pœni ex ea occaſione ſpem recuperandæ Siciliæ capiunt, Aſdrubalemque cum exercitu in inſulam mittunt, qui cum C. Furium Metelli collegam, cum media parte copiarum Romam eſſe reverſum, ex transfugis didiciſſet, movit verſus Panormum, ut Metellum opprimeret: ille ut hoſti confidentiam confirmaret, intra mœnia continuit exercitum, atque trajicientem flumen adortus, elephantiſque, quos in R. impulerat, vulneribus teliſque irritatis, atque in hoſtium agmen converſis, belluarum impetu perturbat aciem Pœnorum, turbatoſque ex obliquo invadit, & magno prœlio vincit: duxit enim in triumphum XIII. duces hoſtium, & CXX. elephantos, quibus Eutropius X. elephantos, Plin. XXII. addit. at Oroſius XVI. noſter Florus XX. ab ea ſumma deducit. Pro conſule triumphaſſe L. Cæcilium Metellum de Pœnis VII. Idus Septembris. anno DII. Triumphi Capitolini teſtantur. Quo præterea conſilio elephantos in Italiam Metellus trajecerit, docet lib. I. Front. cap. 7. & Plin. l. 8. *Stadius.*

o *Vt nec amplius eam inſulam*
concitarent] Lege primum: *Vt n*
amplius. Sic enim legunt optin
libri. Pro *concitarent* divinarat do
ctiſſimus Lipſius, *cogitarent*, opti
ma ſanè cogitatione. Sic enim et
iam ſupra legerim: *Affectabat au*
tem ut Romanus, ita Pœnus, Sici
liam, & eodem tempore paribus u
terque votis ac viribus imperium
orbis cogitabat. Conjecturæ Lipſi
plane ſuffragatur optimus ille Div
Nazarii liber, qui planè *cocitaren*
exhibet. *c* pro *g*. ut in eodem, *ce*
ſit pro *geſſit*, *recirare* pro *regirare*
& ſimilia eodem modo ſcripta, u
multis locis obſervavimus. Nec a
liter olim lectum fuiſſe in Flori li
bris ex Jordane colligi poteſt, apud
quem ſcribitur: *adgredi cogitarent*
Quis non videt illud *adgredi*, addi
tum ab ipſo Jordane, qui non ca
piebat uſitatum veteribus hoc lo
quendi genus? *Salmaſius.*

p *Appio Claudio*] P. Claudiu
Pulcher Ap. Cæci filius conſul i
Siciliam anno U.C. DIV. ut exerci
tui præeſſet miſſus, cum Drepa
num, ubi Adherbal erat, ad eun
opprimendum confidentius navi
garet, cum eodem occurrente con
greſſus, vix cum XXX. navibus fug
elapſus, XCIII. naves ab hoſtibu
captæ ſunt, eſtque à Romano po
pulo condemnatus, eo quod ipſiu
temeri

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

ab hoſtibus, ſed à diis ipſis ſuperatus eſt, [q] quorum auſpicia contempſerat: ibi ſtatim claſſe demerſa, ubi ille [r] præcipitari pullos juſſerat, quod pugnare ab his

temeritate cladem acceptam eſſe ſatis conſtaret. Sed Valerius lib. 8. non fuiſſe damnatum, quia imbris ſupervenientis beneficio, populi comitia diſſoluta ſunt, auctor eſt, etſi Cicero & Polybius ab eo diſſentiant. non vixiſſe autem Claud. Pulchrum ab hac clade ultra biennium, conſtat vel ex petulanti voce ejuſdem ſororis, quæ à ſpectaculo ludorum reverſa, cum à confluente hominum multitudine & turba premeretur, optaverit fratrem ſuum vivere, & iterum claſſem ducere, ut ſcilicet urbem à tanta turba exhauriret, cujus petulantiæ cauſa, ipſi ab ædilibus pl. mulcta dicta eſt xx. M. æris, teſte Gellio, Suetonio. *Stadius*. Jordanes, & omnes libri: *Appio Claudio*. Ita in ſuis legerat Vinetus. Aliis tamen ſcriptoribus dicitur *Publius*. Salmaſius.

q *Quorum auſpicia contempſerat*] Adeo ſtulti erant veteres, ut, niſi auſpiciis addicentibus, ſuos in pugnam non educerent, etiamſi pulchra occaſio & ſpes de victoria certa invitaret. Quos ob id merito notarunt cati & prudentes belli duces, ut obſervat *Freinshem. ad Curt. lib. 7. cap. 7.* & *lib. 7. cap. 4.* Similes iſtis Imperatores Byzantini, qui, ut ſcribit *Nicetas Choniates*, nil ſine *præſcripto Aſtrologorum* agebant, & rebus gerendis dies atque horas eligebant, ut ſidera dictabant. Hinc ſæpe amiſſæ pulcherrimæ occaſiones. *Vid. Lipſ. lib. 1. monit.* & *Exempl. Polit. cap. 5. ſub finem*, quæſtione: *Liceatne igitur & deceat in eventus inquirere, & vates ſive divinos conſulere?* Hermann.

r *Præcipitari pullos*] Per jocum Deos irridebat, teſte Cicerone, P. Claudius: cum enim cavea liberati pulli non paſcerentur, mergi eos in aquam juſſit ut biberent, quando eſſe nollent: ſuperatuſque navali prœlio, cum Dictatorem dicere à Senatu juberentur, velut iterum illudens diſcrimini publico, Gliciam viatorem ſuum dixit, ultimæ ſortis hominem, ut habet Suetonius, & Epitoma Livii. L. Junius Bullus, P. Claudii collega tempeſtate claſſem amiſit, cum auſpiciis etiam non paruiſſet, itaque necem ſibi ipſe conſcivit, teſte Cicerone. Romani, tot naufragiis afflicti, per quinquennium, mari abſtinuerunt. Claſſis Punica, inſequentibus poſt Claudium annis, Italiæ oram infeſtavit, eamque longe lateq; vaſtavit. *Freinsh.* In caſtris Romanis ad dextram prætorii ſemper Auguraculum fuit, ubi Duces auſpicarentur, & ex pullis auguria captarent; de quo *Lipſ. ad Tacit. Annal. lib. 2. cap. 36.* Porro cum varia ſint auſpiciorum genera, *Virdungus* hoc referebat ad id, quod *coactum* dicebant; cum ſcilicet ex pullis in cavea incluſis auſpicium fieret, quod *Tripudium* dicebatur: de quo *Feſtus* in *Puls.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

ab his vetaretur. [f] Marco Fabio Buteone conſul[...] claſſem hoſtium, in Africo mari apud Ægimurum [...] jam in Italiam ultro navigantem, cecidit. Quan[...] tus ô tunc [t] triumphus tempeſtate intercidit, quum [...] opulenta præda claſſis, adverſis acta ventis, naufra[...] gio ſuo Africam & [u] Syrtes, omnium imperia gen[...] tium, inſularum littora, implevit! Magna clade[...] ſed non ſine aliqua principis populi dignitate; in[...] terceptam tempeſtate victoriam, & triumphum [...] periiſſe naufragio; & tamen, quum Punicæ præda [...] omnibu[...]

Puls, inquit, *potiſſimum datur pullis in auſpiciis, quia ex ea neceſſe erat aliquid decidere, quod* tripudium *faceret*, h. e. terripavium, (pavire *enim* ferire *eſt*) ex quo notionem caperent futuri. Nam ſi pulli, per quos auſpicabantur non ediſſent, periculum imminere arbitrabantur: *at qui paviſſent, bonum augurium eſſe putabant, ſi tum ex ore eis edentibus aliquid decidiſſet*. Hermannides.

f *M. Fab. &c. Ægimurum*] M. Fabium Buteonem, qui conſul fuit, cum C. Atilio Bulbo, an. DVIII. navali prœlio viciſſe Pœnos, nullum quidem præter Florum auctorem habeo. *Ægimurus* vero inſula eſt in mari Africano, quæ ſinum à mari claudit, in quo ſita eſt Carthago, XXX. M. fere paſſuum ab urbe, teſte Livio lib. 30. *Freinsh.*

t *Triumphus &c. intercidit*] Regulo capto, & exercitu Romanorum à Pœnis cœſo, duce Xantippo, Æmilius Paullus & Fulvius Nobilior conſules, anno CDXCVIII. in Africam cum CC. navium claſſe navigare juſſi, Clypeam petunt. E[...] Carthaginienſes cum pari claſ[...] confeſtim occurrunt: navale præ[...] lium, quod differri non poterat [...] committitur, in quo Romani ſu[...] periores ſunt, CIV. Carthaginien[...] ſium naves demergunt, XXX. cum [...] pugnatoribus capiunt, trigint[...] quinque millia militum cæſa ſun[...] Poſt autem cum Romana claſſis a[...] Italiam prædis onuſta remearet [...] deformi naufragio everſa eſt, nam [...] ex trecentis navibus CCXX. perie[...] runt, LXXX. vix abjectis oneribu[...] liberatæ ſunt. Conſules utroſqu[...] pro Coſſ. de Coſſurentibus & Pœ[...] nis triumphaſſe, an. U. C. CDXCI[...] Triumphi Capitolini teſtantur, it[...] ut calamitas iſta Coſſ. quo minu[...] victoriæ honorem meritum adep[...] ſint, impedimenti fuiſſe non videa[...] tur, Coſſura autem inſula in ma[...] Africo ſita eſt. *Stadius.*

u *Syrtes*] Anno D. Conſules Cneus Servilius Cæpio, C. Sempronius Blæſus CLX. navibus in Africam trajecerunt, univerſam o[...] ram maritimam, quæ circa Syrte[...] eſ[...]

omnibus promontoriis [x] inſulisque fruſtarentur & luitarent [y] P.R. & ſic triumphavit. [z] Lutatio Catulo conſule tandem bello finis impoſitus, apud inſulas, quibus nomen Ægates. Nec major alias in mari pugna; quippe commeatibus, exercitu, propugnaculis, armis gravis hoſtium claſſis, & in ea quaſi tota Carthago: [a] quod ipſum exitio fuit. Romana claſſis

eſt, depopulati ſunt; ignari autem locorum in Syrtium vada breviaque impulſi, onera abjicere omnia ut naves ſublevarent coacti: cum retro in Siciliam, atque ex Sicilia in Italiam redirent: coorta tempeſtate centum quinquaginta naves onerarias & prædam amiſerunt. Triumphaſſe tantum Conſulem Sempronium Blæſum de Pœnis anno D. teſtantur Capitolinæ Tabulæ. *Idem.*

x *Inſuliſque fruſtrarentur*] Leve eſt, ſed tamen monitu dignum, ſcribi debere, *fruſtarentur*, non *fruſtrarentur*. Aliud eſt *fruſtrari*, aliud *fruſtari*. Hoc à *fruſtum*, illud à *fruſtrà*. *Fruſtarentur* autem eſt, fruſtatim diſcerperentur, & lacerarentur. *Fruſtratim* perperam in Nonio legitur, pro *fruſtatim*; eodem errore, quem hoc loco caſtigamus. *Salmaſius.*

y *Populus Romanus triumphavit*] Vetus excuſum, ut ſcimus indicio magni viri, nam illam editionem non vidimus, voculas adjicit: *& ſic triumphavit.* Scripſerim: *at ſic triumphavit.* Ita in Jordane legitur, qui Florum verbatim deſcripſit. Nec aliter optimus Nazarianus habet. *Idem.*

z *Lutatio*] C. Lutatius Conſul anno DXI. reparata claſſe, adverſus Pœnos ineunte vere miſſus eſt, ipſique adjutor datus eſt Q. Valerius Falto, quia collegam ipſius A. Poſtumium Albinum, flaminem Martialem Metellus Pontifex Max. in urbe tenuit. nec paſſus eſt ipſum ad bellum proficiſci, ne à Sacris recederet. Itaque hoc anno primum duo prætores creati ſunt; alter urbanus juris dicendi, alter qui rei gerendæ cauſa Conſuli adeſſet: C. Lutatius Catulus, rebus adverſus Pœnos à pluribus ducibus proſpere geſtis, ſummam victoriæ ſua celeritate impoſuit, eo quod proſpero die, hoc eſt, VI. Idus Martias, quam hoſtem vidiſſet, claſſem ipſius gravem commeatibus, ſuo apparatu & inſtrumento impeditam, oppreſſerit. Carthaginenſes ea clade victi fractique coacti ſunt XXIV. anno, poſtquam bellum iſtud primum Punicum cœptum eſt, pacis conditiones accipere; factique ſunt Pœni P.R. vectigales & ſtipendiarii. *Stadius.*

a *Quod ipſum exitio fuit*] Adde Livium 22. 24. Polyb. 1. 60. Ceterum claſſem expeditam, levem, promptam, utiliorem eſſe, quam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

claſſis prompta, levis, expedita, & quodam gene re caſtrenſis: [b] ad ſimilitudinem pugnæ equeſtris [c] ſic remis, quaſi habenis agebatur: & in hos ve in illos mobilia roſtra, ſpeciem viventium præfere bant. Itaque momento temporis laceratæ hoſtium rates, totum inter Siciliam Sardiniamque pelagu naufragio ſuo operuerunt. Tanta denique fuit ill victoria, ut de excindendis hoſtium mœnibus non quæreretur. Supervacuum viſum eſt, in arcem muroſque ſævire, quum jam in mari eſſet delet Carthago.

CAPA

quæ armis, commeatu, exercitu, propugnaculiſve nimis onuſta eſt; notat Stewechius ad Vegetium 5.7. Sic infra II. 8. Antiochi apparatus præpeditus magnitudine ſua, & 4. 11. 5. Antonianis navibus *ipſa moles exitio fuit*. Freinsh.

b *Ad ſimilitudinem pugnæ equeſtris*] Homerus naves vocat *equos marinos* ἁλὸς ἵππους, Odyſſ. δ. verſ. 708. Nautam *aurigam* vocat auctor veteris verſus apud Chariſium. *Typhin aurigam celerior fecere carinæ.* Sic Varro Marcipore. *Hic in ambivio navem conſcendimus paluſtrem, quam nautici equiſones per viam conducerent loco.* Idem.

c *Sic remis, quaſi habenis agebatur*] Pulchra comparatio claſſi levis & expeditæ cum re equeſtri Apud *Æſchylum* ait *Prometheu* repertum ſuum eſſe *currus illo nautarum, qui lineis alis vagentur per mare.* Sic *Euripides in Medea* navem vocat currum, ut obſervat *Muretus lib.5. Var. Lect.c.*11. ubi & adjicit illud Catulli. *Ipſa lev fecit volitantem flamine currum* Loquitur ibi de *Argo* navi, quam *Minerva* fabricavit. Imo ipſam *navim* dicebant *equum.* Sic *Plaut in Rudent.* act. I. ſc. 5. *Nempe equ ligneo per vias cæbuleas eſtis vectæ.* Hermannides.

a *Bellum*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

CAP. III.

[a] Bellum Liguſticum.

PEracto Punico bello, ſequuta eſt brevis ſane, & quaſi ad recipiendum ſpiritum requies. argumentumque pacis, & bona fide ceſſantium armorum, tunc primum poſt Numam clauſa [b] porta Jani fuit; ſed ſtatim ac ſine mora patuit. Quippe jam Ligures, jam nſubres Galli, nec non & Illyrii laceſſebant. [c] ſic deub Alpibus, id eſt, deſub ipſis Italiæ faucibus, gen:es, deo quodam aſſidue incitante, [d] ne rubiginem ac

BEllum Liguſticum] Optimæ Nazarii membranæ habent: *Bellum Ligurium.* Sic ſane & *Ligu-ius* lapis à Liguribus dictus, apud uos inveniebatur, Theophraſto eſte, λιγύελον Græci vocant, quod liis λυγκύελον, quaſi ſit Lyncis u-ina. Joſepho & aliis vetuſtiſſimis uctoribus vocatur λιγύελον, à Li-uribus populis. Poteſt & legi *Bel-um Ligurum.* Nam & *Liguris* in-ra dixit pro Liguribus. *Salmaſius.*

b *Porta Iani*] T. Manlium Torquatum, C. Atilium Coſſ. nomi-at Caſſiodorus: Torquatum & Bulbum, tabulæ Græcæ. Qui poterior in Oroſio perperam Bubulus, ut in Eutropio Balbus appelatur. Ambo enim adducunt hos Coſſ. veluti etiam Plutarchus in Numa cap. 35. & libro de fortuna op. Romani cap. 16. ſcribunt enim, is Coſſ. templum Jani Romæ clauum fuiſſe, id quod poſt Numæ tempora non contigerat. Adſtipulantur Livius 1. 19. 3. Vellejus 2. 38. 4. & D. Auguſtinus Civit. 3. 9. annotantes etiam, quam brevis illa à bello quies & pauſa malorum fuerit. *Hæc ex Annalibus Vinandi Pighii ſub Ann. Vrbis* DXVIII. *Freinshemius.*

c *Sic deſub Alpibus*] Legendum unica voce: *Deſub Alpibus, id eſt, deſub ipſis Italiæ faucibus gentes.* Non alium memini antiquiorem hoc Floro auctorem in quo *deſub* reperiatur compoſitum, pro ſimplici *ſub.* Frequens hujus præpoſitionis ſic compoſitæ mentio occurrit in fragmentis agrimenſorum veterum: *Deſub monte, Deſub lapide* & ſimilia. Sic *Deſuper* dixerunt pro *ſuper.* Salmaſius.

d *Ne rubiginem &c.*] Livius 39. 1. 1. de Liguribus: *Is hoſtis velut natus ad continendam inter magnorum intervalla bellorum Romanis milita-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

ac ſitum ſcilicet arma ſentirent. e denique utrique cotidiani, & quaſi domeſtici hoſtes tirocinia militum imbuebant: f nec aliter utraque gente, quam ſi cote quadam, populus Romanus ferrum ſuæ acuebat virtutis. g Ligures imis Alpium jugis adhærentes,

militarem diſciplinam erat: nec alia provincia militem magis ad virtutem acuebat, &c. Adde Juſtinum, 7. 2. *Freinshemius.*

e *Denique utrique cotid.*] Vetus lectio tam excuſorum, quam ſcriptorum reponenda: *denique utrique quotidiani hoſtes.* Emendatores rogarem quid eos moverit, ut ex *utrique ita* ſubſtituerent? Veſtigia nempe ſcripturæ recta illos duxerunt ad hanc tam felicem conjecturam. *Vtrique hoſtes, pene cotidiani*, ſunt Ligures, (ſive *Inſubres Galli*) & *Illyrii.* Eant nunc & egregia ſua commenta nobis probent: ſatis ſane fecerint. Sequitur ad conjecturæ noſtræ, & veteris ſcripturæ confirmationem: *nec aliter utraque gente, quam quaſi cote quadam populus Romanus ferrum ſua acuebat virtutis.* Duos igitur hic tantum populos deſignat, quos quaſi quotidianos ac domeſticos hoſtes Populi Romani fuiſſe dicit. Atqui tres gentes nominat, Ligures, Gallos Inſubres & Illyrios. An Ligures & Inſubres Gallos pro uno numerat populo? Hoc ſane dici non poteſt. Nam expreſſe ac diſtincte hos tres diverſos recenſet populos. *Ligures*, inquit, *imis Alpium jugis adhærent.* At capite ſequenti ſeorſim de Inſubribus Gallis agit, cui capiti & titulum fecit, *de bello Gallico.* Mox altero capite ſeparatum tractat de Illyriis ſive Liburnis, cui titulus *Bellum Illyricum.* Non poteſt igitur effugere, quin *utroſque* de tribus uſurparit. Quod vix credi poſſet, ſi unc hoc tantum loco id feciſſet. Nam ecce hoc eodem libro cap. XI. cum tres Galatiæ populos nominaſſet Toliſtobogos, Trocmos & Tectoſagas, ſtatim infert: *Vtrique fundi ſagittiſque acti, in perpetuam ſe pacem dediderunt.* Apertiſſime etiam talem hujus pronominis uſum apud eum animadvertere licet lib. 4 cap. 12. ubi hæc verba habentur *Pannonii duobus ſaltibus, ac tribu fluviis, Drao, Savo Hiſtroque val lantur.* Sequitur deinde ſtatim: *I hos domandos Vibium miſit. Cæ ſunt in utriſque fluminibus.* Hæ magis poſſum mirari quam ratio nem reddere, cur contra commu nem Latinitatis uſum ac conſuetu dinem, *utroſque* non de duobus ſed de tribus dixerit. *Salmaſius.*

f *Nec aliter utraque gente, quam quaſi cote quadam*] Optimi libri omiſſa voce *quam*, habent tantum *quaſi cote quadam.* Unde legerim *Nec aliter utraque gente quam cote quadam.* Atque ita in Palati nis. *Idem.*

g *Ligures*] Hos trans Alpes a Rhodanum uſque occupaſſe olim

Galliam

rentes, inter Varum & Macram flumen, implicitosque dumis ſilveſtribus, h major aliquanto labor erat invenire, quam vincere. i Tuti locis & fuga, durum atque velox genus, ex occaſione latrocinia magis, quam bella faciebat. k Itaque quum diu multumque eluderet Salyus, Deciates, Oxybius, Eubu-

Galliam Narbonenſem, itidem ut à Varo, qui Galliæ & Italiæ terminus erat, ad Arnum Italiam conſtat; quare impedite admodum noſter & obſcure de bello Liguſtino tradidit, dum ſcribit bellatum cum Liguribus, qui in Italia inter Varum & Macram flumen habitabant, quo loco Ingauni & Intemelii ab aliis cenſentur; utpote qui maritima à Nicæa ad vada Sabatia habitarunt, quando paullo poſt dum enumerat Liguſtinos bello ſubactos, eos quoque cum iſtis confundit, qui trans Alpes ultra Varum, partim mediterranea, partim maritima in Gallia Narbonenſi habebant; *Deceates* enim ad Vari oſtia, *Oxibii* iſtis orientaliores, ad oram Gallici maris habitabant; eſtque ibidem portus *Oxybius*, à vicina ejuſdem nominis gente dictus Straboni lib. 4. *Euburiates* autem Plinius citra Alpes in Liguria numerat. nam quod *Salyes*, ſive *Salvios*, hic etiam aliquot exemplaria recenſent, mendum eſſe credibile eſt. Salvios enim bello Allobrogico, & primos trans Alpes arma Romanorum expertos, & tunc primum in ditionem à C. Sextio Calvino redactos, Florus 3. 2. Strabo libro 4. pag. 140. teſtantur. Epitoma Livii 61. addit: victa Salviorum gente C. Sextium coloniam *Aquas Sextias* condidiſſe; triumphaſſe autem conſtat de Salviis, anno DCXXXI. *Stadius.*

h *Major aliquanto labor erat invenire*] Eodem modo vexarunt Tiridates Corbulonem, apud *Tac. lib.* 13. *Annal. cap.* 37. Item Aſtures Auguſtum Cæſarem, de quibus *Diod. Sicul. lib.* 54. *p.* 588. *Cum Aſtures & Cantabri ſimul bello à Cæſare petiti, neque dederent ſeſe, locorum natura confiſi; neque etiam manum conſererent, quippe & numero multum inferiores, & viles plerique; cumque eum, ſi qua ſe commoveret, ſubinde editioribus locis occupatis, ac ſylveſtribus convallibus inſidias collocantes, frequenter infeſtarent: Auguſtus in ſummis difficultatibus conſtitutus, & ex labore curiſque in morbum prolapſus eſt.* Hermannides.

i *Tuti locis*] Eſt vetus & vera lectio. Ita etiam diſtinguimus: *tuti locis & fuga, durum atque velox genus, ex occaſione latrocinia magis quam bella faciebat.* In Jordane legas: *tuti ſiquidem locis.* Illud *ſiquidem* eſt ipſius Jordanis. *Salmaſ.*

k *Itaque quum diu multumque eluderent*] Reperio *eluderet*, in omnibus veteribus. Iidem, *ſaltus* non *ſalyi.* Facilis mutatio & *ſalyus* in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

Euburiates , Ingaunus, tandem [1] Fulvius latebra
eorum

in *ſaltus.* Mihi conſtat numero ſingulorum hanc periodum concepiſſe Florum. Itaque ſcripſerim: *itaque cum diu multumque eluderet Salyus , Deciates , Oxybius, Euburiates , Ingaunus, tandem Fulvius latebras eorum* , &c. In optimo libro, *Euburiatas* pro *Euburiates* legitur; & *Incognitas* pro *Ingaunus.* *A* pro *u* perpetuum in illis membranis , ut in aliis quas vidimus. ſcripſerat Florus , *Ingaunitas* vel *Ingonitas*, hoc eſt, ἰγγαυνίτης. ut *Euburiatas* , εὐβουριάτης. aliis dicuntur *Ingauni*, non *Ingaunitæ*. *Deciates* eſt Δεκιάτης. Alias *Deciatæ* ſcribendum fuiſſet. Ita de ceteris. Stephanus noſter : Δεκίητον πόλις ἰταλίας , τὸ ἐθνικὸν Δεκιῆται , ὡς Ἀρτεμίδωρος ἐν α' γεωγραφουμένων. Galliam vocarunt veteres , & Græci præcipuè, totum illum Ligurum tractum , ut & ipſi Ligures , Inſubres Galli dicti. Italiam tamen etiam appellarunt Ciſalpinam illam Galliam Romanorum. Qui Σάλυες Græcis , hi ſunt *Salyi* vel *Salui* Latinis. Jordani in vetuſtis membranis, *Saluvii* , ut *Saus*, *Savus* ; *Draus* , *Dravus* ; ſic *Saluus* , *Saluvus* , & *Saluvius.* Jordanes corruptiſſimus eſt , in vulgatis editionibus hoc loco , quem liceat emendare ex iis quæ heic diximus. Stephanus in voce Σάλυες. Σάλυες, inquit , ἔθνος δυτικὸν πολεμῆσαν Ῥωμαίοις ὡς Χάραξ ἐν δεκάτῳ χρονικῶν. Potuit ita ſcribere Stephanus. Nam illæ nationes , & ut tota Italia planè δυτικὴ eſt. Sed omnino corrigendum λιγυστικόν. Nos de iſtis alibi pluribus. Scripti Jordani Codices nulla littera minus hunc locum ſic præferunt: *Cum diu multumque eluderent Saluvii* , *Decilates* , *Oxunii* , *Buriates*, *Ingauni*. Numero multitudinis horum nomina populorum extulit , quos Florus ſingulariter expreſſit. Ingaunorum Ligurum non rara mentio apud Livium occurrit; qui & Apuanorum Ligurum & Intemeliorum inſuper meminit, qui heic non nominantur. *Idem.*

1 *Fulvius*] Æque impeditum hoc eſt de Fulvio atque præcedentia, nec enim ſatis liquet quiſnam Fulviorum , de quo loquitur, fuerit. Varii enim Fulvii cum Liguribus bella geſſerunt. Propior eſt conjectura , (eſt enim divinandum , quia rerum cum Liguſtinis geſtarum hiſtoria apud noſtrum Florum impeditiſſima eſt , & ab aliis ſcriptoribus diverſa) Q. Fulvium Flaccum fuiſſe de quo loquitur , qui anno DLXXIV. Conſul de Liguribus triumphavit ; etiamſi triumphum magis gratiæ , quam rerum geſtarum magnitudini datum fuiſſe Livius teſtetur ; tamen ipſum per devios ſaltus , per invios montes, impeditas valles cum exercitu tranſgreſſum , acie hoſtem viciſſe , caſtris exſuiſſe, ex collibus in campeſtrem agrum deduxiſſe, præſidiaque montibus impoſuiſſe, idem auctor eſt. Apuanos etiam Ligures , qui ad Macram flumen habitabant, in deditionem acceptos, ad ſeptem millia hominum in naves impoſita præter oram Etruſci maris Neapolim

orum ignibus ſepſit. m Bæbius in plana deduxit: Poſthumius ita exarmavit, o ut vix reliquerit ferum quo terra coleretur.

CAP.

m tranſmiſit, indeque agrum ipſis nter populares in Samnio dedit. Victos etiam fuiſſe à Fulvio Nobiore Alpinos & Veleates in Capiolinis Triumphis exſtat: Valeates utem inter Ciſalpinos Ligures nuerat Plin. III. 5. & 15. *Stadius.*

m *Bæbius in plana deduxit*] Cn. : M. Bæbios Tamphilos [aut Pamhilos] fratres cum Liguribus rem eſſiſſe in Conſulatu, quorum iſte ollegam Corn. Cethegum anno LXXIII. ille anno ſuperiore Æmiium Paullum habuerit ex priſcoum monumentis colligo, & M. de iguribus triumphaſſe. Apuanos utem Ligures Cornelius & M. Bæius victos, & in deditionem accetos, è montibus in campeſtres agros cogunt: traductique ſunt ex iguria in Samnium (eo conſilio e latebras & invios ſaltus repeteent ad rebellionem) 40000. libeorum capitum cum feminis pueiſque publico ſumptu, in agrum Taurafinorum, quem de Samnitious Romani ceperant, vocatique unt à ducibus iſti Ligures Bæbiai & Corneliani, qui in hoc Samniium tractu à Plinio recenſentur. uare de hoc Bæbio loqui Florum eriſimile eſt. Cn. namque Bæium ad comitia Romam reverum, cum L. Æmilius interea cum Liguribus Ingaunis proſpere dimicaverit teſtatur Livius 40. 17. & 40. 28. & Æmilium de iiſdem triumphaſſe Capitolinæ tabulæ prodant, anno DLXXII. *Idem.*

n *Poſthumius*] Poſthumium hunc collegam intelligit Calpurnii Piſonis, qui vitricus fuit Fulvio Flacco: quique Piſoni in magiſtratu mortuo ſucceſſit, anno DLXXIII. etſi tres fuiſſe Conſules, L. A. SP. Poſtumios, qui bellum Liguſtinum ſortiti fuerint; tamen Livius de iſto diſerte refert, quæ ad Flori relationem conveniunt, cum ita inquit; *Ab A. Poſtumio Montanorum Ligurum vineæ cæſæ ſunt, frumenta deuſta, donec cladibus omnibus belli coacti ad deditionem venerunt, armaque tradiderunt.* Idem.

o *Vt vix reliquerit ferrum &c.*] Inter cetera continendis gentibus inventa, hoc etiam fuit, ut ferro privarentur, niſi quantum agrorum cultus poſceret. Ita Philiſtiim cura effectum eſt, *ut non inveniretur enſis & lancea in manu totius populi, qui erat cum Saule & Ionatha, excepto Saul & Ionatha.* 1. Samuel 13. 22. Etiam inter conditiones pacis cum Porſena hanc fuiſſe ex Plin. 34. 14. ſupra 1. 10. notatam eſt. Vide etiam infra 2. 18. *Freinshemius.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

CAP. IV.

a Bellum Gallicum.

GAllis [b] Inſubribus, & his accolis A[…] pium, animi ferarum, corpora plu[…] quam humana erant: [c] ſed experimen[…] to deprehenſum eſt, quippe, ſicu[…] [d] pri[…]

a BEllum Gallicum] Ciſalpini Galli, Boji & Inſubres, cum lege Flaminia latum eſſet de agro Piceno & Gallico, unde Senones pulſi erant, viritim dividendo, ſuis etiam rebus ab injuria proximi metuere incipiebant: quare Boji Senonibus vicini, cum Inſubribus ineunt ſocietatem; & evocant etiam Gallos eos, qui trans Alpes ad Rhodanum accolebant, quos, Geſſatas, à mercede qua conducti militabant, Polybius vocari; alii à Geſſa telo, quo in bello utebantur, dictos eſſe malunt. Reges eorum Congolitanus & Aneroëſtus, magnis invitati pecuniis, cum ingentibus copiis per Alpes in Italiam tranſeunt, atque, cum ſe Bojis & Inſubribus Tranſalpini conjunxiſſent, ipſi tunc peditum quinquaginta millia, equitum viginti millia exercitum adducentes in Etruriam irrumpunt, L. Aimilio Papo, C. Atilio Regulo Coſ. anno DXXVIII. *Stadius.*

b *Inſubribus*] Inſubres Galli ab oriente Cænomanis (qui hoc bello quieverunt) proximi erant, atque inter Oſlium & Ticinum flumina, Alpes & Padum habitabant. Coluerunt autem hæc oppida, Crem[…]nam, Bergomum, Mediolanum[…] Ticinum, Acerras, Novariam. Bo[…]ji ab ortu Senonibus, teſte Polybi[…] ad Rubiconem flumen ab occaſ[…] Liguribus Ciſpadanis ad Trebejam amnem proximi erant, ſed à meri[…]die Apennino, à Septemtrione Pa[…]do includebantur. *Stadius.*

c *Sed experimento deprehenſum eſt, quippe, ſicut primus impetus eis*[…] Hæc invicem non cohærent. E[…] turbant hoc loco verba iſta, *ſed experimento deprehenſum eſt.* Qu[…] nec cum præcedentibus, nec cum ſequentibus, conveniente ſenſu, ne[…]cti poſſunt. Gallis, inquit, Inſubribus & his Alpium accolis, anim[…] ferarum, corpora pluſquam humana erant, hoc eſt ultra ſtaturam hominum enormia. Addit ſtatim *Sed experimento deprehenſum eſt quippe ſicut primus impetus eis major, quam virorum eſt, ita ſequen*[…] *minor, quam fœminarum.* Ho[…] nempe experimento deprehenſum eſt, eos primum impetum habere majorem virili, ſecundum minorem muliebri. Sic ſane intelligendum. Sed ipſa conſtructio ſatis ſana non eſt. Hac re motus vir eru[…]ditus

primus impetus eis major quam virorum eſt, ita ſequens minor quam fœminarum, [e] Alpina corpora

itus, quatuor illa verba turbantia ollebat; *Sed experimento depre- enſum eſt.* Quod ſi feceris, verba um cohærebunt, ſententia ipſa diſ- repabit. Gallis, inquiet, corpora lus quam humana; animi vero fe- arum. Cauſam deinde ſubjunget: *Quippe primus impetus eis major uam virorum, ſequens minor quam œminarum.* Hoc nihil jam ad be- tias, cum ejuſmodi feris non ſo- um primi impetus ferociſſimi ſint, ed etiam ſequentes, ſed etiam ul- timi. Immo multæ ex his in fe- tum ſponte ſua ruunt, nec ante ferociam animorum deponunt, aut impetus ardorem, quam exſpiraverint. Non propterea igitur hoc illis accidit, ut poſt primos impetus elangueſcant, quod animos ferarum habeant. Nam pleræque feræ tales non ſunt. Cæterum placebat etiam eidem viro docto verba hæc quatuor retinenti ſcribere: *Id experimento deprehenſum eſt.* Sed res eodem recideret. Hic nempe ſenſus eſſet: Gallis animos ferarum eſſe experientia comprobatum. Quippe primum impetum eis eſſe majorem virili, ſequentem minorem fœmineo. Inde ſemper concluderetur tales feris animos eſſe. Quod non de omnibus verum eſt. Immo falſum in plurimis. Putem ego potius una ſyllaba addita, quæ exolevit ob ſimilitudinem præcedentis, ſcribendum: *Sed id experimento deprehenſum eſt: quippe ſicut primus impetus eis major quam virorum eſt, ita ſequens minor quam fœminarum.* Sequens periodus non reddit cauſam ejus rei quæ in præcedente continetur; ſed eam potius corrigit ab experientiæ documento. Gallis dixerat animos ferarum eſſe ac corpora majora humanis. Mox ſe corrigens, experimento deprehenſum eſſe dicit ex bellis plurimis, quæ cum eis Romani geſſere, primos quidem impetus habere belluarum, & majores quam virorum, ſequentes vero minores quam fœminarum. Hoc igitur non habuere ferarum, quæ ad extremum ſpiritum eumdem ſervant ferociæ & immanitatis tenorem, haud minus concitatæ ſecundo impetu, quam primo. *Salmaſius.*

d *Primus impetus eis major quam virorum eſt*] Hoc habet ex Livio lib. 10. qui non de Gallis Inſubribus id dictum memorat, ſed de Senonibus. De his enim ibi loquitur, *prima eorum prœlia pluſquam virorum, poſtrema minus quam fœminarum eſſe.* Item ibidem: *Gallos primo impetu feroces eſſe, quos ſuſtineri ſatis ſit.* In eamdem ſententiam lib. v. de Gallis in univerſum pronuntiat, *naturam eis animos & corpora magna magis dediſſe quam firma.* Idem.

e *Alpina corpora &c.*] Docent Philoſophi locatum conſequi locorum conditiones. Hinc ait Porphyrius locum eſſe generationis principium, quemadmodum & partem. Lege Cicer. lib. de fato cap. 4.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

pora humenti cœlo educata, habent quiddam ſi mile nivibus ſuis: quæ mox [f] ut caluêre pugna ſtatim in ſudorem eunt, & levi motu, quaſi ſol laxantur. Hi ſæpe & alias, ſed [g] Britomaro duc [h] *non prius ſoluturos ſe baltea, quam Capitolium aſcen diſſent*, juraverant. [i] Factum eſt. victos enim [k] Æm lit

cap. 4. Plin. 8. 58. Serv. Æn. 6. 724. Propert. 2. 3. Virg. Georg. 1. 57. *Camers.*

f *Vt caluêre pugna, ſtatim in ſudorem eunt*] Sic Livius lib. 34. *mollia & fluida Gallorum corpora eſſe* dicit, eoque æſtus ac laboris intolerantiſſima, idem lib. 10. *Gallorum corpora intolerantiſſima laboris atque æſtus fluere.* Quod Florus hîc interpretatur *in ſudorem ire*, hoc eſt, ſudore diffluere. Nam fluida & mollia corpora levi labore atque æſtu facile in ſudorem eunt. *In ſudorem ire*, ut apud Melam, *in maciem ire*, hoc eſt maceſcere: *priusquam in maciem eant.* Apulejus de Deo Socratis: *Ibit in Senectutem*, id eſt ſeneſcet. Sic ibi legendum nos alio loco docemus. *Salmaſ.*

g *Britomaro duce*] *Britamaro* quidem antiqui codd. Hoc ego nomen apud Polybium legere non memini, ſed alios iſtorum Gallorum Reges *Concolitanum* & *Aneroëſtum* à L. Æmilio victos. *Vinet.*

h *Non prius ſoluturos ſe baltea*] Uſitatum veteribus, ubi quid efficiendum ſuſcepiſſent, obſtringere ſe tali voto, tanquam aſſiduo monitore urgerentur ad maturandam rem, quam propoſuerant. Germani veteres *crinem barbamque ſubmittebant*, ut ex Tacito H. 4. 61. & G. 31. liquet. contrarium Arg vorum votum, comam non aler apud Herodot. 1. 82. Similia ſu *induſium non mutare &c.* Freinſ hemius.

i *Factum eſt*] Simile quiddai accidit Amilcari Pœno Syracuſa obſidenti apud Diod. 20. 29. Cice de Divin. 1. 24. & Val. Max. 1. 7. *Idem.* Sed non ex illorum ment & deſtinatione, qui ἐπινήκιον πρ τῆς νίκης cecinerant. Ex Virdungo *Hermannides.*

k *Æmilius*] Aimilio Papo, & Atilio Regulo Coſſ. Italiam nunti Gallici tumultus allato ſolam, ſin externis auxiliis, equitũ LXXX. millia, peditum DCC. millia armaſſ Plinius lib. 3. auctor eſt: ad hæc et iam Polybius eundem numerum ſociorum Italicorum exercitu nun cupato conficit. Aimilius cum parte copiarum Ariminum, ad arcendos à tranſitu Gallos profectus prætorem ad Fæſulas acie victum & circumſeſſum liberat. Gallos inde, cum præda in Etruriam abeuntes, à tergo Aimilius, à fronte Atilius, ex Sardinia revocatus, adorti: ita ad Telamonem, Etruriæ maritimam urbem, pugnarunt, ut Gallorum XL. millia occiderint, X. millia cum Congolitano rege ceperint. Aneroëſtus ſemetipſum in fuga

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

us l in Capitolio m diſcinxit. Mox Arioviſto duce overe *de noſtrorum militum præda* n *Marti ſuo torquem.* Intercepit Juppitur votum. nam de torquibus

ı interemit; Conſul Atilius in prœlio occiſus eſt. Aimilius vaſto Bojorum agro Romam triumphans rediit, ac Capitolium armis & torquibus Gallorum exornavit: ita ſe- Polybius. Zonaras addit θώρα-κας ipſis, cum riſus acerbitate ut dſuerent in Capitolio Aimilium iſſiſſe: Britomari ducis nomen, ujus hic Florus meminit, apud aos non legi, ut nec ſequentis Arionici. *Stadius.*

l *In Capitolio diſcinxit*] Lege hiſtoriæ veritatem apud Polyb. 2. 34. Multa namque poëtica hic homo nterſerit & miſcet. *Vinetus.* Stat tamen à noſtro Zonaras tomo 2. pag. 3. *Æmilius Bojis ſuperatis triumphans, captivorum principes armatos in Capitolium perduxit: inſolentiam eorum irridens, quod ſe thoraces non prius exuturos juraſſent, quam in Capitolium veniſſent.* Freinshemius.

m *Diſcinxit*] Militum inſigne cingulum, de quo *Panciroll. lib.* 1. *Theſ. Var. Lect. cap.* 11. quod demebatur iis, cum exauctorarentur ignominiæ cauſa, ut docet *Stevvechius ad Veget. lib.* 2. *cap.* 3. *Barth. lib.* 1. *Ableg. Crit. cap.* 1. Ipſius *Martis* ſimulacrum videmus in numis *circa lumbos cincti*, zonæ extremitatibus utrinque dependentibus, apud *Goltz. tom. de Auguſt.* rationem reddit eleganter *Pighius in Charact. lib.* 1. *Annal.* Neque ſolum milites; ſed quicunque ſerii aliquid facere parabant, cingulo veſtes laxas conſtringebant. *Caſaub. ad Suet. Aug. cap.* 24. Unde *Quintilian.* Grachos ad evertendam remp. velut armis eloquentiæ *ſuccinctos* acceſſiſſe. Contra *Diſcinctos* dicebant *negligentes*, ut Græci ἀζώςους, λυσιζώνους. Ex Rupert. *Hermannides.*

n *Marti ſuo*] Docet Cæſar de bell. Gall. 6. 17. Gallos quinque potiſſimum deos coluiſſe, *Mercurium, Apollinem, Iovem, Martem*, atque *Minervam.* Cauſam lege ibidem. *Camers.* Hunc Martem ſuum *Heum* ſive *Heſum* ſua lingua indigitabant, eumque præcipuum Deorum, apud *Tacit. lib.* 4. *Hiſtor. c.* 64. Tencterorum legati vocant. Cæterum & de hoc, & de cæteris Gallorum Veterum Diis ubertim, & cum cura tractat *Petrus Pithæus lib.* 1. *Adverſ. cap.* 3. De hoc ipſo *Heſo* nonnihil *Erycius Puteanus in Hiſt. Inſubr. p.* 17. Ex Rup. *Hermannides.*

o *Torquem*] *Gallos cum auro (quod in torquibus habebant) pugnare ſolitos, Torquatus indicio eſt.* Plin. 33. 1. Idque tangit Varro citatus à Nonio in *Torquis.* Ita prœlio, quo Marcellus, qui A.V. DLIV. Coſ. fuit, Gallos cecidit, inter alia etiam *aureos torques multos* captos Valerius Antias ſcribit apud Livium 33. 40. Cornelius Coſ. in triumpho de Bojis, *aureos torques tranſtulit mille quadringentos ſeptua-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

quibus eorum p aureum trophæum Jovi q Flaminius erexit. Viridomaro rege r *Romana arma Vulcano* promiſerant. alioſum vota ceciderunt. occiſo enim rege, ſ Marcellus t tertia poſt Romulum patrem Feretrio Jovi arma ſuſpendit.

CA

ptuaginta. Nam auctore Polyb. 2. 17. *opes ſingulorum erant in pecore, vel auro.* Ut nemini mirum videri debeat, *aureum trophæum* ex torquibus eorum ſtatui potuiſſe. *Freinshemius.*

p *Aureum trophæum Iovi Flaminius erexit*] Hujus trophæi imaginem ac memoriam expreſſam pulcre videmus in argenteis nummis, ab uno latere repræſentantibus in corona laurea caput Iovis Triumphatoris, laurea item obvinctum: & ab altero victoriam alatam cum palmæ ramo in ſiniſtra, quæ coronam extendit ſupra trophæum arboris trunco ſuſpenſum, quod galea pinnata, clipeo rotundo, gladio & ſago Gallico veſtitum & adornatum eſt, cui adſcriptus eſt titulus: C. FLAMINI. G.F. ROMA. Nummi picturam habes in Feſtis Goltzianis. Pighius in Annalibus ad A. V. DXXX. Simile trophæum devictis itidem Gallis erexiſſe poſtea Marium, ex Plutarchi Cæſare. 9. Rycquius commentario de Capitolio Romano notat. *Freinshem.*

q *Flaminius*] Temerarius ille, quem ad Traſimenum occidit Annibal. Et qui ſicut ὁ ϛρατηγὸς τὴν δόκησιν ἄρνυ,idque ſæpe immerito, triumphum conſecutus eſt induſtria tribunorum, cum impera
ſua victoriam pene prodidiſſet.
ctor Polyb. 2. 31. *Stadius.*

r *Rom. arma Vulcano prom*
rant] Romanis uſitatum ex Li
8.30. 23. 41. 12. 45. 33. itemque
ſtro 4. 12. patet. De Barbaris
votum mihi nunquam lectum,
pius apud Tacitum 13. 57. ubi
ctores diverſam aciem Marti
Mercurio ſacravere, quo voto, eq
viri, cuncta viva occidioni d
tur. Idem.

ſ *Marcellus*] Pacem peteb
Inſubres fracti feſſique frequen
ſima clade, ſed à Coſſ. M. Clau
Marcello, & Cn. Cornelio Scip
ne in ipſos anno DXXXI. move
bus, ad arma inviti compellun
Coſſ. Acerras ipſorum oppidu
Inſubres Claſtidium Romanor
obſidebant, (erat enim Claſtidi
ad Padum, quantum obſerva
modo Ligurum, aliquando In
brum oppidum) Marcellus eo
ſocios obſidione liberandos, c
èquitatu profectus, cum in Ge
tarum obvium exercitum inci
ſet, eum, rege ipſorum Virdum
(cujus ſpolia Feretrio Jovi vove
interfecto, fudit fugavitque. M
cellus deinde Acerras cepit, cun
qui Acerris præſidio fuerant, M
diolanum, quod Inſubrum ca
e

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

CAP. V.

Bellum [a] Illyricum.

ILlyrii, ſeu Liburni ſub extremis Alpium radicibus agunt, inter Arſiam, [b] Titiumque flumen, longiſſime per totum Adriani maris

…at, confugiſſent, Cn. Cornelius …ſos prœlio fudit, & Mediola…um expugnavit. Inſubres, deſpe…itis jam rebus ſuis, ſe Romanis de…iderunt. M. Claudius Marcellus …nſul de Gallis Inſubribus & Ger…anis (quod in Capitol. tabulis eſt, …ro iis, quos apud Polybium Geſ…ta legimus) triumphavit: iſque …polia opima retulit de duce hoſti…m Virdumaro, ad Claſtidium in…rfecto, anno DXXXI. Kal. Mart. …uod & Epitoma XX. & Virg. lib. … Æn. Frontinus lib. 4. Plut. in …Iar. teſtantur. Bellatum itaque …um Inſubribus colligitur trien…ium. Bojorum gentem biennio …rius devictam fuiſſe Q. Fulvio, T. Manlio Coſſ. an. DXXIX. Polybius auctor eſt, atque iis Coſſ. primum exercitus Romanos trans Padum ductos Epitoma XX. & Oroſius ſcribunt. *Stadius*.

t *Tertia poſt Rom. &c.*] Ita Virg. Æn. 6. 869.

Tertiaque arma patri ſuſpendet
capta Quirino.

Nam prima Romulus, ſecunda Coſſus ſuſpenderant, de quibus exacte Livius I. 10. & Epit. 20. Vide etiam ſupra I. I. Apparet hinc Obſequentem cap. 30. falſum in hac hiſtoria aut corruptum eſſe; legitur enim apud eum *capto Viridomaro rege*, cum ſcribendum fuiſſet, *caſo*. Freinshem.

I*Llyricum*] Nondum deprehendere potui, quos annales …cutus fuerit Florus noſter, quod …llyricum bellum Gallico Ciſalpi…o poſterius faciat, neglecta ſerie … ordine temporum: cum Illyricis …nim bellum initum eſt anno U.C. …XXIV. Cum namque Phœnicem …piri emporium Illyrii per vim oc…upaſſent, mercatores Italicos …ommerciorum cauſa eo navigan…es, etiam Illyrii jam, prædationibus adſueti, deprædati ſunt, legatoſque, qui res repetitum veniebant, injuria affecerunt: dum namque Teuta Illyriorum regina ſuperbe cum legatis ageret, ſuperbiuſque alter reſpondiſſet, juſſu reginæ retractus ex itinere, occiſus eſt: ea de cauſa Romani claſſe comparata ad ulciſcendam legati necem Fulvium Centumalum miſerunt, qui Corcyram, quam Demetrius ab Illyriis captam regebat, recepit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

maris littus effuſi. Hi [c] regnante Teutana [d] mu-
liere, populationibus non contenti, licentiæ ſce-
lus addiderunt. [e] Legatos quippe noſtros, ob q
qu

recepit. Inde Apolloniam in poteſtatem redegit: ſecuti ſunt & Dyrrachini hanc victoriam, atque alii etiam populi ſeſe Romanis tradiderunt. Teuta, tot adverſis fracta, pacem à populo R. iis conditionibus impetravit, ut quotannis tributum penderet, ac Illyrio fere omni excederet, neque ei extra Liſſum urbem, niſi cum duobus inermibus lembis, navigare liceret: ita fere Polybius hanc hiſtoriam proſequitur: variat ab eo Appianus in Illyrico: ſed Zonaras ab utriſque diſcedit. *Stadius.* De hoc bello, & aliis cum Illyriis geſtis, extat liber Appiani, qui *Illyrius* inſcribitur. Lege Livii Epit. 20. Eutrop. 3. 1. Oroſ. 4. 13. *Camers.* Vide etiam Polyb. 2. 8. &c. & Zonaram tom. 2. pag. 67. Quod autem hoc bellum, poſt illud Gallicum Arioviſti deſcribat auctor, cum tamen prius geſtum ſit; facit ne rerum Gallicarum ſeriem interrumpat, ſicut perpetuo ſolet. Vide infra 2. 19. *Freinshemius.*

b *Titium*] Antiqui libri *Ticinum* appellabant, ut Galliæ fluvium, apud quem cæſi primum ab Annibale Romani. Ptolemæi Græca *Τίτων* vocant, id eſt *Titum.* Plinius in extremo libro tertio: *Arſia, gens Liburnorum, jungitur uſque ad flumen Titium.* Vinetus.

c *Regnante Teutanâ*] De muliebri imperio qui non ſcripſerunt Politicorum? *Ægyptii* huic ſexui ſeſe ſubjiciebant. Nec mirum, cum ... vo Rege plus auctoritatis eſſet R... ginæ, quam marito. Et *tabulis* ... *talitiis*, inter privatos; *imperiu* ... *fœminæ* in virum *aſſignabatur*: u... *Uxoribus ſe per omnia obtemperat*... *ros* mariti profitentur, ut eſt ap... *Diod. Sicul. lib.* 1. *cap.* 27. Sic pl... rique *Orientales*, ut docet *Freins*... *ad Curtii lib.* 10. *cap.* 1. Nec E... ropæis nationibus ignominioſu... fuit ſubdi Fœminæ. *Tacit. lib.* 1... *Annal. cap.* 35. de Britannis: S... litum *ipſis fœminarum ductu bell*... *re*. Hermannides.

d *Muliere*] Videtur abunda... vox iſta; præſertim cum ſtatim r... petatur, *idque mulier imperabat*... Niſi forte ideo expreſſit auctor, ... jungeret *in tantum non modo à l*... *bertate, ſed etiam à ſervitute deg*... *neraſſe*, quod de populis fœmine... dominatui ſubjectis Tacitus G. 4... 11. ait. Quamvis & olim & hodi... potentiſſimi fortiſſimique popu... muliebrem in imperiis ſucceſſio... nem admittant. *Freinsh.* Teuta v... dua erat Agronis regis Illyriorum... noverca Pineos filii Agronis. *Sta*...

e *Legatos &c.*] Legatorum iſto... rum nomina variant apud ſcripto... res. *Cajum & Lucium Coruncan*... Polyb. 2. 8. vocat. *Publium Iuniu*... *& Titum Coruncanium* Plinius 34... 6. Appianus Illyrico, unius *Corun*... *canii* meminit. Porro & de nume... ro interfectorum controverſia eſt... Plinio duos illos, quorum nome...

adnota

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

quæ deliquerant, jure agentes, ne gladio quidem, f ſed ut victimas, ſecuri percutiunt. præfectos navium igni comburunt, g idque quo indignius foret, mulier imperabat. Itaque, h Cnæo Fulvio Centi-

adnotavimus, occiſos adſerente, aliis autem abſolute legatos interfectos dicentibus, numero non addito, quos inter Livius epit. 20. Oroſius 4. 13. Eutropius 3. 1. Polybius minorem natu Coruncanium occiſum ait, quod liberius locutus eſſet. Appianus Coruncanio cæſo, ceteros ſibi manus intuliſſe; idque vivo etiamnum Agrone Teutanæ marito factum. *Freinsh.*

f *Sed ut victimas, ſecuri percutiunt*] Ignominioſo mortis genere. Tangit id Livius 7. 15. CCCVII. *Milites Romanos captos Tarquinienſes immolarunt: qua fœditate ſupplicii aliquanto ignominia populi Rom. inſignitior fuit.* Plura Caſaub. ad Sueton. Aug. 15. 2. *hoſtiarum more mactatos.* quo tamen non pertinet illud ex Liv. 25. 16. citatum. Victimas porro ſecuri percuti ſolitas multis exemplis demonſtrat Briſſonius formularum libro primo, & poſt eum Taubmannus ad Virg. Æn. 2. 224. Fœditatem autem hujus ſupplicii in cauſſa fuiſſe, ut in militem, qui Papinianum mori juſſum non gladio, ſed ſecuri percuſſerat, animadverti juſſerit Caracallus apud Spartianum cap. 4. & Xiphilinum: conſentiunt Briſſonius in Lexico. Gothofred. ad *l.* 8. §. 1. de pœn. Caſaub. d. loc. ad Tac. 15. 67. *Freinsh.*

g *Idque, quo indignius foret, mulier imperabat*] Xiphilinus in Nerone de clade Roman. in Britannia: *Quæ clades à muliere illata eſt pop. Rom. ut majore ignominia afficeretur.* fœminarum enim juſſa pati, ignominioſum eſt. vide Tacitum 12. 40. Ne quis autem miretur aſperitatem imperii, audiat eundem Tac. 3. 33. notantem mulierum juſſa, *pervicacia magis & impotentia* eſſe. *Freinshem.* Apud *Tacit. lib.* 2. *cap.* 71. *Annal.* Germanicus: *Etiam quos invidia erga viventem movebat, illachrymabunt, quondam florentem, & tot bellorum ſuperſtitem,* muliebri fraude *cecidiſſe.* Simili modo deplorat *Menelaus* infortunium fratris *Agamemnonis* à *Clytemneſtra* cæſi, apud *Libavium* Sophiſtam: *Nunc autem periit Agamemnon, non in acie proſtratus, nec honeſta plaga percuſſus; ſed muliebribus inſidiis irretitus.* Hermann.

h *C. F. Centimalo*] Cn. Fulvio Centimalo, qui prioris anni DXXIV. Conſul cum Poſtumio Albino fuerat, imperium adverſus Illyrios fuiſſe prorogatum in hunc annum, & pro Conſule de Illyriis triumphaſſe, ex Eutropio & Oroſio, & Triumphorum tabulis manifeſtum eſt. Iterum Illyrii cum rebellaſſent anno U. C. DXXXIV. ab Aimilio Paullo & M. Livio Coſſ. edomiti ſunt. Demetrius enim Pharius Illyriorum rex, oblitus beneficiorum populi Romani, Illyrica oppida Romanis ſubjecta vaſtabat. & fines, fœdere deſignatos, tranſcendebat:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

Centimalo duce, late domantur. Strictæ in prin-
cipum colla ſecures, legatorum i Manibus litaver-

CAP. VI.

a Bellum Punicum ſecundum.

b POſt primum Punicum bellum vix qua-
driennii requies: ecce alterum bellum
c minus quidem ſpatio (nec enim amplius
quam

adverſus quem Aimilius conſul miſſus Dimalium urbem præſidio firmatam intra VII. dies expugnat. Demetrium in Pharum, inſulæ Phariæ urbem, cum 6000. veteranorum contendentem Aimilius infeſtus proſequitur, oppidumque capit. Demetrio prius fuga ad Philippum Macedonum regem elapſo, Illyrium reliquum occupat Aimilius, Pineoque Teutæ privigno [...] gronisque filio ſtipendium ut dar[...] impetravit: ita Polybius, & Juſ[...] nus. *Stadius.*

i *Manibus*] Gentiles credeba[...] dolere manes interfectorum, n[...] vindicta levarentur. Ideoque h[...] quoque in cauſa principes Illyri[...] eadem ignominioſa morte conf[...] cerunt. *Freinshemius.*

---

a BEllum Pun. ſec.] Annibal Amilcaris filius in odium Romanorum ſacramento, ex patris auctoritate, à nono ætatis ſuæ anno obſtrictus, jam agens XXVI. & ab exercitu ſuo imperator ſalutatus, deleta Sagunto, fœdera Pœnorum cum Rom. icta violat: ipſe, ſuperato Pyrenæo, per Gallias & Alpes in Italiam degreſſus, Scipionem conſulem equeſtri prœlio ad Ticinum fluvium ſuperat; quem vulneratum, filius admodum adoleſcens, (quique poſtea, ab Africa devicta, Africani cognomen invenit) ne in manus hoſtium veniret, protexit. Iterum calliditate Annibalis ad Trebiam flumen, Ti. Semproni[...] collega Scipionis, torpentibus p[...] rigore, ſub Brumæ tempus, R[...] manis, acie funditur. Tertiam cl[...] dem, ad Traſimenum in agro P[...] ruſino lacum. Conſul Flamini[...] accepit, cum ab Annibale jam l[...] ſco, veluti indagine, captus eſſe[...] una cum exercitu cæſus eſt. (Qua[...] tam & maximam) Varronis co[...] ſulis temeritate, Annibalis inſid[...] & vafricie, ad Cannas pertuli[...] quæ luctum & ultimum diem R[...] manis attuliſſet, ſi Annibal victor[...] uti ſciviſſet. *Stad.*

b *Poſt primum Punicum bellu[...] vix quadriennii requies*] Vult qu[...] tuor tantum annorum ſpatium i[...] terce[...]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

quam decem & octo annos habet) ſed adeo cladium atrocitate terribilius, ut ſi quis conferat damna utriuſque populi, [d] ſimilior victo ſit populus qui vicit. [e] Urebat nobilem populum [f] ablatum mare, captæ

tereeſſiſſe inter Punicum bellum primum & ſecundum. Hoc falſiſſimum. Unde hunc errorem hauſerit noſter neſcio, in Hiſtoria tam clara certaque. Fortean ex his Livii verbis: *His anxius curis ita ſe Africo bello quod fuit ſub recentem Romanorum pacem, per quinque annos, ita deinde novem annis in Hiſpania augendo Punico imperio geſſit, ut appareret majus eum, quam quod gereret, agitare in animo bellum.* De Amilcare hæc dicuntur Annibalis patre, non de Annibale, qui ſub recentem pacem cum Romanis factam, per quinque annos bellum Africum geſſit, deinde Hiſpanicum per alios annos novem. Hi ſunt anni quattuordecim. Mortuo Amilcare Aſdrubal Amilcaris gener octo annos imperium obtinuit, quod puer eſſet Annibal. Annos jam habemus viginti tres à fine Punici primi belli, quo pax facta eſt, uſque ad initium imperii Annibalis. Quin & cum hoc Aſdrubale, dum in imperio fuit, fœdus renovarunt Romani. At ubi dux declaratus eſt Annibal, quaſi ſi mandatum ſibi eſſet bellum cum Romanis, ſtatim ad id ſe comparavit ac Saguntum in cauſam belli arripuit. Fortaſſe noſter quinque illos annos Africi belli ſomniabundus accepit, pro intervallo, quod fuit inter primum, ac ſecundum Punicum bellum. Quid enim hæc aliud ſibi volunt? *Poſt primum Punicum bellum vix quadriennii requies: Ecce alterum bellum.* Certe poſt Africum bellum, quod ſub recentem pacem Romanorum ab illo ſuſceptum, & quinque annos geſtum eſt, Hiſpanienſe bellum adgreſſus eſt. Sed non cum Romanis iſtud; verum in ea Hiſpaniæ parte geſtum, quæ ſub ditione Romanorum non erat. *Salmaſius.*

c *Minus quidem ſpatio*] Primum Punicum bellũ cepit an. DLXXXIIX. pax Pœnis data eſt anno DXII. ſunt itaque anni intermedii XXIV. Initum eſt hoc bellum, P. Cornelio Scipione, Tib. Sempronio Longo Coſſ. anno DXXXV. finitum debellato in Africa Annibale, & pace Carthaginienſibus ſupplicibus data, Cn. Cornelio Lentulo, P. Ælio Pœto Coſſ. anno DLII. ſunt itaque anni intermedii in hoc ſecundo bello Punico ſeptemdecim, nec amplius. *Stadius.*

d *Similior victo ſit populus qui vicit*] Romani enim initio maximis attriti fuerant cladibus. Similiter *Liv. lib. 21. cap. 1.* de Bello Punico: *adeo varia belli fortuna ancepſque Mars fuit, ut propius periculo fuerint, qui vicêre*, Salmaſ. Huc facit illud *Vegetii Lib. 3. de re Milit. cap. 25. Eventus omnium prœliorum inter initia contra illos magis fuiſſe, quibus victoria debebatur.* Ex Rup. *Hermannides.*

captæ inſulæ, [g] dare tributa, quæ jubere conſue verat. In ultionem puer Annibal [h] ad aram patr juraverat: [i] nec morabatur. Igitur [k] in cauſſan bell

e *Vrebat nobilem populum ablatum mare, captæ inſulæ, dare tributa*] Et heic Livium imitatur, ſed ad populum Carthaginenſem tranſtulit quod ille de Annibalis patre Amilcare dixit: *Angebant ingentis ſpiritus virum Sicilia Sardiniaque amiſſæ. Nam Sicilia nimis celeri deſperatione rerum conceſſa, & Sardinia inter motum Africæ fraude Romanorum ſtipendio etiam ſuper impoſito intercepto.* Hic habes omnia quæ expreſſit Florus, ablatum mare, inſulas captas, tributum impoſitum. Scripti autem libri Flori & Jordanis, hoc loco legunt, *raptæ inſulæ*, non ut eſt in vulgatis, *captæ*. De Sicilia & Sardinia intelligit, quarum alteram conceſſam dicit ab ipſis Carthaginienſibus, alteram interceptam fraude Romanorum. Utraque certe erepta Carthaginienſibus. *Salmaſius.*

f *Ablatum mare*] Hoc ad leges pacis à Romanis primo bello Punico datas, referendum eſt: quas ita fere Polyb. I. 62. refert. *Pœni Sicilia & omnibus inſulis, quæ inter Italiam & Africam ſunt, excedunto:* MCC. *talenta in annos* XX. *pendunto: &c.* Livius itidem lib. 21. Pœni, navali ad Ægeates clade accepta, Sicilia & Sardinia ceſſere, & ſe vectigales ac ſtipendiarios fieri paſſi ſunt. *Stadius.*

g *Dare tributa, quæ jubere conſueverat*] Eo pertinet illud Diviconis reſponſum, apud Cæſ. de bell. Gall. I. 14. *Ita Helvetios à majoribus ſuis inſtitutos eſſe, uti obſides accipere, non dare conſueverint.* Idem.

h *Ad aram patri juraverat*] Jordanis Codices: *Ad aram patris* Falſum eſt. Patri enim juravit, non ad aram patris. Vivebat enim adhuc pater, & annorum erat ferme novem ipſe Annibal. *Salmaſius.*

i *Nec remorab.*] Melius noſtri libri, ac in his optimus Nazarianus: *Nec morabatur.* Puer Annibal novennis adhuc patri blandiens, altaribus admotus, tactis ſacris, juraverat, ſe cum primum poſſet, hoſtem fore populo Romano. *Nec morabatur.* Nec in mora erat Annibal. Obſcura tamen hæc brevitas qualis ferme compendiorum eſſe ſolet. Puer Annibal novem annos natus, juraverat ultionem patriæ ſuæ & bellum in Romanos. *Nec morabatur*, inquit. Atqui ab illo jurejurando Annibalis ad illum diem quo imperium accepit, & dux declaratus eſt, anni ferme cucurrerant ſeptemdecim. Dicere ſane debuit Florus ex quo die imperium & ducatum exercitus obtinuit Annibal nullam moram interpoſuiſſe quin bellum Saguntinis inferret, & per hujus cauſam Romanis. Sic enim recte Livius quem & heîc adumbrare voluit Annæus noſter, ſed vitio brevitatis male expreſſit: *Ceterum ex quo die dux eſt declaratus velut Italia ei provincia decreta bellum-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

belli [l] Saguntus delecta eſt; [m] vetus Hiſpaniæ civitas

bellumque Romanum mandatum eſſet, nihil prolatandum ratus, ne ſe quoque, ut patrem Amilcarem, deinde Aſdrubalem cunctantem caſus aliquis opprimeret, Saguntinis inferre bellum ſtatuit, quibus oppugnandis haud dubie Romana arma movebantur. Non dubium eſt, quin hæc inſpexerit Florus cum ita hoc loco ſcripſit: *In ultionem puer Annibal juraverat, nec morabatur. Igitur in cauſam belli Saguntus delecta eſt.* Sic hiſtoriæ luci plerumque caliginem offundunt iſta compendia, quibus nimia brevitas captatur. *Idem.*

k *In cauſa belli Saguntus deleta eſt*] Verum eſt, *delecta,* non *deleta:* &, *in cauſam,* non *in cauſa.* Delegit Saguntum Annibal, cujus everſio cauſam belli præberet inter ſe & Romanos. Nihil verius hac lectione. Libro tertio de Tribunis: *Scaurum & Philippum reos delegit.* Id. Nulla cauſa fuit. Licet enim eo fœdere, quod cum Romanis Carthaginenſes fecerant, ſocii utrorumque excepti fuerint, non potuit id prodeſſe Saguntinis: quippe qui tantum poſtea in Romanorum amicitiam recepti fuerunt. Licuit igitur Carthaginenſibus integro interim & non rupto fœdere arma, quæ juſta arbitrabantur, in Saguntinos movere, nec minus Romanis ex jure naturali licuit defendere eoſdem. Quod autem *Livius* exiſtimat *lib.* 21. quia additum in fœdere non fuit, excipi ſocios qui tunc eſſent, aut non licere poſt alios aſſumere; etiam Saguntinos comprehenſos fuiſſe, Romanis plus æquo favere videtur, &, ut invidiam malæ cauſæ rejiciat in Pœnos, argumentis illis, ſed verè imbecillibus, uti. Quamvis enim ſociorum nomen ad futuros etiam extendi aliquando poſſit. Hoc loco non poteſt, ſtrictè enim de iis qui erant fœderis tempore, ſumendum eſt, quia agitur de fœdere rumpendo, quod odioſum. *Zevecotius.*

l *Saguntus*] Urbs Hiſpaniæ Tarraconenſis à Zazynthiis condita, diſtabat à mari Balearico ſeptem ſtadiis, ut Polybius 3. 17. & Livius 21. 7. 2. numerant. *Stadius.* Hodie putatur oppidum, quod *Morvedro* vocatur in *Valentiæ* regno, ut meminit *Nonius. Ioannes de Laet* bis mille paſſibus à littore eam diſtare ſcribit. Locus Romanis olim fidiſſimus cum ab Hannibale Carthaginenſium duce obſidione cingeretur & caperetur. *Plin. lib.* 16. *c.* 40. *Æmilius Probus in Hannibale. Oroſius l.* 4. *c.* 14. *Eutrop. l.* 1. & *alii plures.* In mero ſcopulo ſitam olim amplam admodum fuiſſe collapſa etiamnum rudera teſtantur. Ad portam hodie prope templum cathedrale *Hannibalis* caput lapidi inciſum cernitur. In urbis portæ tabulâ lapideâ admodum confracta vix verba legi poſſunt quæ *Nonius* & *Merula* habent. *Hermannides.*

m *Vetus Hiſpaniæ civit.*] Quippe cc. ante excidium Trojæ annis condita.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

vitas & opulenta, fideique erga Romanos magnu quidem, ſed triſte monumentum. quam in libe tatem communi fœdere exceptam, Annibal, cau ſas novorum motuum quærens, n & ſuis, & ipſ rum manibus evertit, o ut Italiam ſibi rupto fœd

dita. auctor Plinius 16.40. *Freinsh.* Apud Jordanem legitur: *velut Hiſpaniæ civitas.* Tale quid proculdubio in Flori libris legerat. Vetuſtiſſimus omnium, quos nunc extare cenſeamus, Nazarianus ita habet: *Saguntus delecta eſt us Hiſpaniæ civitas.* S pro *t* in illo optimo libro crebro exaratum notavimus. Igitur ex eo legendum: *Saguntus delecta eſt, ut Hiſpaniæ civitas & opulenta. Vt* in *velut* mutavit Jordanes more ſuo, ut planius eſſet. Quantum illa habeant momenti, *ut Hiſpaniæ civitas*, non ignorabunt, qui aliquid in libris aliquando legerunt, quique hanc hiſtoriam tenent. Quia tamen hoc obſcurum eſt ex narratione Flori, dilucidius eſt explanandum. Ultimo fœdere cautum fuerat, ut Iberus diſterminaret ditionem Romanorum & Carthaginenſium. Saguntus ultra Iberum quidem, fœdere tamen cum Romanis juncta, & ideo excepta, ne quid in eam liceret Carthaginienſium armis, utque libera maneret inter utriuſque populi imperia. Annibal cui propoſitum erat bellum movere Romanis, ne fœdifragus palam videretur, non Saguntinis arma aperte nec ſtatim intulit, ſed in Olcadum fines quæ gens ultra Iberum amnem in ea parte, quam Romani non ceperant, exercitum induxit, non recta petiſſe Saguntinos, ſ rerum ſerie ducente, finitimis pe domitis, continentia jungendo, oppidum ejuſdem regionis ultra berum ſitæ oppugnandum qu tractus videri poſſet. Ut Hiſpani ergo urbem Saguntum in belli ca ſam delegit, id eſt ejus Hiſpan quæ ultra finem eſſet imperii R mani, hoc eſt ultra Iberum amne Quod non tacere debuit Floru rem ſane tanti momenti, ut ſine vix intelligi queat quare dixerit *S guntum ab Annibale delectam cauſam belli, ut Hiſpaniæ urbe* Non admodũ autem veterem fu ſe urbem Saguntum ex Livio co ligere eſt, qui ſcribit *lib.*21. oriu dos quidem à Zacyntho inſula ej incolas, miſtis ab Ardea Rutu brevique in eas opes creviſſe qua tæ tum fuerunt, cum eos expugn re adortus eſt Annibal. *Salmaſ.*

n *Et ſuis, & ipſorum manibu* Hæc non intelligebat Jordanes cu reſcriberet: *ſuis & ſuorum man bus*; tam enim ſuis quam Annib lis manibus everſi ſunt Saguntin qui ſe ſuaque omnia in pyram co jecerunt, nec arbitrium victo expectarunt. Hoc voluit Floru nec intellexit Jordanes. *Idem.*

o *Vt Italiam ſibi rupto fœde aperiret*] Ideo miſſus à Senatu

Ann

re aperiret. p Summa fœderum Romanis religio eſt: itaque ad auditum ſociæ civitatis obſidium, memores icti cum Pœnis quoque fœderis, non ſtatim ad arma procurrunt, dum prius more legitimo queri malunt. Interim jam q novem menſibus feſſi fame, machinis, r ferro, verſa denique in rabiem fide, immanem in foro excitant rogum: tum deſuper ſe ſuosque cum omnibus opibus ſuis ferro corrumpunt. Hujus tantæ cladis auctor Annibal poſcitur. ſ Tergiverſantibus Pœnis, t dux legationis, *Quæ*,

Annibalem Legatus dixiſſe fertur, Carthaginenſes, dum Saguntum oppugnant, ipſa Romæ mœnia pulſare. *Zevecotius.*

p *Summa fœderum Romanis religio eſt*] Sextus Cæcilius Ictus apud Agell. 20. 1. *Populus Romanus parva origine ad tantæ amplitudinis inſtar emicuit: ſed omnium maxime atque præcipue fidem coluit, ſanctamque habuit, tam privatim quam publice.*

q *Novem menſibus*] Viro generoſo nihil optatius, quam amiſſæ libertati ne horam quidem ſupervivere, docet *Grut. Diſc.* 20. *in Tacit.* atque hinc *Seneca* Philoſophus magnam *calamitatem & pœnam* eſſe cenſet ſub *M. Antonio* vivere, qui libertatem publicam oppreſſerat. Nam *Epiſt.* 82. de Bruto verba faciens, qui erubeſcenda vitæ cupidine mortis moras quærebat: *Præbebo cervicem*, inquit, *ita vivam.* Hermannides.

r *Ferro & igne*] Si abſque damno chartæ poſſem, has duas voces, *& igne*, ſtatim ignibus darem. Has igitur, quantum poſſunt, abeſſe jubemus, conſentientibus omnibus libris. Nec enim ignem Hannibal illum admovit, quo cremata eſt Saguntus, ſed ipſi ſuis manibus rogum exſtruxerunt, ut ſtatim ſequitur: *& deſuper ſeque ſuoſque impoſuerunt.* Illæ voces, *& igne*, ex ſequentibus repetitæ: *ſe ſuoſque, cum omnibus opibus ſuis, ferro & igni corrumpunt.* Hinc igitur ſunt tollendæ. *Salmaſius.*

ſ *Tergiverſantibus Pœnis*] Totus enim Senatus Annibalis erat, eumque fovebat: qualis animus & Ætolorum fuit apud *Polyb. lib.* 4. *cap.* 27. qui Prætorem inſuper crearunt *Scopam*, omnium ſcelerum auctorem. Igitur effecêre, ut non jam Hannibalis; ſed omnium Carthaginenſium culpa eſſet. Nam, ut inquit *Phartazes* apud Agath. lib. 3. p. 76. *Non ſolum execrabiles Deoque inviſi percuſſores, quique ſuis manibus cædem perpetrarunt; verùm etiam omnes, qui cum prohibere poſſent, permiſerunt, & qui gaviſi ſunt, nec majorem in modum indoluerunt.* Hermannides.

t *Dux legationis*] Hi autem legati

Quæ, inquit, *mora eſt?* Fabius. u *In hoc ego ſin* x *bellum pacemque porto ; utrum eligitis?* y Succla mant

gati fuerunt Fabius Pamphilus, & Valerius Publicola. Lege Livium 21. 18. Eleganter hanc legationem canit Silius in principio ſecundi. *Camers.*

u *In hoc ego ſinu bellum pacemque porto*] Sic omnes noſtri. Et ſic Livius unde hæc ſumpta: *Tum Romanus ſinu ex toga facto, Hic, inquit, vobis bellum pacemque portamus.* Notandum in his Livii verbis, quod ait *ſinu ex toga facto.* Antiquæ & illorum temporum togæ ſinus non habebant, qui poſtea duplices facti. Qui igitur ſinum tum ex toga facere vellet, aut lacinia ejus in humerum rejicienda, aut brachio ſubjicienda fuit, aut quoquo alio modo replicanda. Diſertè profecto Quintilianus obſervat antiquiorum Romanorum togas ſinus non habuiſſe. Ideo Livius de toga illorum temporum dixit, *ſinu ex toga facto.* Quod non opus habuiſſet dicere de ſuæ ætatis togis, ut nec Florus quidquam tale innuit. Nam ſinum illæ duplicem habuerunt, de quibus nos affatim in Notis ad Tertulliani librum de Pallio. Quod ait mox Livius, *& cum is iterum effuſo ſinu bellum dare dixiſſet*, per ſinum effuſum dimiſſam ac laxatam togæ laciniam intelligit, quam in ſinum contraxerat. At Florus temporum ſuorum togas reſpiciens pro eo excuſſum *in media curia togæ gremium* dixit. Id eſt excuſſo ſinu, qui togis tunc temporis adhærens & artificio factus, quomodo pera aut marſupium excutitur, cum evolvitur quod intus eſt repoſitun Alicui tamen placere poſſet, ut p *effuſum ſinum* accipiamus, quaſi ex cuſſam illam ſinus quam ex tog formaverat capacitatem ut effun deret bellum, quod in eo Fabius attuliſſe ſimulaverat. Ita ſane acc pit & interpretatus eſt hoc loc Florus his verbis: *excuſſo in medi curia togæ gremio non ſine horrore quaſi plane ſinu bellum ferret, effu dit.* Melius quod prius. *Salmaſiu*

x *Bellum pac. &c.*] Ita reſtitu hunc locum, ſuadente & perſua dente non tam mea vet. ed. etſi & ea quoque, quam ipſo Jornande, & Ms. Vineti & membranis Palatinis pluribus eam confirmavi in Suſpicionibus. *Gruterus.* Ejuſdem au tem ſententiæ eſt epiſtola Q. Fabi apud Agell. 10. 27. ſimilem quoqu Q. Mucii teſſeræ apud Pompon. i l. 2. §. 37. verſ. *deinde.* de O. I. quen quidam *Fabium* pro *Mucio* appel lant, & eundem ducem hujus legationis Romanæ eſſe putant: ſed nihil temere mutandum cenſet Andreas Alciatus parerg. 4. 17. *Freinshemius.*

y *Succlamantibus, Bellum*] Diverſus hic abit à Livio ſuo. Non enim ut bellum daret ſucclamaſſe Carthaginenſes dicit, ſed utrum vellet: *Sub hanc vocem haud minu ferociter, daret utrum vellet ſucclamatum eſt. Et cum is iterum ſinu effuſo bellum dare dixiſſet, accipere ſe omnes reſponderent.* Nihil tamen in Floro mutandum, ut putavit Lipſius. Nam omnes ſcripti ejus codices

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

nantibus, Bellum. *Bellum igitur*, inquit, *accipite:* & excuſſo in media curia togæ gremio, non ſine horrore, quaſi plane ſinu bellum ferret, effudit. Similis exitus belli initio fuit. [z] nam quaſi has inferias ſibi Saguntinorum ultimæ diræ in illo publico parricidio incendioque mandaſſent; ita Manibus eorum, vaſtatione Italiæ, captivitate Africæ, ducum & regum, qui id geſſere bellum, exitio parentatum eſt. Igitur ubi ſemel ſe in Hiſpania movit illa gravis & luctuoſa Punici belli vis atque tempeſtas; [a] deſtinatumque Romanis jam diu fulmen, Saguntino igne conflagravit: ſtatim quodam impetu rapta, [b] medias perfregit Alpes; & in Italiam ab illis fabuloſæ altitudinis nivibus, [c] velut cœlo miſſa, deſcendit.

dices ſtant pro vulgata. *Salmaſius.*

z *Nam quaſi has inferias &c.*] Non leve momentum habere putabantur pereuntium imprecationes, adverſus eos, qui ſalutem eorum, aut impugnaverant injuſte, aut cum poſſent deberentque, opem ferre neglexerant. Ita & Saguntinis, cum à Pœnis quidem everſi, à Romanis autem deſtituti eſſent; hinc Italiæ vaſtatione, illinc Africæ captivitate, ſatisfactum eſt. Similia exempla Druſi apud Tacit. 6.24. Peraitæ Nigri apud Joſeph. de bello Judaico 5. 1. Sic Eumenes ab exercitu proditus inſit, apud Juſtinum 14. 4. *Vltima nunc ego perfidorum victima, has vobis diras atque inferias dico; ut inopes extorreſque omne ævum in hoc caſtrenſi exilio agatis, &c.* Freinsh.

a *Deſtinatumque Romanis jam diu fulmen*] Martii Vatis carmen innuit quo, diu ante, Romanis Canenſis clades prædicta fuerat, ut tradit *Livius lib.25. cap.12.* Herm.

b *Medias perfregit Alpes*] Sic poſt natum Servatorem an. MCDLXXVII. *Turci per abrupta & invia Alpium, non ſine admiratione eorum, qui poſtea illius itineris veſtigia obſervarunt, in Germaniam irrupere.* Sabellicus Ennead. 10. libr. 7. Et per eaſdē Franciſcus I. Gallorum Rex, *inuſitatum iter curulibus tormentis aperuit.* Jovius in Leone 10. quo etiam nuper uſus Ludovicus ille Juſtus Galliæ Rex. Eleganter autem utitur auctor voce *perfregit:* nam aceto maceratas rupes & igni domitas demum ferramentis amolitus eſt. priore modo (aceto) quidam proditores Eleutheram Cretæ urbem Metello expugnabilem reddiderunt, apud Dionem lib.36.pag.9. *Freinshemius.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

dit. Ac primi quidem impetus turbo inter Padu & Ticinum valido ſtatim fragore detonuit. Tun Scipione duce fuſus exercitus. ſaucius etiam ipſ veniſſet in manus hoſtium imperator, d niſi prote ctum patrem e prætextatus admodum filius ab ipſ mort

c *Velut cœlo miſſa*] Satis frequentatum dicendi eſt genus, ut, quæ ſupra communem altitudinem attolluntur, οὐρανομήκη dicantur. *Hermannides.*

d *Niſi protectum patrem &c.*] Egregio huic facto verſum iſtum Virg. Æn.10.100. compoſuiſſe videri poſſit:

Dum genitor nati parma protectus abiret.

Porro fallitur forſan memoria Plinius 16. 4. qui *apud Trebiam* hoc accidiſſe ſcribit.nam pro noſtro auctore eſt & Livius 21. 30. & ſeqq. capp. Polyb. 3. 64. &c. Silius 17. 318. Variat tamen idem Polyb. 10. 3. ubi *ad Padum* ait hæc eſſe geſta. *Freinsh.* Nec minori gloria digni, quicunque Principes ac Dominos ſuos in ſummis periculis protexêre. De Clito vid. *Supplem. Curt. Freinsh. lib.2. cap.5.* Hermann.

e *Prætextatus admodum filius à morte rapuiſſet*] Quaſi prætextatus nomen ſit ætatis,ita dicit admodum prætextatum, ſicut aliquis dicitur, admodum puer, admodum adoleſcens. Hoc ſenſu admodum prætextatus, idem ſignificaret quod admodum puer. Prætextatior quippe is intelligitur, qui ab hoc habitu deponendo per ætatem longius diſtat. Ut puer admodum is capiendus eſt, qui longius abeſt ab egreſſu pueritiæ. At Livius hunc Sc pionem, qui patrem à morte ſerva vit, tum primum pubertatis anno attigiſſe, oſtendit quo tempore tc ga virilis ſumebatur, depoſita præ texta. Verba Livii: *Auxitque pa vorem conſulis vulnus, periculum que intercurſu tum primum pube ſcentis filii propulſatum.* Si tum pri mum pubeſcebat in exitu, utiqu erat prætextatæ ætatis, ac proind non tam prætextatus videri potuit quam ſi ingreſſus tum eſſet ætatem, qua prætexta ſumitur. Ne illud ſine nota prætereundum eſt quod huic auctori in hiſtoria ita fa miliare eſt, ut ſit perpetuum. Ub duæ incidunt diverſæ opiniones alterius fere ſemper meminit tantum, eamque ſequitur quæ minu certa eſt. Ut hoc loco de ſervatc conſule duplex fama ferebatur. Una à filio ereptum neci ferebat, altera à ſervo. Quæ decus in ſervum tranſtulit,eam magis vulgatam fuiſſe Livius teſtatur his verbis, quæ ſic ex vetuſtiſſimo codice legenda ſunt: *Malim equidem de ſervo verum eſſe quod & plures tradidere auctores, ſed fama obtinuit ſervum. Prætextatus admodum:* hoc eſt, admodum puer. Livius *juvenem* vocat, & certe tum primum pubeſcebat, qui finis eſt prætextatæ ætatis. Nec admodum prætextatum fuiſſe

opor-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

…norte rapuiſſet. [f] Hic erit Scipio, qui in exitium Africæ creſcit, nomen ex malis ejus habiturus. Ticino Trebia ſuccedit. hic ſecunda belli Punici procella deſævit, Sempronio conſule. tunc callidiſſimi hoſtes frigidum & nivalem nacti diem, [g] quum ſe ignibus prius oleoque fovissent (horribile dictu!) homines à meridie & ſole venientes noſtra nos hieme vicerunt. [h] Traſimenus lacus tertium fulmen Annibalis, imperatore Flaminio. ibi quoque ars nova Punicæ fraudis. quippe nebula lacus, [i] paluſtribusque virgultis tectus eques, terga ſubito pugnantium inva-

…oportet, qui tum militabat in contubernio patris. *Salmaſius.*

f *Hic erit Scipio qui in exitium Africa creſcit*] Livium imitatur ne quis cenſeat ab alio auctore hæc accepiſſe, aut dum in his ſcribendis erat, alium conſuluiſſe. Sic enim ille eadem re memorata: *Hic erit iuvenis penes quem perfecti hujuſce belli laus eſt, Africanus ob egregiam victoriam de Annibale & de Pœnis appellatus.* Ita enim ibi ſcribendum ex auctoritate vetuſtiſſimi codicis. Nam vulgo eſt: *Hic erat juvenis.* Idem.

g *Quum ſe ignibus prius oleoque foviſſent*] Uncta membra frigus commodius ferre docet. *Freinsh. in Curt. lib. 7. cap. 4.* Hermann.

h *Traſimenus lacus*] Veteres ſcribunt, *Traſumenius*, aut *Traſymenius.* ita apud Quintilianum legendum alibi docebimus, lib. I. cap. V. & *Tarſumenium pro Traſumenio multi auctores, etiamſi in eo eſt tranſmutatio, vindicaverunt.* Vel *Tarſumenum* pro *Traſumeno.* Hunc locum intelligit. Perperam vulgo legitur *Thraſomenum* pro *Thraſumeno.* Salmaſius.

i *Paluſtribuſque virgultis tectus eques*] Hæc ars Punicæ fraudis, qua paluſtribus virgultis tectus eques terga ſubito pugnantium invaſit, non eſt adhibita ab Annibale in hoc prœlio ad Thraſimenium lacum; ſed in altero ad Trebiam flumen. In ea quippe pugna, quæ ad Thraſimenum pugnata eſt, nihil aliud fraudis commentus eſt Pœnus, nec aliud curavit, quam ut clauſum lacu & montibus, copiiſq; ſuis circumfuſum haberet hoſtem. Eumque ſic circumcluſum militi ſuo ad ſatietatem præbuit cædendum. Vide Livium, cujus hiſtoriam qui cognovit, vix huic ignoverit. At ad Trebiam Magonem fratrem cum equitibus in inſidiis locavit, inter vepres ac virgulta, qui in ardore medio pugnæ ſubito exorti terga prœliantium ceciderunt. *Erat*, inquit, *in medio rivus peraltis utrimque clauſus ripis, & circa obſitus paluſtri-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

invaſit. Nec de diis poſſumus queri. imminentem quippe temerario duci cladem prædixerant k in- dentia ſignis examina, l & Aquilæ prodire nole- te,

luſtribus herbis & quibus inculta ferme veſtiuntur, virgultis vepribuſque. Hæ paluſtres fortaſſe herbæ fecerunt, ut ad lacum Thraſimenium pugnam transferret noſter. Idem Livius paulo poſt: *Et Mago Numidæque ſimul latebras eorum improvida præterlata acies eſt, exorti à tergo ingentem tumultum ac terrorem fecere.* Nihil tale tentatum ad Thraſimenum memorat. *Idem.*

k *Inſidentia ſignis examina, & Aquilæ prodire nolentes*] Duplex prodigium cladem eam, quæ conſule Flaminio accepta eſt, præceſſiſſe ac prænuntiaſſe vult, examen apum ſignis inſidens, & aquilas prodire nolentes. Duplici quoque prodigio prædictam eam cladem temerario duci prodit Livius; ſed pro examine apum aliud habet, conſulis nempe caſum, ſupra ceſpitantis equi caput evoluti, cum in eum inſiluiſſet. At examen apum pro malo omine fuit Scipioni in eo prœlio, quod commiſſum eſt inter Padum & Ticinum. Livius lib. 21. *Nam & lupus intraverat caſtra, laniatiſque obviis ipſe intactus evaſerat, & examen apum in arbore prætorio imminente conſederat.* Sed hæc magni momenti non ſunt, & habere potuit auctorem noſter qui ſic prodiderit. Et examen iſtud apum ſignis ipſis inſediſſe hoc loco dicit. Quod aliud eſt. *Idem.*

l *Et Aquilæ prodire nolentes*] Qui Romani ac militaris moris rudis eſſet, & hoſpes in lectione auctoru- præcipue hiſtoricorum, quamlib- alias ſagax & acutus, vix divina- do aſſequi poſſet quomodo h- prodigium factum ſit, ut aqui- prodire noluerint, adeo impropri- & alio rem ducentibus verbis, h- expreſſit Florus. Conti quibus quilæ ſuſtinebantur, & alia milit- ria ſigna in imo ferrati, acumin- tam habebant cuſpidem, Græci pilis οὐρίαχον & σαυρωτῆρα appe- lant. Ea cuſpide in terram deſign- bantur eo loco caſtrorum, ubi ſig- reponi ſolebant. Cum caſtra mov- bantur, aut alias è caſtris educ- bantur in aciem ſigna, convelli - neceſſe erat ut refigerentur. Int- evellendum ab humo, ſi ſponte ſ- querentur, & facile extraherentu- bonum omen habebatur. Si tena- cius hærerent, & vis major eſſet ad- hibenda, ut evelli poſſent, pro triſ- omine res accipi ſolita. Flamini- pugnam ad Thraſymenum cape- ſere paranti hoc prodigium obje- ctum. Livius rem ſic narrat: *Terri- tis omnibus qui circa erant, velu- fœdo omine incipiendæ rei, inſupe- nuntiatur ſignum omni vi molient- ſignifero convelli nequire.* At con- ſul non turbatus, nec territus ho- prodigio, ſignum juſſit effodi - convelli nequiret. Quæ convellun- tur ſolo niſu vehementius agitata & concuſſa extrahuntur, ut pali validius in terram impacti aut defixi. Arbores vero & virgulta, quæ ra-

dici

ıs, & commiſſam aciem ſequutus, [m] ingens terræ tremor: [n] niſi illum horrorem ſoli, equitum virorumque diſcurſus, & mota vehementius arma fecerunt.

ce viva humo tenentur, convelli
n poſſunt, ideo effodi oportet.
uod mirum non eſt, ſi prodigii
ſtar obtineat in conti cuſpide in
rram defixa, quæ effodienda eſt
revellatur. Sic prodire nolentes
uilæ Flori noſtri explicandæ fuent, non ut fecit Gallicus interes, qui etiam pictas in tela aquiſ illas imaginatus eſt. *Idem.*

m *Ingens terræ tremor*] Quippe
i multarum urbium Italiæ ma-
as partes proſtravit, avertitque
urſu rapido amnes, mare flumini-
us invexit, montes lapſu ingenti
oruit. Liv. 22. 5. 10. Eum tamen
eminem pugnantium ſenſiſſe, teatur idem citato loco, & Plin. 2.
4. *Freinshemius.*

n *Niſi illum horrorem ſoli, equi-*
um virorumque diſcurſus] Terræ
emorem, qui contigit, cum acies
omana & Punica ad Thraſimeum pugnaret, ex equitum viroumq; diſcurſu & motis vehemenus armis factum ſibi videri oſtenit his verbis Annæus: *Quam ine-*
tiſſimam auſim dicere animo ejus
ıcidiſſe ſuſpicionem. Nullus enim
um horribilis motus ac diſcurſus in
uperficie terræ fieri poteſt, qui ipſam
fundamentis concutiat ac treme-
aciat. Præterea tremor ille terræ
on in eo tantum loco factus ubi
ugnatum eſt; ſed multas etiam Ialiæ urbes magna parte diruit, &
urſum fluviorum pluribus locis reto abegit. Livius lib. 22. de hac pugna: *Tantuſque fuit ardor animorum, adeo intentus pugnæ animus, ut eum terræ motum, qui multarum Italiæ urbium magnas partes proſtravit, avertitque, curſu rapido amnes, mare fluminibus invexit, montes lapſu ingenti proruit, nemo pugnantium ſenſerit.* An veriſimile eſt tantum terræ motum, & qui tanta terrarum ſpatia concuſſit, ex diſcurſu militum ad Thraſymenum pugnantium, & armorum vibratione validiore cauſam & ortum habuiſſe? Nonne multo credibilius mentis emotæ fuiſſe tum Florum, cum hæc ſcripſit? Ne in verbis quidem ſatis ſanus. Horror medicis in febri recte vocatur, quo totum corpus fere concutitur, frigore ſub cutem ac per omnes venas diducto, unde horror ille gignitur, qui proprie in pilis corporis erigentibus ſe ac capillis horrentibus perſpicitur. φρίκην Græci appellant. Sed & *horrent comæ* poëtis quas magnus pavor & ſubitus erigit, ne ſolum cenſeas febrile frigus, aut brumale id facere. Quod & φρίσσειν Græci appellant. unde & φρίκη pro frigore & antiquum φρῖκος, unde Latinum *frigus*. Quin & *horrere ſeges* eleganter poëtis dicitur, cum vento impulſa nutantibus tremit cacuminibus. φρίττειν λήιον Græci poëtæ ſimiliter dicunt. At *horrorem ſoli* pro tremore terræ, aut *horrere terram* cum movetur, qui dixerit, neminem adhuc opinor inventum,

qui

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

cerunt. o Quartum, id eſt, pœne ultimum vu-
nus imperii, p Cannæ: ignobilis Apuliæ vicu,
ſed magnitudine cladis emerſit, q & quadragin
millium cæde parta nobilitas. Ibi in exitium in
li

qui idoneus haberi poſſit Latinitatis auctor. *Salmaſius.*

o *Quartum, id eſt, pœne ultimum vulnus imperii*] Quatuor has populi Romani bello Annibalis acceptas clades variis nominibus inſignit. Quin & totum illud Punicum bellum gravem ac luctuoſam tempeſtatem fuiſſe dicit. Hujus primi impetus turbinem inter Padum ac Ticinum valido fragore detonuiſſe ſcribit. Inde ſecundam belli Punici procellam ad Trebiam deſæviiſſe. Mox Traſymenum lacum tertium fuiſſe Annibalis fulmen. Non habuit quartum nomen, quo in eadem metaphora perſtans cladem exaggerare poſſet: ideo cœptam omiſit tralationem, & ad aliam tranſiit, quæ cum rem augere deberet, plane diminuit. *Quartum*, inquit, *imperii vulnus, Cannæ.* Voluit tamen jacentem figuram extollere addendo, & *pœne ultimum.* Atqui Cannenſis hæc clades, ſi cum præcedentibus comparetur, nullam relinquit hyperbolem. Hîc enim quadraginta hominum millia cæſa. Cui parem ſtragem ne tria quidem reliqua prœlia, quæ præceſſerunt, dedere. Quæ ſingula tamen turbinibus, procellis ac fulminibus comparavit: hoc poſtremum quod omnium fuit graviſſimum, vulneris nomine ſatis habuit amplificare. Nec ſatis eſt quod *pœne ultimum* dixit. Nam majora omnia verba, quæ extollendis... liis ante conſumpſit. Potuiſſet ſ... dicere, reliqua imperii vulna... non ad mortem fuiſſe; hoc u... mum ad Cannas acceptum, po... mortiferum. *Idem.*

p *Cannæ: ignobilis Apuliæ vic*] Vicus hic juxta Aufidum amne... *Cannam* etiam ibi amnem fu... ex carmine Marcii vatis, quod ... vius recitat l. 25. colligitur, ide... que ex verbis ipſius Livii diſcit... In carmine ſic habetur: *Amn... Trojugena Cannam Romane fu... ne te alienigenæ cogant in ca... Diomedis conſerere manum.* Sul... cit poſt totum carmen recitat... Livius: *Et Diomedis Argivi ca... pos & Cannam flumen qui mili... verant in iis locis juxta atque ipſ... cladem agnoſcebant.* Ubi tam... Cannenſem pugnam idem auct... deſcribit, Cannæ fluminis nul... meminit. Forte ab illo amne ... men vico impoſitum. Nec du... res eſt. Cannas quaſdam prope C... thaginem collocat Stephanus: ἐ Κάνναι διὰ δύο πλησίον καρχ... νος, τὸ ἐθνικὸν καὶ καννᾶιος. Neſ... an has Cannas deſignare volu... & per errorem ex Apulia in A... cam tranſtulerit. *Idem.*

q *Et quadraginta millium c... parta nobilitas*] Haud paulo e... gantius, mea quidem ſententi... quod in optimo habetur Nazar... no codice: *& quadraginta milli...*
c...

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

licis exercitus, dux, terra, cœlum, dies, tota denique rerum natura conſenſit. Siquidem non contentus ſimulatis tranſfugis Annibal, qui mox terga pugnantium ceciderunt, inſuper callidiſſimus imperator, patentibus in campis, r obſervato loci ingenio, quod & ſol ibi acerrimus, & plurimus pulvis, ſ & Eurus ab Oriente ſemper quaſi ad conſtitutum,

æde facta nobilitas. Nobilis ille factus vicus quadraginta millium cæde. Sic loquitur & Livius l. 25. *Sed ad Capuam oppugnandam nobilem ſe conſulatum tam opulentæ urbis excidio rati facturos.* Profecto niſi vetus illam lectionem prodidiſſet, controverſiam vulgatæ non moviſſem. Livius: *Majoris partis ſententia ad nobilitandas clade Romana Cannas profecti ſunt. Quadraginta millium cæde* Peditum tantum, eorumque Romani nominis. Nam equitum præterea duo millia cæſa, & ſeptingenti. Sociorum vero æquata cædes. Livius: *Quadraginta millia peditum, duo millia ſeptingenti equites, & tanta prope civium ſociorumq; pars cæſi dicuntur.* Significat ex ſociis & civibus æquam partem cecidiſſe. Romani tum exercitus ex civibus ac ſociis conſtabant. Auxilia ex ſociis proprie dicebantur Legiones Romanorum civium. Exercitus ſociorum plerumque numero æquabat legiones Romanas. Livius lib. 25. *Data pro quinque octo millia militum, pars dimidia cives, pars ſocii.* Utrum igitur verbis illis quæ ſupra poſuimus quadraginta millia civium cæſa & totidem ſociorum ſignificat Livius, an ex quadraginta millibus quæ feruntur occiſa, æquam partem civium & ſociorũ interemptam innuit? Hoc verius. *Idem.*

r *Obſervato loci ingenio*] *Bonum ducem convenit noſſe, magnam partem victoriæ, ipſum locum, in quo dimicandum eſt, poſſidere.* Vegetius 3. 13. Idque multis exemplis comprobat Frontinus toto cap. ſec. lib. ſec. Inde eſt quod Darius ait: *Quod mearum fuit partium, &c. locum in quo acies explicari poſſet, elegi.* apud Curt. 4. 14. 12. & apud. Tacit. H. 5. 17. 3. Civilis: *Quæ provideri aſtu ducis oportuerit, providiſſe: campos madentes, & ipſis gnaros, paludes hoſtibus noxias.* Freinſhemius.

ſ *Et Eurus ab oriente ſemper quaſi ad conſtitutum*] Is Volturnus Livio dicitur, qui ab incolis ejus regionis, ubi tum pugnatum eſt, ita vocari prodit. Ab amne Volturno qui veniebat ventus, quod ab oriente his flaret, ſic appellarunt indigenæ. Hoc quoque nomine notus ſcriptoribus Romanis fuit. De ſole quod ait noſter contrarium Romanis fuiſſe, id negat Livius, qui utrique patri æquum fuiſſe tradit, ex obliquo ambobus accidentem. *Sol, inquit, ſeu de induſtria ita locatis ſeu forte ita ſtando peropportune, utrique parti obli-*

tutum, ita inſtruxit aciem, [t] ut Romanis adverſ; v
ha

obliquus erat, Romanis in meridiem, Pœnis in ſeptentrionem verſis. Luce prima acies inſtructas utrimque idem affirmat. Ita igitur verſis Romanis in meridiem, Pœnis in ſeptentrionem, ſol ab oriente accidens utriſque obliquus erat, & è transverſo ingruebat. Atqui indidem quoque Eurus ſpirans neutri parti poterat contrarius eſſe, utpote ab eadem parte qua ſol ipſis illatus, ex æquo favebat aut nocebat his & illis. Livius tamen qui ſolem ambobus æquum dicit, Romanis iniquum Volturnum fuiſſe ibidem refert: *Ventus quem Volturnum incolæ regionis vocant, adverſus Romanos coortus multo pulvere in ipſa ora volvendo proſpectum ademit.* At Romanis in meridiem ſpectantibus, ita enim locatos in acie pugnaſſe teſtatur, haud alius ex adverſo ventus ſtare potuit, & in ora pulverem ferre, quam qui ab ipſo meridie incideret, aut certe ab ea parte quæ inter meridiem & orientem, quem Græci Euronotum nominant. Qui tamen ventus non recta pulverem in oculos Romanorum importaſſet, ſed ex obliquo. Aut igitur de Volturno falſa veterum Grammaticorum notatio, qui Eurum Græcorum eſſe affirmarunt, aut ipſe Livius falſus in notanda locatione utriuſque aciei. *Salmaſius.*

t *Ut Romanis adverſus hæc omnia obverſis*] In Nazariano & Palatinis duobus conſtanter & plane habetur: *adverſis.* Atque ita legendum. Indicat Romanos ſoli

& vento adverſos fuiſſe, Pœnos
verſos. De vento verum eſt, du
Volturnus non ſit Eurus, & ab
riente ſtans. De ſole falſum eſſe a
te oſtendimus. Livius: *Prope eu*
vicum, Cannas intelligit, *Annib*
caſtra poſuerat averſa Voltur
vento qui campis torridis ſiccit
nubes pulveris vehit. Id cum ip
caſtris percommodum fuit, tum
lutare præcipue futurum erat, cu
aciem dirigerent, ipſi averſi ter
tantum afflante vento in occœcatu
pulvere effuſo hoſtem pugnaturi.
dem ſitus caſtorum Annibalis,
demque locatio militum ab eo
acie inſtructorum. Ut illa averſ
Volturno vento, ita, ab anterio
caſtrorum parte, prodeuntes ſic o
dinati ſunt ac locati ad pugnandu
ut ventus Volturnus his terga affl
ret. Atqui frontem ejus aciei dir
ctam in ſeptemtrionem idem L
vius paulo poſt aſſerit, cum Pœn
pugnantes in ſeptemtrionem verſ
ait. Neceſſe eſt itaque ſic ſepte
trioni adverſis, & à vento Voltur
ita averſis ut terga eorum afflare
in ora vero Romanis ingrueret,
ipſa meridiei plaga ventum illu
eis adſpiraſſe. Inde pronuntiandu
fidenter ſuccurrit, Volturnum n
eundem cum Euro fuiſſe ventun
ſed ipſiſſimum Notum, aut ab lat
re proximo Noti flantem. Leg
bam porro hic aliquando: *Vt R*
manis adverſis, ac Pœnis aver
quaſi ſecundum cœlum tenens ve
to, pulvere, ſole pugnaret. Nu
non ſollicito ſcriptam fideliorum
codicum lectionem: *Romanis a*
verſ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

hæc omnia obverſis, [u] quaſi ſecundum cœlum tenens, vento, pulvere, ſole pugnaret. Itaque duo maximi exercitus cæſi ad hoſtium ſatietatem, [x] donec Annibal diceret militi ſuo: *Parce ferro.* Ducum effugit alter, alter occiſus eſt: dubium uter majore animo. [y] Paullum puduit, Varro non deſperavit. Documenta cladis, cruentus aliquandiu Aufidus;

verſus hæc omnia adverſis. Id eſt adverſus ſolem, ventum & pulverem. *Salmaſius.*

u *Quaſi ſecundum cœlum tenens*] Hæc ſcriptura eſt omnium noſtrorum codicum longe optima præ illa quam Vinetus prætulit: *Quaſi ſicum cœlum tenens.* Eam etiam deſtruit vetus editio. Non protrita autem nec vulgaris notæ hæc loquutio. Quaſi ſecundum cœlum tenebat Annibal, qui ſecundo ſole juxta hunc noſtrum, ac ſecundo vento pugnabat. Secundus porro ventus, qui à tergo ſpirat euntis navis, ut adverſus, qui contrarius. Ita ſecundo amne navigat, qui ſequitur amnis curſum, nec contra quam rapit ille ac defluit. Sic ſecundo ſole ventum flare Nigidius olim dixit, qui non contra ſolem, ſed ab ea regione unde ſol. Quod non intellexit Agellius, ut pluribus ad Solinum dixi. *Idem.*

x *Donec Annibal diceret militi ſuo, parce ferro*] Nihil tale Livius. Nec vero de Annibale veriſimile eſt. Quinimo, ut res fuit, & ridiculum eſt. Tempeſtive ſane Annibal militem ſuum parcere ferro juſſiſſet, internecione deleto tum exercitu Romano poſt quadraginta millium cædem, ad ſatietatem non magis quam ad laſſitudinem uſque cæſorum, cum alterum conſulem, qui ſuperfuit, quinquaginta fere milites fugientem ſequuti ſint? Ubi igitur aut quando in illa pugna locum habuit illud Annibalis ad militem ſuum, *parce ferro?* Strages ipſa ſatis illuſtre documentum dedit an pepercerint ferro. *Idem.*

y *Paullum puduit, Varro non deſperavit*] Diſputat ac dubitandum proponit uter ducum majore animo fecerit, qui ſupereſſe militibus ſuis noluit, an qui fugit ex acie. Animi hujus qui fugit magnitudinem ex eo probare nititur, quod de Republ. non deſperavit. Certe gratiæ illi hoc nomine à civitate actæ, quod de Republica non deſperaſſet. Et magno animo hoc feciſſe civitatem Livius interpretatur. *Quo quidem,* inquit, *in tempore ipſi adeo magno animo civitas fuit, ut conſuli ex tanta clade, cujus ipſe magna cauſa fuiſſet, redeunti & obviam itum frequenter ab omnibus ordinibus ſit, & gratiæ actæ quod de Republica non deſperaſſet. Cui ſi Carthaginienſium ductor fuiſſet, nihil recuſandum ſupplicii foret.* Magni certe animi hoc factum fuiſſe civitatis lubens aſſentior. At ipſum Varronem eo ipſo quod fugerit, magni

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

dus; [z] pons de cadaveribus, juſſu ducis factus [a]
torrente Vergelli; [b] modii duo anulorum Carth
gine

animi ſpecimen dediſſe, nunquam mihi perſuadebit Florus. Nemo fugacium in bello non ſic laudari poterit, teſte Græco proverbio, qui fugit, iterum pugnabit.

Immo qui ſemel fugit, iterum fugiet atque iterum. Quaſi Paulus cum vitam ſuam ſervare ſategit ex ea clade, qua tot civium ſuorum fortiter pugnantes cæſi ſunt, hoc cogitaret, idque eo animo fecerit, quod de Republica deſperandum non eſſet. *Idem.*

z *Pons de cadaveribus, juſſu ducis factus in torrente Vergelli*] Nihil de hoc quoque apud Livium. Et profecto ineptum eſt documentum magnæ cladis ex ea re arceſſere, quod vel minima ſtrages poteſt implere. Quadraginta millia peditum cæſa ſunt Cannenſi acie. Fac octavam tantum partem, fac adhuc minorem cecidiſſe, non erit difficile ex cadaveribus pontem in torrente vel exiguo aliquo amne facere. Vel centum aut ad ſummum ducenta cadavera id præſtabunt. Pone mille opus eſſe. At ex quadraginta millibus cadaverum non pontem feceris; ſed acervum, ſed cumulum pæne præ altitudine inſuperabilem. *Documenta*, inquit, *cladis cruentus aliquamdiu Aufidus pons de cadaveribus juſſu ducis factus in torrente Vergelli, modii duo annulorum Carthaginem miſſi.* Nequaquam par documentum ad indicandam cladis magnitudinem, pons de cadaveribus in aliquo torrente factus, cum duobus modiis Carthaginem miſſis, & cum eo quod
cit aliquamdiu cruentum fluxi
Aufidum. *Idem.* Vide Val. Max
2. 2. Hinc idem apud Lucian.
dial. mort. dial. 12. inquit, *ſe u*
die tot Roman. occidiſſe, ut ex cad
veribus eorum pontes fluviis fecer
Cornelius etiam Lentulus apud A
pianum Carthaginienſibus objici
quod captivos Rom. in foſſas fl
vioſque conjeciſſent, ut uſum po
tium præberent. *Stad.* Sic in Mu
dæ urbis obſidio, *congeſtis undiq*
cadaveribus agger effectus eſt, q
pilis jaculiſque confixa inter ſe ten
bantur, fœdum etiam inter barb
ros. infra 4. 2. *Freinsh.*

a *In torrente Vergelli*] Hujus to
rentis in illa pugna deſcriben
nulla in Livio mentio. Ab alio ig
tur hanc habet hiſtoriam de pon
facto in torrente Vergelli ingeſt
& accumulatis cadaveribus. Ext
porro apud Valerium Maximu
lib. 9. cap. 11. *Salmaſius.*

b *Modii duo anulorum*] Vale
Max. Auguſt. Plin. & Oroſ. aſſ
runt fuiſſe modios tres. Livius 2
12. recenſet varias ſcriptorum ſe
tentias. *Camers.* Ideoque apud L
cianum in dial. mort. dial. 12. ide
jactat; *ſe uno die tot Rom. inter*
ciſſe, ut eorum anulos modiis met
tus ſit. Freinshemius. Primord
annulorum Carthaginem ab Ann
bale eſſe miſſa Plinius teſtatur, a
que hinc promiſcuum tunc fuiſ
annulorum uſum colligit: alioqui
cum annuli diſtinguerent ordinen
Equeſtrem à plebejo, ingentem c
portere

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

inem miſſi, dignitaſque equeſtris taxata menſura. Dubium deinde non erat, quin ultimum illum iem habitura fuerit Roma, quintumque intra di- m epulari Annibal in Capitolio potuerit, † ſi (quod Pœnum

orteret fuiſſe equitum numerum, annuli ipſorum digitis detracti ntam menſuram explerent. *Stad.* b acceptam hac clade ignomi- am uſque ad Severi Imperatoris mpora, non niſi Tribunis aureo- um annulorum uſus in expeditio- bus conceſſus fuit: ceteris fue- unt ferrei. *Zevecotius.*

c *Dubium deinde non erat*] Le- e: *non erit.* Ita in Jordane legi- ius, ita in veteribus Flori libris. ib. III. *& quum ille non evaſerit, rtum erit, eam non eſſe perituram.* upra: *Hic erit, qui creſcit in exci- ium Carthaginis.* Poſtulat hic lo- us idem plane tempus. *Salmaſ.*

† *Si (quod Pœnum illum dixiſſe dherbalem Bomilcaris ferunt)*] uplex *ſi* in hac eadem periodo gnoſcit vetus Nazarianus, qui ad unc modum legit: *Si, quod Pœ- um illum dixiſſe Adarbalem Bo- ilcaris ferunt, Annibal ſi, quem- dmodum ſciret vincere, ſic uti vi- oria ſciret.* Nec putandum, alte- um *ſi* ex vitioſa librariorum irre- ſiſſe manu. Sic antiqui auctores lurimi loquuti, à recentioribus riticis ſemper male correcti. Ex uriſconſultis noſtris aliquot ex- mpla, quæ ad manum ſunt, pro- eram. L. XVI. D. Qui teſtamen- um facere poſſunt. In Pandectis lorentinis ita ſcribitur: *Nam etiam ompotibus mentis perſonales actio- ies, etiam ignorantibus acquirun- tur.* Ubi alterum *etiam* abundat. Sic apud Ulpianum de Peculio, parti- cula *an* otioſe repetitur, in his ver- bis: *Quæſitum eſt, ait Vlpianus, an, licet quis paternæ hæreditatis nihil attingat, aliquid tamen propter vo- luntatem patris aut faciat, aut ha- beat, an creditoribus paternis coga- tur reſpondere.* Similiter & apud Pomponium, *de verborum obliga- tione,* eadem particula bis ponitur, quæ ſemel ſatis eſſet: *An etiam ſi me non prohibeas, uxorem autem meam prohiberes; vel contra uxore mea ſtipulata, me prohibeas, an com- mittatur ſtipulatio.* Sic apud Ulpia- num, *de extraordinariis cognitioni- bus,* iteratur iſtud idem *ſi*, &, quod magis mirum eſt in brevi periodo: *Si imprecatus eſt, ſi, ut vulgari ver- bo impoſtorum utar, ſi exorcizavit.* Idem etiam obſervavi ſæpe apud a- lios auctores, quos aliquando cum ſcriptis codicibus contuli, qui fre- quentius hoc faciunt in longioris ſpiritus periodis, aut hyperbato ali- quo implexioribus. Quid mirum autem, particulam *ſi* in hac perio- do præter neceſſitatem iterari, cum & nomen Annibalis bis in ea poſi- tum ſit, ubi ſemel ad ſententiam ſufficeret? *Dubium deinde non erit, quin ultimum diem habitura fuerit Roma, quintumque intra diem epu- lari Annibal in Capitolio potuerit, ſi, quod Pœnum illum dixiſſe Adherba- lem Bomilcaris ferunt, Annibal ſi* quem-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

Pœnum illum [d] dixiſſe Adherbalem Bomilcaris fe
runt) *Annibal quemadmodum ſciret vincere, ſic u*
victor

quemadmodum ſciret vincere, ſic uti victoria ſciſſet. Non opus erat repetito illo *Annibal*, quod ſecundo loco poſitum eſt. *Idem.*

d *Dixiſſe Adherbalem Bomilcaris ferunt*] Quantum eſt librorum Flori qui modo melioris ſint notæ, habent *Adarbalem.* Nec aliter exhibuere ſcriptum ſui Vineto. Jordanes cum hæc è Floro tranſcriberet, *Maherbalem* reſcripſit ex Livio qui ita vocat. Non propterea tamen Floro reddendus fuit Maharbal pro Adarbale. De Maharbale noluiſſe intelligi Florum, quinimo Adarbali attribuiſſe quod Livius Maharbali dictum dat, vel illud indicio eſt, quod hunc Adarbalem Bomilcaris filium facit: At ille Maharbal Livii quem hæc de Annibale in os ipſius Annibalis dixiſſe refert, Himilconis erat filius. Hoc cum videret Jordanes, Maharbalem quem in Floro reponebat, non poſſe dici Bomilcaris filium, lectionem etiam hac parte mutavit ac correxit: *Quod Pœnum illum dixiſſe Maharbalem Bomilcari ferunt.* Quaſi id Maharbal iſte Bomilcari dixerit quod ſequitur, non Bomilcaris filius fuerit. Fortaſſe etiam genus iſtud loquendi non intellexit, *Adarbal Bomilcaris,* ubi ſubintelligitur filius. At ſic Livius paſſim in nominibus Punicis uſurpat. Ut lib. 26. *Aſdrubal Amilcaris ad lapides atros caſtra habebat in Auſetanis:* & libro eodem; *Aſdrubal Giſconis uſque ad Oceanum & Gades.* Apud eumdem Livium lib. 2 mentio fit Aderbalis hoc ſecun bello Punico, qui prætor fuit Ca thaginenſium, qui ad Gades cu Lælio claſſe certavit. Nec mem nit Livius cujus patris filius eſt hic Adherbal, quod alias facere ſ litum non puto niſi ubi eadem tem peſtate duo ejuſdem nominis cl viri extarent. Eos ut diſcernat i vicem à patribus cognominare ſo ſolet. Sic cum *Aſdrubalem Am caris* vocavit, appoſito hoc ſign diſtinguere voluit ab altero Aſdr bale qui filius fuit Giſconis, que & propterea Aſdrubalem Giſcon appellat. Sic idem lib. 21. cum *M harbalem Himilconis filium* nom navit, eo ipſo judicavit, alium p tempora extitiſſe Maharbalem, q forte hic eſt Maharbal Bomilcari quem *Aderbalem* vocare Floro n ſtro habuit an neſcio quem aliu auctorem ſequuto. Sane quæ he de illo afferuntur, à Maharbale d cta ad Annibalem teſtatur Livi lib. 23. pæne iiſdem verbis, cum Cannenſi pugna conſilium ei dare ut ſtatim Romam pergeret: *Imm ut quid hac pugna ſit actum ſcia die quinto, inquit, victor in Cap tolio epulaberis.* Et cum hoc conſ ilium reſpuiſſet Annibal, *non mnia nimirum eidem Dii dederun vincere ſcis Annibal, victoria ti neſcis.* Libri porro omnes *A darbal* heic legunt. Quod e אדיר בעל ut Maharbal הר בעל. *Idem.*

e *Tu*

ictoria ſciſſet. [e] Tum quidem illum, ut dici vul- o ſolet, * aut fatum urbis imperaturæ, [f] aut ipſius ıens mala, [g] & averſi à Carthagine dii, in di- verſum

e *Tum quidem illum, ut dici vul- ſolet*] Quid eſt quod vulgo dici litum ait? Nempe Annibalem à oma ſtatim, poſt pugnam Can- enſem, adoriunda avertiſſe vel fa- m urbis, vel ipſius malam men- m; invertit quod ab ipſo Anni- ıle dictum Livius adfirmat, non uidem tunc cum deviciſſet pugna annenſi Romanos, ſed aliquam- u poſt, cum, Capua à Romanis oſeſſa, ut eam liberaret obſidio- :, contendit & ipſe ad Romam oſidio premendam. Quo quidem mpore cum caſtris ad tertium la- dem poſitis, his inſtructa acie de- rtare paraſſet, tempeſtate imma- deſubito exorta, ſemper direm- um eſt prœlium, *Quæ res*, inquit ivius, *in religionem apud Pœnos erſa eſt, auditaque vox Annibalis rtur; potiundæ ſibi urbis Romæ mo- mentem non dari, modo fortu- am.* Mentem tum ſibi non datam iſſe ſignificat, cum poſt Cannen- m pugnam, conſilium danti Ma- arbali recta Romam adire & ad- riti non auſcultavit, & in alia ipſe ıente fuit, fortunam vero tunc e- ıs rei ſibi denegatam innuit, cum omam expugnare aggreſſo non ſpondit eventus, tempeſtate quaſi ælitus miſſa, ſemper eadem prœ- um cœptum dirimente. Quæ di- erſorum fuere temporum, Florus ic junxit, & utrumque ad illud mpus, quod proxime fuit poſt Cannenſem cladem; tranſtulit. Atqui tunc ſola mens defuit Annibali. Nam fortuna in ipſius erat manu. Fortunam tamen aliter interpretatus eſt, pro fato ejus urbis, quæ imperare debebat: quod fatum Annibalem tum dementavit. *Idem.*

* *Aut fatum Vrbis imperaturæ*] De hoc fato ita *Lipſius* in notis *ad lib.* 1. *Polit. cap.* 4. ſub finem, ubi inter alia: *Romanos imperare fatum eſt? Annibal à Cannis Romam non petat: Philippus fœdus ſine effectu cum illo ineat, & navis cum legatis velut caſu capiatur: cæteri item Reges quieſcant, & alii poſt alios vincuntur* fatali omnium ignaviâ. *Hermannides.*

f *Aut ipſius mens mala*] Alio ſenſu heic dicitur *mala mens*, alio apud Comicum cum dixit, *mala mens, malus animus.* Ibi enim mala mens pro improba, heic apud Florum *mala mens* opponitur bonæ menti, quæ in illo eſſe dicitur, qui ſuæ mentis eſt compos. Ut apud Propertium:

Mens bona, ſi qua Dea es, tua me in ſacraria dono. Qui mentem hanc bonam habet, utique & ſuæ mentis eſt. Qui ea caret, is demens vel dementatus. At qui malæ mentis eſt, is quidem mentis ſuæ potens, ſed malæ & improbæ. Atqui defectus potius mentis, quam malus ejus affectus prohibuit Annibalem à Roma potiunda. Mala mens adverſus Romam illi non deerat, im-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

verſum abſtulerunt. [h] Quum victoria poſſet uti frui maluit: relictaque Roma, Campaniam Taren tumque peragrare: [i] ubi mox & ipſe, & exercitu ardo

mo etiam ſupererat; ſed mentem ad hoc verſam non habuit, cum occaſio in manu fuit. Mens inquam defuit illi tunc, fortuna adfuit; at fortuna defuit cum mens adfuit. Hic ſenſus illius dicti Annibalis & Livii fuit, quem alio retorſit, & male etiam expreſſit Florus. *Salmaſ.*

g *Et averſi à Carthagine Dii*] Hoc neceſſum fuit cohærere cum mala mente Annibalis. Siquidem ita ſe res habet, ut plerumque cui averſus eſt Deus, eidem bonam intervertat mentem. *Hermannides.*

h *Quum victoria poſſet uti, frui maluit*] Nec acumen hujus Flori ſententiæ capio. Acutius ſane dictum quam verius. Quo enim tendit hæc argutia? Dixerat de Annibale Maharbale, vincere quidem illum ſcire, ſed victoria uti neſcire. Nempe quod occaſionem & fortunam majoris rei Romæ nimirum potiundæ, quã illi hæc victoria obtulerat, de manibus amitteret, nec ea uti vellet. At quid ſibi vult iſte, dum ait Annibalem victoria cum poſſet uti, frui maluiſſe? Immo vel fructum hujus victoriæ ampliſſimum tuliſſet, ſi Romam cepiſſet, quod illi fortuna tum videbatur quaſi in manum dare, ſi ea uſus eſſet. Scio quidem aliarum rerum uſum eſſe, aliarum, immo & in eadem re potiunda & uſurpanda, uſum à fructu plerumque diſtingui. Ceterum nihil heic tale fingi aut accommodari poteſt. Aliquid eſſet, ſi Annibal poſt hanc victoriar Cannenſem, ab armis ac bello i totum ceſſaſſet, atque otio deſidia que, ut victoriæ bonis, frueretur ſeſe dediſſet. Tum ſane dici poſſe victoria illum frui maluiſſe quar uti. Quod enim relicta Roma i Campaniam flexit, non eo id fec animo ac propoſito, ut deliti Campanis frueretur; ſed voto a ſpe nobiliſſimæ urbis capiundæ C: puæ, quæ duarum tum toto orb maximarum, Romæ & Carthagi nis erat æmula. Sed robur ejus ex ercitus luxuria Capuana enerva tum eſt. Quid tum? Hoc noluer: Annibal, & magno redemptum ve let, non accidiſſe. Certe cum à vi ctoria Cannenſi Romam caper poſſet, rem tantam ſtatim anim concipere non potuit. Sic victori uti neſciit. *Mora ejus diei*, ut Liviu tradit, *ſatis creditur ſaluti fuiſſe ur bi atque imperio.* Salmaſius.

i *Ubi mox & ipſe, & exercitu ardor elanguit*] De Annibale ipſ hoc nemo prodidit, ardorem eju elanguiſſe Capuanis hibernis. Ex ercitum ejus ea res plane perdidi In Annibale autem duo præcipu notata ac reprehenſa ducis magr peccata à peritis artium militariun Quod ex Cannenſi acie non rect Romam duxiſſet. Et quod in hi berna Capuam militem miſiſſe Ac poſterius quidem hoc pecca um majus illis viſum priore. Nar mora & cunctatione tum peccaſſ tantur

:dor elanguit: k adeo ut verum dictum ſit; *Capu-n Annibali Cannas fuiſſe.* Siquidem invictum Al-ibus, indomitum armis, l Campaniæ (quis cre-eret?) ſoles, & m tepentes fontibus Bajæ, ſube-gerunt.

ntum videri potuit, quæ victo-æ dilationem attulerit. Hic ſe-ındus error inhabilem ad vincen-ım prorſus reddidit, vireſque a-:mit. *Idem.*

k *Adeo ut verum dict. ſit*] Ita ori libri. At in optimis Jordanis riptis: *Adeo ut vere dictum ſit.* :quitur in antiquiſſimo Nazaria-o: *Capuam Annibali Cannam fu-ſe.* Supra notabamus *Cannam* et-ım de fluvio dici ad quem pugna Cannenſi victi ſunt Romani. Li-ius lib. XXV. *Et Diomedis Argivi ampos, & Cannam flumen, qui illis militaverant, agnoſcebant.* ræterea ſcimus quam frequens ſit nallage numerorum apud aucto-es in urbium nominibus ſignifi-andis. Hoc dictum porro, cui eritas fidem adſtruxit, *Capuam Annibali Cannas fuiſſe*, ſumptum x oratione Marcelli ad milites, uæ apud Livium eſt lib. 23. *Reli-quias illorum virorum, vix arma membraque ſuſtinentes pugnare. Capuam Annibali Cannas fuiſſe. ibi virtutem bellicam, ibi militarem diſciplinam, ibi præteriti temporis famam, ibi ſpem futuri extinctam.* Vide reliqua. *Idem.*

l *Campaniæ, quis crederet? ſoles, & tepentes fontibus Bajæ, ſubege-runt*] Hæc poëtica potius elegan-tia, quam hiſtorica fide dicuntur. Intra muros ac tecta Capuæ urbis hibernavit exercitus Annibalis. Ibi maximam hiemis partem in vino, epulis, balneis, ſcortis tranſege-runt. Hæ res eum perdiderunt, non Campaniæ ſoles, aut tepentes fontibus Bajæ, quæ in Campania quidem, ſed ſatis longe à Capua. Livius lib. 23. *In hiberna Capuam conceſſit. Ibi partem majorem hie-mis exercitum in tectis habuit.* Et paulo poſt: *Somnus enim & vinum, & epulæ & ſcorta balneaque, & o-tium conſuetudine in dies blandius ita ea enervarunt corpora animoſ-que, ut magis deinde præteritæ eos victoriæ quam præſentes tutarentur vires.* Eadem ferme habentur in oratione Marcelli, cum militi ſuo ad Nolam degenerem prioribus fa-ctis & animis Pœnum militem in-culcaret: *Non omnes eſſe in acie, præ-dantes vagari in agro; ſed qui pu-gnant marcere Campana luxuria, vino, ſcortis, omnibuſque luſtris per totam hiemem confectos.* Soles Cam-paniæ Floro & tepentes Bajæ pro luſtris illis ſunt, & ſcortis, & vinis, & balneis ſomnoque, quibus totam hiemem intra tecta Capuana tra-duxere milites Annibalis. Sic ſola naturalia cœli ſolique bona cor-rumpendo Pœno militi reliquit, ſoles amœnos ac molles Campa-niæ, tepidoſque ſoli fontes. Quam bene, aliorum eſto judicium. *Idem.*

m *Tepentes fontibus Bajæ*] De his multa *Caſaub. ad Strab. lib.* 5. *Morell. in Stat. p.* 35. *& p.* 136. *Pi-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

gerunt. n Interim reſpirare Romanus, & quaſi o al inferis emergere. p Arma non erant: detracta ſun tem

ghius in Hercul. Prodic. pag. 373. Hermannides.

n *Interim reſpirare Romanus*] Multum unus dies reip. contulit ad ſalutem, dixit quondam *Demoſthenes*. Nec abludit ab illo *Ennius*, qui idem ita dixit:

—— *Multa dies in bello conficit unus.*

Hoc cum *Hannibal* neglexiſſet; Romam erexit, evertit Carthaginem. *Liv. lib.* 22. *cap.* 51. *Mora ejus diei ſatis creditur ſaluti fuiſſe urbi atque Imperio.* Unde *Ovenus lib.* 2.

Heu! quantum Hannibali nocuit differre parato!
Servata eſt minima maxima Roma, mora. Idem.

o *Ab inferis emergere*] Simile eſt illud Statii:

—— *Manſêre animi, virtusque cadenti*
A media jam morte redit. ——

Ut veriſſimum illud ſit Virgilii:

Quondam etiam victis redit in præcordia virtus. Idem.

p *Arma non erant: detracta ſunt templis*] Exequitur heic quædam ultimæ neceſſitatis tela ad quę confugerunt Romani Cannenſis cladis vi ſubacti. Sed nonnulla ex his refert quæ longe poſt Cannenſem cladem uſurpata ſunt. Arma ut templis detraherentur, & ſervitia ad delectum empta publice armarentur, neceſſitas, & inopia armorum ac liberorum capitum ex Cannenſi coorta ſtrage fecit. Reliqua, quæ poſt enumerantur, alio-rum ſunt temporum. Livius lib. 2: *Et vetera hoſtium ſpolia detrahun templis porticibuſque. Et aliam for mam novi delectus inopia liberorum capitum ac neceſſitas dedit.* Oct *millia juvenum validorum ex ſer vitiis, prius ſciſcitantes ſingulos vel lentne militari, empta publice arma verunt.* Quod non alii autem ſum pti, quam qui militare ſe velle re ſpondiſſent: inde *volones* appella ti. ἐθελουσίους Græci dicerent. Sic eo perpetuo deinde vocat idem Livius. Ita autem *Volones* à volo, u *colones* à colo, Salluſtio pro clienti bus, qui magnates colunt: ut *ac cendones* Tertulliano laniſtæ, qu pugnæ ardorem accendunt inte gladiatores. Diverſi autem hi *Volones* à *voluntariis* militibus, quo rum etiam frequens apud Livium mentio. Ita vocati qui emeritis ſti pendiis erant, quive per ætaten militare cogi non poterant, hi voluntate ſua militiæ nomen dede rant, *voluntarii* dicebantur. Præ ter ſervorum delectum non debui etiam omittere Florus ultimum de ſperatæ reipublicæ auxilium, a quod tum deſcendere coacti ſun Romani, cum dictator ita pronun tiavit & edixit: *Qui capitalem frau dem auſi, quique pecuniæ judicat in vinculis eſſent, qui eorum apud milites fierent, eos noxa pecuniaqu ſe exſolvi juſſurum.* Vide Livium lib. 23. *Salmaſius.* Quibus occa ſionibus res Diis in templis dicata in profanos liceat uſus detrahere inter alios docent *Bernegg. Quæſt*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

:mplis: deerat juventus: [q] in ſacramentum mili-
æ liberata ſervitia: [r] egebat ærarium: opes ſuas li-
ens ſenatus in medium protulit; [ſ] nec præter quod
bullis ſinguliſque anulis erat, quicquam ſibi auri
eliquere. [t] Eques ſequutus exemplum, imitatæque
equi-

Agric. Taciti 180. & *Grotius lib. D. F. B. ac P. cap.* 5. §. 2. aliique. *ermannides.*

q *In ſacramentum militiæ libe-ſta ſervitia*] Non vero liberata ad electum, ſed publice empta, diu-ue in ea conditione retenta, do-ec, poſt ſortem fidelemque in bel-navatam operam meruêre liber-tem. Qua de re videndus Livius b. 24. *Salm.* Meliori rerum ſtatu, e libertinos quidem militare ſine-ant; ſed ubi neceſſitas ingruit, peciosa cedunt utilibus. Ita poſt hraſimeni quidem cladem liber-nos ſacramento adegerunt, ut Macrob. 1. 11. Saturn. auctor eſt; oſt Cannenſem autem cladem et-am ſervis uti coacti ſunt, niſi peri-e maluiſſent. *Freinshemius.*

r *Egebat ærarium: opes ſuas li-ens ſenatus in medium protulit*] Non hoc eos facere adegit Can-nenſis calamitatis neceſſitas; nec tatim poſt eam ad id venerunt, ſed liu poſt, cum jam Capua recepta ſſet, ac Sicilia tota, captis Syracu-is, in poteſtatem veniſſet, Marcel-o & Lævino conſulibus. In eorum, nquam, conſulatu cum ornanda laſſis eſſet ac de remigum ſupple-mento in ſenatu ageretur, nec ad am rem pecunia in ærario foret, unde homines pararentur, & ſti-pendium his conſtitueretur, decre-verunt conſules, ut privati, ex cenſu & ordinibus, remiges darent cum ſtipendio cibariiſq; dierum trigin-ta. Cum ex eo edicto tanta indi-gnatio plebis inſequuta eſſet, ut ad ſeditionem haud dubiam tenderet animus, utpote oneri tanto injun-cto ferendo impar, in ea difficulta-te hærentes patres explicuit Lævi-nus conſul, qui ſenatui auctor fuit, ut ipſi exemplum plebi monſtra-rent, & aurum, argentum æſque ſi-gnatum omnes ſenatores in me-dium proferrent. Sic edictum, ſic factum. Quo de negotio Livius conſulendus lib. 26. *Salmaſius.*

ſ *Nec præter quod in bullis*] *Bullæ* hæ ſunt puerorum, ut patet ex *Liv. lib.* 26. *cap.* 36. Ex veteribus ita *Feſtus*: *Bulla erat inſigne puero-rum prætextatorum, quæ depende-bat iis à pectore, ut ſignificaretur eam ætatem alterius regendam con-ſilio.* De ea multum *Torrentius in Horat. Epod.* 5. & *Pighius in Hercu-le Prodicio. pag.* 251. 424. 425. Cæ-terum quemadmodum *Bulla* apud Romanos ingenuitatis ſignum e-rat; ita *Torques* apud Barbaros & Syros, ut annotavit *Valeſ. ad Am-mian. p.* 156. Ex Rup. *Hermann.*

t *Eques ſequutus exemplum, i-mitatæque equitem tribus*] Hoc quippe proficit dominantium e-xemplum, ut ſubjecti non grava-

 te

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

equitem tribus: denique vix ſuffecêre tabulæ, vi
ſcribarum manus, Lævino Marcelloque conſulibus
quum privatæ opes in publicum deferrentur. Qui
autem u in deligendis magiſtratibus, quæ centuria
rum ſapientia, x quum juniores à ſenioribus conſilium
de creandis conſulibus petivere? Quippe y adverſu
hoſten

te ſubſequantur. Ita cum ad ſtipendium militare conferenda eſſet pecunia, *quum ſenatus ſumma fide ex cenſu contuliſſet, certamen conferendi eſt ortum*, apud Livium 4. 60. Contra ubi ſuperiores publicas neceſſitates ſubditorum tantum opibus propellunt, ſuas inde eximunt; aut, quod iniquius eſt, fieri tamen alibi ſolet, augent: quo putemus animo tolerari aut conferri ſumptus iſtos? *Freinshemius.*

u *In deligendis magiſtratibus*] Tribus prærogativa. Veturia Iuniorum Coſ. T. Manlium Torquatum anno DXLIII. declarabat; qui vitio oculorum ſeſe excuſavit, & ut meminiſſent bellum Punicum in Italia, hoſtiumque ducem Annibalem eſſe. Tanti viri auctoritate mota Iuniorum centuria, petiit Veturiam ſeniorum à Coſ. citari, quos poſtquam in Ovili, (erat is locus ſeptus in comitiis, in quem tranſibant per pontem, qui ſuffragii ſui tabellam in ciſtas demiſiſſent) conſuluiſſent: M. Claudium Marcellum & M. Valerium Lævinum ut bello clariſſimos; neque petentes tamen Coſs. renunciarunt; auctoritatemque prærogativæ omnes centuriæ ſecutæ ſunt. Ante etiam anno DXXXIX. prærogativa Iuniorum Coſs. rei gerendæ imperitos deſignaverat; ſed revocata Fab Max. auctoritate, mutavit ſententiam; creavitque Coſs. M. Mar cellum III. Q. Fab. Max. IV. *Sta dius*, ex Livio 24. 10. & 26. 22.

x *Quum juniores à Senioribu conſilium*] Ita fieri debet in omnibus gravioribus, in quibus maturitas requiritur judicii: nam, u paucis dicam: ſuas accommodar cogitationes melioribus prudenti um conſiliis, hoc demum eſt, ſe ipſum, pari imitatione ſimilem reddere ſapientibus. *Hermannides.*

y *Adverſus hoſtem totiens victorem, tam callidum*] Vide rationes auctoris, tum etiam quam conveniant, videbis. Poſt pugnam Cannenſem dicit eam fuiſſe centuriarum in eligendis magiſtratibus prudentiam, ut juniores conſilium à ſenioribus petierint, cuinam potiſſimum mandandus eſſet tum ſummus honos? Rationem addit: *Quippe adverſus hoſtem totiens victorem tam callidum, non virtute tantum, ſed ſuis etiam pugnare conſiliis oportebat.* Eos igitur tum electos ac creatos conſules oportuit, qui non ſolum bellicoſi eſſent, & virtute militari pollerent, ſed etiam qui aſtutia & conſiliorum calliditate, prævalerent, ut ſuiſmet ipſius artibus Annibalem premerent. Hoc ſane

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

hoſtem totiens victorem, tam callidum, [z] non virtute tantum, ſed ſuis etiam pugnare conſiliis oportebat. Prima ſane voluit. Atque illis ipſis comitiis, quibus ſeniores à junioribus conſulti ſunt, conſules creatos eſſe conſtat Marcellum & Lævinum: Cujus electionis ipſam propemodum plebem paulo poſt pœnituit, non ob aliam cauſam, niſi quod nimium acres & feroces eſſent viri creati, ut memorat Livius lib. 26. c. 26. Ad Lævinum quidem quod attinet, ei ſtatim decreta Sicilia provincia, nihilq; callide calideque cum Annibale egit. Marcellus aliquot prœliis, imperii, quod ei prorogatum eſt, tempore cum Annibale commiſſis, partim male pugnavit, partim proſpere quidem; non tamen ulla inſidiarum fallacia aut fraude, quibus artibus ſummus erat Annibal. Quin & accuſatus à Tribuno plebis eodem tempore Marcellus quod bis cæſus exercitus ejus foret, & quod æſtiva Venuſiæ ſub tectis egiſſet. Ad quam deprecandam ignominiam cum Romam venire coactus eſſet, ita ſe purgavit, ut ſummo conſenſu conſul crearetur. Quo in conſulatu, adeò nulla aſtutiæ aut calliditatis laude claruit, ut etiam inſidiis ab Annibale circumventus, in quas improvide præcipitaverat, & occiſus ſit. De Fabio quidem, quem primam imperii reviviſcentis ſpem fuiſſe mox dicit, certum eſt Annibalē aliquando dixiſſe, ab eo duce ſuis ſe artibus premi. Sed ille Fabius in imperio fuit, & hæc omnia prudentiæ & calliditatis exempla edidit ante Cannenſem pugnam. *Salm.*

z *Non virtute tantum, ſed ſuis etiam pugnare conſiliis oportebat*] Non hoc tunc allegatum eſt creandos eſſe conſules, qui Annibalem ſuis artibus & conſiliis petere ac premere poſſent; ſed cum conſulem declaraſſet Veturia Juniorum, quæ ſorte prærogativa erat, Manlium Torquatum, cui ab oculis male erat, & is valetudinem excuſans redire in ſuffragium eam centuriam juberet, cogitandum ipſis eſſe dixit bellum Punicum in Italia, & hoſtium ducem Annibalem eſſe. Imprudentem enim & gubernatorem & imperatorem eſſe, poſtulantem ſibi credi capita & fortunas omnium, cui alienis oculis omnia agenda ſint. Auctoritate tanti viri mota Veturia juniorum, velle ſe colloqui cum ſenioribus dixit, & ab his conſilium petere, quos conſules facere deberent. Citata ſeniorum Veturia reſpondit, de tribus conſulendum eſſe, duobus jam magiſtratu perfunctis, Q. Fabio & M. Marcello & tertio M. Valerio Lævino qui adverſus Philippum Regem terra marique res egregie geſſerat, ſi novum aliquem vellent adverſus Annibalem creari conſulem. Tum Juniorum Veturia, ex conſilio Veturiæ ſeniorum, Marcellum honorem veterem & novum Lævinum conſules pronuntiavit, Auctoritatem prærogativæ cæteræ centuriæ ſequutæ ſunt. Ceterum adeo certum eſt, Lævinum & Marcellum hac ſeniorum conſultatione ita conſulatum adeptos;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

Prima redeuntis, & ut ſic dixerim, [a] reviviſcent
imperii ſpes Fabius fuit: qui [b] novam de Annibal
victoriam commentus eſt, non pugnare. Hinc il
[c] cognomen novum, & Reipublicæ ſalutare, *Cun*
ctato

ptos, non ad hoc creatos fuiſſe, ut dolis cum Annibale certarent, & fraudes ejus paribus fraudibus repellerent, ut, poſt mortem Marcelli conſulis, per dolum Annibalis interemti, ea prima cura patres populumque inceſſerit, eos potiſſimum conſules deligendi quorum virtus tuta eſſe poſſet à fraude Punica. Verba eorum ita refert Livius: *Cum toto eo bello damnoſa, præpropera ac fervida ingenia imperatorum fuiſſe, tum eo ipſo anno conſules nimia cupiditate conſerendi cum hoſte manum in nec opinatam fraudem lapſos eſſe.* De Marcello intelligit & collega ejus Criſpino. Hæc fuere enucleatius explicanda, ut conſtet veritatem hiſtoriæ ab hujuſmodi compendiorum ſcriptoribus non eſſe ſemper exigendam, concinnitatis magis ſtudioſis, quam fidei, quæ requiritur in cauſis rerum exponendis, & ordine quo quæque geſta ſunt memorando. *Idem.*

a *Reviviſcentis imperii ſpes fuit*] Præpoſterè res Fabii geſtas cunctationiſque ejus artem, qua Annibalis fervorem ludificatus eſt, & impetus ejus tardavit, in id tempus confert, quod ſequutum eſt Cannenſem cladem, cum nihil eorum ille geſſerit, niſi ante Cannenſe prœlium, nec poſt id omnino. Quæ ſequuntur, poſt Cannenſem pugnam omnia acta ſunt. Pœne ultimum vulnus fuiſſe imperii Cann
ſupra dixerat. Quid fecerint R
mani poſtea ut inde emergeren
narrare inſtituit, quibuſque duc
bus præcipue ad res perditas reſt
tuendas uſi ſint. Arma detracta ten
plis, liberata ſervitia ad militiæ d
lectum poſt illam pugnam narra
Ducem autem Fabium primai
imperii reviviſcentis, & quaſi ab ir
feris redeuntis, ſpem fuiſſe, cur
ctando ac ludificando. Marcellu
etiam primum cominus congre
auſum. Auſum etiam Semproniu
Gracchum per Lucaniam ſequi &
premere terga cedentis. *Idem.*

b *Novam de Ann. vict. comm*
eſt, non pugn.] Multa bella impet
valida per moras evanuêre, dicit a
pud *Tacit. lib. 2. Hiſt. cap. 32.* Sue
tonius Paulinus, quem Fabio no
ſtro (de quo præter Florum conſu
li debet *Polyb. lib. 3. cap. 89.*) per o
mnia ſimilem deſcribit idem *Tacit*
d. l. cap. 25. Contatorem natura, &
cui cauta potius conſilia cum ratio
ne, quam proſpera ex caſu place
rent. Talis fuit etiam *Iulianus*, te
ſte *Ammiano lib. 16. Iulianus ne*
itinera, nec flumina tranſire poſſe ſi
ne inſidiis putans, erat providus &
cunctator: quod præcipuum bonun
in magnis ductoribus opem ferre ſo-
let exercitibus & ſalutem. Ex Rup
Hermannides.

c *Cognomen novum*] Fabio hui
quatuor fuere cognomina, *Maxi-*
mus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

tator. Hinc illud ex populo, ut [d] *Imperii ſcutum* ocaretur. Itaque per Samnium totum, per Faler- os Gauranoſque ſaltus ſic maceravit Annibalem, t qui frangi virtute non poterat, mora comminue- etur. Inde, Claudio Marcello duce, etiam con- redi auſus eſt. [e] Cominus venit, & pepulit in Cam- pania

us, Ovicula, Verrucoſus, Cuncta-
r. Auctor de vir. illuſtr. cap. 43.
lut. in vita c. 1. *Camers.*

d *Imperii ſcutum*] Sicut contra
Iarcellus *enſis*, quod ex Poſido-
o recenſet Plut. in vita Fabii c. 36.
lia de cauſa (ob crudelitatem
empe) *gladium* appellatum fuiſſe
chum, idem auctor ſcribit de Iſi-
e cap. 1. 3. *Freinshemius.*

e *Cominus venit, & pepulit è*
ampania ſua] Mirum non ani-
iadverſum hujus vitium lectionis
tot ante correctoribus. Ut Mar-
ellus Annibalem è Campania ſua
epulerit? Atqui Capuam, Cam-
aniæ caput, non eo anno amiſit
nnibal; nec opera Marcelli Cam-
ania poſſeſſione ceſſit, ſed obſidi-
ne tantum Nolæ urbis excuſſus
ſt. Solus ex noſtris veteribus li-
ris Nazarianus Codex ſinceram
etinuit lectionem qui habet: *Co-*
inus venit, & pepulit in Campa-
ia ſua. Suam jam pœne totam fe-
erat Campaniam Annibal. Nam
Capuam ſedem & domum &
atriam alteram Annibalis fuiſſe
oſter Annæus paulo poſt dicit.
Quo magis mirum eſt in ea pro-
incia, in qua tantum poterat, pul-
um à Marcello eſſe. Sic proverbii
icem *in caſtris ſuis* aliquis *cædi* di-
itur. Nola autem Campaniæ urbs.
Eamque Lucius ut & Neapolim inter Campaniæ urbes recenſet. Scripſiſſe olim Virgilium volunt Grammatici; *vicina Veſevo Nola jugo.* Mox iratum Nolanis id mutaviſſe & reſcripſiſſe *Ora* pro *Nola.* Veſevus porro Campaniæ mons. Alii Piceno Nolam vindicant. Si ex illis fuit noſter, ſcripſerit: *Repulit in Campaniam ſuam & ab obſidione Nolæ urbis excuſſit.* Sic infra l. 3. c. 4. *Didius vagos & libera populatione diffuſos intra ſuam repulit Thraciam.* Sed priorem cum lectionem tum expoſitionem magis amplector. Et Nola omnino Campaniæ. Bis autem ad Nolam cum Annibale congreſſus eſt Marcellus, ſemel tamen tantum ab Annibale Nola obſeſſa. Nam prima vice ſpes illi hujus urbis potiundæ affulſerat proditione plebis. Ad eam ſpem votumque propius urbem caſtra appulerat, à qua repulſus eſt eruptione Marcelli ex urbe. Anno ſequente eamdem urbem legitima obſidione cinxit & corona circumdedit, acieque juſta etiam cum eodem Marcello pugnavit ac victus eſt, quod hibernis Capuanis militum ejus ardor & robur omne elanguiſſet. De hoc ſecundo prœlio hic Florus accipiendus, cum ait, Marcellum cominus auſum con-
gred

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

pania ſua, & ab obſidione Nolæ urbis excuſſit. f A
ſus &, Sempronio Graccho duce, per Lucaniam ſ
qui, & premere terga cedentis: g quamvis tunc (
pudor!) manu ſervili pugnaret. Nam hucuſque to
ma

gredi cum Annibale, & ab obſidione Nolæ urbis eum excuſſiſſe. Tertio quoque eam rem tentaſſe Annibalem ſcribit Livius lib. 24. c. 17. & cum eodem Marcello acie pugnaſſe, victumque eſſe: & exinde ſpem in poſterum omiſiſſe Nolæ potiundæ. *Salmaſius.*

f *Auſus &, Sempronio Graccho duce, per Lucaniam ſequi*] Nuſquam id legi Sempronium Gracchum per Lucaniam inſtitiſſe fugienti Annibali, & cedentis terga preſſiſſe, præſertim cum id dicat eum feciſſe cum ſervili manu. Volones Livii intelligit, hoc eſt ſervos publice redemptos, qui voluntate ſua ſacramento dixerant, octo millium numero. His militibus Gracchus ad Beneventum prœlio decertavit cum Hannone, eumque devicit, ut narrat Livius lib. 24. At cum Annibale ipſo eum pugnaſſe, non leges. Multo minus ut veſtigiis ejus fugientis inſtiterit, aut terga cedentis preſſerit. De Marcello id memorat idem Livius l. 27. Is per Lucaniam cedentem Annibalem inſequutus eſt, & aliquoties cum eo conflixit interim vincentis fato, interim victi fortuna Epitome illius libri, de Numiſtrone Lucaniæ oppido ad quam incerta victoria pugnatum eſt ab Annibale Marcello: *Inde Annibal noctu receſſit, & ſubinde cedentem preſſit, donec effugeret.* Sempronio igitur Graccho dat noſter quod Marcellus fecit. C porro veriſimile fiat Semproniu cum ſervili ac parva manu coëgi ad fugam Annibalem ac cedente ſubinde preſſiſſe? *Idem.*

g *Quamvis tunc, ô pudor! ma nu ſervili pugnaret*] De his ipſis ſ pra dixerat in ſacramentum mil tiæ liberata ſervitia. Si liberati p uſquam militarent, ergo liberi tu fuere cum pugnaverunt, duce Sen pronio Graccho. Verum quiden etiam tum ſervos fuiſſe cum eoru opera uſus eſt Gracchus in debe lando Hannone. Ita falſum, quo ſupra ſcripſit Annæus, liberat illos ſervos ad militiæ ſacramer tum. Addit ſtatim: *Sed liberta donati fecerant de ſervitute Roma nos.* Obſcura omnimodo hæc ve ba. Genus ipſum loquendi non ſ tis aſſequor. *Libertate donati fec rant de ſervitute Romanos.* Qu hæc intelligit? Servi illi nempe donati libertate, Romanos fec runt de ſervitute. Quid eſt *Roma nos de ſervitute facere?* Mitto el gantiam, ſolam quæro Latinit tem. Sed fac Latina eſſe, jam eg de hiſtoria inquiſierim. Quid vu ſibi, Si ſervi tum pugnarunt, qua do aut quomodo libertate dona ſunt? Hoc debuit dicere. In re i eſt. Gracchus cum Pœnis & ec rum duce Hannone pugnaturus ſtis ſervorum copiis, qui jam alt rum ſervi militantes libertatem t

c

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

nala compulerant. Sed libertate donati. Fecerat le ſervis virtus Romanos. O horribilem in tot adverſis fiduciam! ô ſingularem animum ac ſpiritum populi Romani! tam arctis afflictiſque rebus, quum le Italia ſua dubitaret, h auſus eſt tamen in diverà reſpicere, quumque hoſtes in jugulo per Campaniam Apuliamque volitarent, mediamque de Itaia Africam facerent; eodem tempore & hunc ſutinebat, & in Siciliam, Sardiniam, Hiſpaniam, liviſa per terrarum orbem arma mittebat. Sicilia nandata Marcello, i nec diu reſtitit. k Tota enim nſula in una urbe ſuperata eſt. Grande illud, &

ante

iti ſuſpirabant, & arbitrio ejus reiquiſſet ſenatus quid de illis faceet, priuſquam cum Pœnis manum conſereret, pronuntiavit eum e extemplo liberum eſſe juſſurum, qui caput hoſtis retuliſſet. Cum trenue pugnaſſent, virtutem eoum libertate remuneratus eſt. Sic ergo virtute de ſervis liberi facti. Hoc opinor dicere voluiſſe Florum, atque etiam dixiſſe, ſi verba ejus integra haberemus, quæ ad hanc faciem, ut ab auctore concepta ſunt reſtituenda cenſeo: *Sed libertate donati. Fecerat de ſervis virtus Romanos.* Vel quomodo fortaſſe mallet aliquis: *Fecerunt ſe de ſervis virtute Romanos.* Libertatem virtute meruerunt. Ita fecerunt ſe de ſervis Romanos, ac liberos propria virtute. Perperam coaluerant iſtæ duæ voces in unam ob ſoni affinitatem. *De ſervitute* pro *de ſervis virtute.* Priorem tamen malo lectionem, ut genio Flori convenientiorem. *Fecerat de ſervis virtus Romanos.* Cum vitio librariorum ſcriptum eſſet *de ſervitus*, pro *de ſervis virtus*, correctores præſto fuerunt ac *de ſervitute* fecerunt, ut ſolœciſmum tollerent. Nihil certius noſtra correctione. *Idem.*

h *Auſus eſt tam. in div. reſpicere*] Hoc in Spartanis furorem appellat *Iuſtin. lib. 3. cap. 6.* Sed prudenter egiſſe Romanos, oſtendit *Polyb. lib. 3. cap. 97.* ubi diſſerit quibus rationibus S. P. Q. R. res Hiſpaniæ non omiſerit. Et alioquin hoc modo hoſtium vires ſparguntur, ne una mole bellum ingruat. *Forſtn. ad Tacit. pag. 89. 40.* Hermannides.

i *Nec diu reſtitit*] Immo diu. Nec aliter dicat qui hiſtoriam oppugnationis Syracuſanæ apud Livium legerit. Quot labores, quot pericula circa mœnia Syracuſana Marcellus exhauſerit, non uno libro pertexuit. Sed nec in una urbe ſuperata

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

ante id tempus, invictum caput Syracuſæ, quan
vis [l] Archimedis ingenio defenderentur, aliqua
d

perata Sicilia eſt. Nam ſucceſſori ſuo Lævino conſuli, quod in ea ageret, reliquit. Agrigentum adhuc tenebatur valido Carthaginenſium præſidio, quod ille expulit, & ſic, quod reliquum erat belli in Sicilia, perfecit. *Salmaſius.*

k *Tota enim Inſ. in una Urb. ſup. eſt*] Annibal eodem conſilio Saguntum oppugnavit, quo Romani Syracuſas. Territis enim validiſſimæ urbis oppugnatione omnibus, ſperabat cæteros etiam populos fore dicto audientiores. *Polyb. lib.3. cap.* 17. Eodem *Agathocles* invadendam cenſuit *Carthaginem. Iuſtin. lib.*22. *cap.* 5. *Cæcina* Placentiam. *Tacit. l.* 2. *Hiſt. cap.* 20. *Metellus* arcem regni Numidici, *Salluſt. in Iugurth. cap.* 56. Idem *Vitelliani* volunt illis verbis apud eundem *Tacit. d.l. cap.* 28. *Si victoria ſanitas, ſuſtentaculum columen in Italiâ verteretur.* h. e. ſi Italiam in ſuam poteſtatem redegiſſent, indeque Othonianos devictos expuliſſent, facilem ſibi reliquam fore victoriam. Italiam enim ſequuturas cæteras Imperii Romani provincias, velut caput ſua membra. Ex Rup. *Hermann.*

l *Archimedis*] Archimedes diverſarum quas indies excogitabat machinarum opera (quarum multas deſcribit Polybius) per integrum fere triennium, Marcelli impetum eluſit. Ad cujus exemplum, regnante Anaſtaſio, Proclus imminentem urbi principi Vitalianum feliciter devicit: ſpecula enim cava ingentis magnitudinis de mo
nibus ſuſpendit, in quæ cum rad
ſolares impegiſſent, ignis inſtar fu
guris erumpens oppoſitam claſſe
penitus exuſſit. *Zevecot. Archim
des* ſpeculis ex ære uſtoriis, non ſ
mel Claſſiarios, ipſasque naves ho
ſtium combuſſit. Quod multis ſ
culis imitatus eſt *Proclus* Philoſ
phus & Mathematicus, ſub *Atha
naſio*, ut ſcribit *Zonaras*, in huj
imperio. Item *Hugo* Rex Itali
contra Saracenos. *Luitprandus, l*
5. *cap.* 15. Sed omnium Veteru
artes licet vaferrimas, quantum ſ
perarint noſtrorum temporum *i
genia*, multis docet *Freinshem.
Curt. lib.*4. *cap.*3. *De igne artifici
ſo* cujus inventum *Callinicus* A
chitectus ex *Heliopoli* Ægypti
Conſtantinum Pogonatum attuli
*Caſaub. ad Æn. Tact. cap.*35. *p.*10
è *Zonara* & *Cedreno*. Id ipſum *H
ſtoria Miſcell. l.* 19. perhibet: *Ca
linicus marino igne confecto, Ar
bum vaſa exuſſit, & una cum an
malibus accendit.* Porro *ignem* v
cat *marinum*, quia in mari dur
bat. *Hermannides. Archimedis i
genio defenderentur:* Archimedis i
genium nihil contra proditione
valuit, qua captæ ſunt Syracuſæ. E
ſane uſque proceſſerat ingenio ſ
& machinis Archimedes, ut n
ſolum navalem oppugnationis m
ritimæ apparatum Marcelli eluſ
rit, ſed etiam terreſtrem iiſdem a
tibus impedierit, & ab oppugnati
ne cum in totum abſiſtere coëger

Nc

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

o ceſſerunt. m Longe illi triplex murus, totidemque

ec hic debuit tacere proditione otiſſimum captas fuiſſe Syracuſas. *lmaſius.*

m *Longe illi triplex murus, totimque arces*] Nuſquam reperio plici fuiſſe muro cinctam Syraſarum urbem. Interpretatione ique ſublevandus vanus ac nugax riptor. Ampliſſimam quidem citatem fuiſſe Syracuſas conſtat ac o ambitu diffuſam, ſed vaſtam ſpatiis diſſipatam, & in plures diſam partes, quæ ſingulæ fere inr urbium fuere. Eæ partes muro iam invicem diſcluſæ & interſeæ. Tres præcipuas videtur facere oſter, qui & totidem arces, quaſi ngularum urbium agnoſcit. Hoc odo & triplicem murum habuiſintellexerit. Cum enim unaquæne harum arcium ac partium urs Syracuſanæ proprio muro ab alra fuerit ſeparata, trinus murus i fuit ſuperandus, qui totis Syraſis potiri in animum induxerit. vius urbem & partem eam quæ oprie *Inſula* vocabatur diſtinam fuiſſe docet. Νᾶσον incolæ ocabant. Atque ita legendum ad Livium, ubi editiones ejus uque *Naſſon* cum duplici ſigma ribunt. Lib. 24. *Epicydes ab inſula tam ipſi Naſon vocant, citato proctus agmine.* Ea inſula muro peliari ab cetera urbe, quaſi interpimento, disjuncta. Idem Lius: *murique ea pars quæ ab cetera rbe nimis firmo munimento interpiebat inſulam.* Jam ceteræ urbes, uæ ab inſula ſive Naſo proprie dia ſeparabatur, variæ quoque partes, & ipſæ urbium inſtar. Neapolim, & Tycham inter has nominat Livius his verbis: *Marcellus ut Euryalum neque tradi, neque capi vidit poſſe, inter Neapolim & Tycham, nomina partium urbis, & inſtar urbium ſunt, poſuit caſtra.* Meminit & Hexapyli urbis partis non modicæ à numero poſitarum ſic dictæ. Ex Livio tamen colligo nomen portæ potius fuiſſe. Sic enim ſcribit lib. XXIV. cap. XXI. *Hexapylo Theodorus ac Soſis poſt ſolis occaſum jam obſcura luce invecti, tranſvecti per Tycham.* Item cap. XXIV. *Prope Hexapylon eſt portula. Ea magna vi refringi cœpta.* Et paulo poſt: *Sub luce Hexapylo effracto, Marcellus omnibus copiis urbem ingreſſus.* Apparet igitur ex his portam fuiſſe à numero portarum vel portularum ſic appellatam. At Achradina portio urbis longe maxima ac munitiſſima ad mare poſita, cujus frequens in oppugnatione Syracuſarum apud eundem Livium mentio. Sic quattuor urbis partes, quas inſtar urbium idem fuiſſe dicit, Naſos, Achradina, Neapolis & Thyca. Arces trinas fuiſſe hic Annæus vult. At Livius duas tantum commemorat. Unius arcis primum habet mentionem quæ in inſula erat. Horrea ibi fuere publica. *In inſula,* inquit, *inter cetera Andronodorus præſidiis firmat horrea publica. Locus ſaxo quadrato ſeptus, atque arcis in modum emunitus, capitur à juventute quæ præſidio ejus loci attributa erat.* Ea eſt arx, de qua ibidem paulo ante loquutus eſt: *Ita-*

que arces: [n] portus ille marmoreus, & fons celebra
tu

que Andronodorus & inſulam & arcem & alia, quæ poterat, quæque opportuna erant, præſidiis firmat. Hæc arx inſulæ fuit. Altera porro arx in extrema parte urbis à mari verſa & viæ imminens, quæ in agros ferebat & mediterranea loca. Euryalus vocabatur. *Ad Euryalum ſigna referri juſſit. Tumulus eſt in extrema parte urbis verſus à mari, viæque imminens ferenti in agros, mediterraneæque inſulæ, percommodus ad commeatus excipiendos.* Præter has duas arces alterius non meminit auctor ille cum diligentiſſime exequatur obſidionem Syracuſarum. Noſter vero triplicem murum totidemque arces Syracuſis tribuit, non ſolum obſcure; ſed etiam parum ſcienter loquutus. *Idem.*

n *Portus ille marmoreus, & fons celebratus Arethuſæ*] Non video quam magni momenti inſtar efficere potuerit ad defenſionem Syracuſarum, portus marmoreus potius, quam ex alio lapide factus, & fons Arethuſæ poëtis decantatus. Facile quidem patiar dici nihil profuiſſe urbi quæ capta ſit, triplicem murum, totidemque arces. Sed quid urbi prodeſſe tali in tempore quibat, magnifica portus ſubſtructio, & celebris fontis amœnitas? Portus majoris meminit ad Syracuſas Livius. Ergo & minorem alterum habuerit. Is portus in Achradina. Ibidem & Arethuſæ fons. Hic portum cum Arethuſa jungit. Similiter & Livius ubi memorat Achradinam ſub tribus præfectis fuiſſe, quorum unus Mœ-

richus Hiſpanus qui Achradinar
tradidit Romanis. Cum Achradi
næ partes inter tres præfectos div
ſæ eſſent, & ſuam quiſque tuer
dam partem ſuſcepit, Mœrich
obtigiſſe regionem dicit Livius a
Arethuſa fonte ad oſtium magı
portus: *Ipſi regio evenit ab Are
thuſa fonte uſque ad oſtium magı
portus. Id, ut ſcirent Romani, fe
cit.* Hæc cum apud Livium legiſ
ſet noſter, fortaſſe inde arripuit u
diceret, nihil illi profuiſſe quomi
nus caperetur, portum marmo
reum & fontem Arethuſam. Nem
pe eam partem obtinuit præfectu
ille, qui Achradinam prodidit Mar
cello, & milites ejus recepti pe
eam portam, quæ prope Arethu
ſam erat. Qua proditione non ſo
lum capta Achradina, ſed etiar
eadem opera & Naſos ſive inſula
Urbs ipſa ante in ditionem venera
Marcelli cum arce Euryalo. Ma
gnum autem portum fortaſſe pr
magnifico, vel magnifice extruct
accepit Florus. Nuſquam enin
prodidit Livius ex marmore fuiſſe
Ut ut ſit, ineptum eſt quod Floru
portum heic marmoreum fontem
que Arethuſam cum triplicis mu
& trinæ arcis munimentis jungit
quaſi & in illis ſatis præſidii eſſe de
buerit ne urbs caperetur, quod ta
men parum valuerit: *Longe illi tri
plex murus totidemque arces, por
tus ille marmoreus & fons celebra
tus Arethuſa.* Sic ſupra, cum vel
let dicere parum valuiſſe artes nau
ticas Carthaginienſibus: *Longe illi
nauticæ artes, detergere remos, &*

ludifi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

tus Arethuſæ, o niſi quod hactenus profuere, ut pulchritudini victæ urbis parceretur. p Sardiniam Gracchus

ludificari fuga roſtra. Ceterum ut *adeſſe* alicui dicitur, qui eum defendit ac protegit; ita abeſſe & longe eſſe à quo non poteſt præſens auxilium ſperari. Virgilius in duodecima Æneide: *Longe illi Dea mater erit.* Longinquum auxilium ei cui præſens periculum, pro nullo putandum eſt. Ideo vicinos auxiliatores præferebat Heſiodus longe habitantibus ſi forte cognatis.

Γείτονες ἄζωςοι ἔκιον, ζώσαντο δὲ πηοί.

Vicinus in qualicunque habitu deprehenſus, etiam ſeminudus, etiam diſcinctus ex proximo poteſt accurrere. Cognatus qui longe incolat, præter moram itineris, id etiam temporis moratur, quod in veſtiendo ſe ac cingendo ſumere cogitur. Quia nudus ex longinquo per mediam urbem, aut diſcinctus venire non poſſit. Ut ſerum igitur auxilium idem fere quod nullum; ita qui longe alicui ſunt vel abſunt in præſenti periculo conſtitutis, parum idonei defenſores. Inde illa loquutio è medio vulgi ſermone ſumpta; Longe eſſe aliquid, vel aliquem qui parum prodeſt, vel non defendit. Cæſar de bello Gallico. *Longe illis abfuturum nomen populi Romani.* Ubi etiam emendari poteſt: *longe illi futurum.* Etſi nec improbem *abfuturum.* Sic *adſiſtere* quod adeſſe ac præſentem eſſe ſignificat, recens Latinitas pro *adjuvare* poſuit. Et ita nos quoque nunc Francoceltæ in idiomate noſtro Romanenſi uſurpamus. *Idem.*

o *Niſi quod hactenus profuere*] Ita recte Gruterus noſter reſtituit ex veteri ſua editione, cum reliqui recentiores haberent: *Quid niſi hactenus profuere?* cum interrogatione. Veteribus editis noſtri codices ſcripti ſuffragantur. Portum marmoreum & fontem Arethuſæ hactenus Syracuſis profuiſſe, ut victæ urbi parceretur, Flori ſomnium eſt. Pulchritudo urbis ac vetuſta gloria, omnium ferme illa tempeſtate clariſſimæ ac pulcherrimæ, memoria præterea beneficiorum Hieronis ſocii regis, potius effecerunt ut non deleretur. *Idem.*

p *Sardiniam Gracchus arripuit*] In Sardinia tum quidquam egiſſe Gracchum non reperio. Sardiniam à Graccho perdomitam poſt captas Syracuſas ordo rerum, prout hic narrantur, poſtulat. Atqui nihil in Sardinia geſtum eo anno quo expugnatæ Syracuſæ. Tribus aut quattuor annis ante domita fuit Sardinia per T. Manlium prætorem, qui triginta millia Sardorum uno prœlio cecîdit, duce Hioſto filio Hamſicoris. Qui etiam altera acie Sardos cum Pœnis devicit, quibus præerat imperator Aſdrubal, Cornumque urbem totius gentis primam cepit. His perpetratis ac debellata inſula, Manlius Romam navigavit, perdomitamque Sardiniam patribus nunciavit. Vide Livium lib. 23. Non poteſt de alia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

Gracchus arripuit: q nihil illi gentium feritas, r In
ſanorumque immanitas montium profuere. Sævi
tum in urbes, urbemque urbium Caralim, ut gen
contu

ſubactione Sardiniæ Florus intelligi, nec ipſe potuit intelligere. Sed perperam Graccho tribuit, quod à Manlio geſtum eſt. Sempronius Gracchus tum Conſul Campanos cecîdit. Epitome Liviana: *Sempronius Gracchus conſul Campanos cecîdit. Præterea in Sardinia feliciter, T. Manlio prætore, adverſus Pœnos Sardoſque res geſtas continet, à quo Aſdrubal dux & Mago & Hanno capti.* Multa igitur heic à Floro peccata. Primum quod ſubactam Sardiniam à Graccho facit, quam Manlius ſubegit. Deinde quod poſt captas Syracuſas id actum memorat, quo tempore conſtat nondum obſeſſas fuiſſe. At tres annos integros in obſidione Syracuſarum contrivit Marcellus. Poſtremo quod in Caralim urbem ſævitum ait, quæ Roman. tunc fuit, & ſedes erat belli Romano imperatori. Ducem Sardorum Livius in editis *Harſicoram* vocat. Sed vetuſtiſſimus liber Bibliothecæ Puteanorum modo *Hamſicoram* appellat, modo *Hapſicoram.* Græcis Ἀψικόρας. *Pellidos Sardos* ibidem commemorat qui debent eſſe *Pelliti*, à pellibus, quas gerebant pro veſte. Sic *pelliti Scythæ.* Livius: *Hapſicora tum forte profectus erat in pellitos Sardos.* Ita ſcribendum. Pellitos fuiſſe Sardos aliquos, vel *maſtruga* veſtis indicio eſt, quam à Sardis acceptum auctores ſcribunt & pellicem eſſe volunt. *Idem.*

q *Nihil illi gentium feritas inſa norumque immanitas montium pro fuere*] De Syracuſis idem dixera alio modo: *Longe illi triplex muru totidemque arces.* Hoc eſt, Nih illi triplex murus profuit totidem que arces. Frigida porro & abſur da Flori hæc conceptio de Inſani montibus, qui nihil Sardiniæ pro fuere quo minus ſubigeretur. Qua ſi inſani illi montes tam ardui atqu aſcenſu difficiles fuerint, ut prohi bere potuerint inſulam adiri, vo domari. Ad mare illi montes a cognomine horrendi magis quar re ipſa. Meminit eorum Livius lib xxx. ea inde accepit noſter, quam vis ibi de alia re mentio fiat, quar de Sardinia à Manlio ſubacta *Iluam inſulam & ab Ilua Corſicam à Corſica in Sardiniam trajecit. Il ſuperantem Inſanos montes multo & ſævior & infeſtioribus locis tempe ſtas adorta disjecit claſſem.* Ex e loco arripuit Inſanos iſtos monte quorum immanitatem heîc nih profuiſſe dicit Sardiniæ, cum Graccho perdomaretur. Qua de r nihil ibi Livius cum Sardiniam re dactam in ditionem memorat. E ſane ineptum eſt. Nullum enir impedimentum aut moram obje ciſſe armis Romanis montes illo hiſtoria ipſa perhibet, haud ſa ne magis quam fons Arethuſa *Idem.*

r *Inſanorumque immanit. mon profuere*] *Inſanum magnum*, pr
vala

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

contumax, [ſ] viliſque morti, ſaltem [t] deſiderio patrii ſoli domaretur. In Hiſpaniam miſſi Cnæus & Publius Scipiones, pœne totam Pœnis eripuerant; ſed inſidiis Punicæ fraudis oppreſſi rurſus amiſerunt, magnis quidem illi prœliis, quum Punicas opes cecidiſſent: ſed Punicæ inſidiæ alterum ferro caſtra metantem, alterum, quum evaſiſſet [u] in turrim, cinctum facibus oppreſſerunt. Igitur [x] in ultionem patris ac patrui, miſſus, cum exercitu Scipio, cui tam grande

valde magnum, uſus eſt *Plautus*, prout legit *Lipſius lib.* 3. *Epiſt. q.*20. Unde *Feſtus* : *Inſanum magnum molior negotium.* Imitatus hoc & *Auſonius* de *Craſo* : *Dives inſanum in modum.* Hermannides.

ſ *Viliſque mortis*] Verius legerim, *viliſque morti* : *vilem morti*, eleganter vocat facilem ad mortem excipiendam, & mortem nihili facientem. *Salmaſius.*

t *Deſiderio patrii ſoli*] Cariſſimarum rerum periculis compelli hoſtes ad deditionem, oſtendit *Grut. ad Liv. lib.* 5. *cap.* 42. Huc referendum ſtratagema illud *Narſetis*, quo *Luzenſes* ad deditionem compellere conatus eſt, apud *Agath. lib.* 1. *pag.* 17. Ex Rup. *Hermannides.*

u *In turrim*] Dubitat tamen Livius 25. 36. 11.

x *In ultionem patrui miſſus cum exercitu Scipio*] Cn. Scipio, ſub primum Annibalis ab Alpibus deſcenſum, pro Conſule in Hiſpaniam miſſus, Annonem egregie vicit, militumque qui cum Annibale in Italiam profecti erant impedimenta cariſſima à Romanis diripiebantur. Inde Aſdrubalem toto, cis Iberum, agro cedere cogit, Punicam claſſem ad oſtia Iberi fluminis ſtantem capit, & toto ejus oræ mari potitur. Dehinc Scipio frater ejus poſt conſulatum, prorogato imperio, in Hiſpaniam mittitur; conjunctis itaque viribus in hoſtem movent: Aceducis artificio obſides Hiſpanorum, qui Sagunti cuſtodiebantur, Ro. traditi ſunt, & domum ad devinciendos hoc beneficio Hiſpanorum animos benigne ab ipſis remiſſi. Altero an. Scipiones cum Aſdrubale (qui ut in Italiam deſcenderet, ac ſe cum fratre Annibale conjungeret, ad Iberum copias traduxit) collatis ſignis bene pugnaverunt, caſtra hoſtium diripiunt, reliquæ Hiſpaniæ civitates Rom. hoc tam felici prœlio adjunctæ ſunt, ita ut Aſdrubali vix tuto manendi in Hiſpania ſpes relicta fuerit. Caſtulonem inde recipiunt; ad Mundam, etiamſi Cn. Scipio tragula in femore victoriam impediret, egregie pugnant. Saguntum etiam, Punico præſidio inde pulſo, à Romanis recipitur ac reſtituitur: Inde verſæ tam latæ res

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

grande de Africa nomen fata decreverant, bellatricem illam, viris armiſque nobilem Hiſpaniam, illam ſeminarium hoſtilis exercitus, illam Annibalis eruditricem, (incredibile dictu) y totam à Pyrenæis montibus in Herculis columnas & Oceanum recuperavit: neſcias citius, an felicius: quam velociter, quatuor anni fatentur. quam facile, vel una civitas probat. eodem quippe, quo obſeſſa eſt die, capta eſt: omenque Africanæ victoriæ fuit, quod tam facile victa eſt Hiſpana Carthago. Certum eſt tamen, ad profligandam provinciam maxime profeciſſe ſingularem ducis ſanctitatem: quippe [a] qui captivos pueros, puellaſque præcipuæ pulchritudinis, barba-

in luctum. Scipiones à Celtiberis mercenariis deſerti prope cum totis exercitibus cæſi ſunt. Cn. Scipio undeviceſimo die quam frater Scipio cæſus eſſet, in turri, quam hoſtes igne circumdederant, crematus eſt; ſexto quam in Hiſpaniam venerant anno: amiſſaque Hiſpaniæ poſſeſſio foret, niſi L. Marcii equitis Ro. virtute & fortitudine, contractis exercituum reliquiis, ejuſdem hortatu bina caſtra hoſtium expugnata, & ad triginta millia hoſtium cæſa eſſent anno. U. C. DXLI. Cum vero reliqui omnes, poſt tantas clades acceptas, poſt duos Scipiones interfectos, Hiſpaniæ imperium oblatum recuſarent, P. Scipio. P. Scipionis qui interierat filius, quique tunc annum XXIV. natus eſſet, profeſſus eſt ſe petere. Centuriæ omnes P. Scipioni imperium in Hiſpania proconſulare eſſe juſſerunt, quo profectus eſt anno DXLII. Reverſus eſt Romam, exactis ab Hiſpania Pœnis anno DXLVII. neque victor triumphavit, quia ad eum diem nemini triumphus datus erat, qui ſine magiſtratu rem geſſiſſet: quibus enim extraordinarium imperium, quale hoc fuit, Curiatis comitiis mandabatur, ſine magiſtratu erant, qua de cauſſa etiam M. Marcello de Syracuſis à Senatu negatus eſt triumphus. *Stadius.*

y *Totam à Pyren. montibus &c.*] Nam hi ſunt utrinque ejus termini. Juſtinus 44 2. *Hiſpania inter Africam & Galliam poſita Oceani freto, & Pyrenæis montibus clauditur.* Freinshemius.

a *Qui captivos pueros puellaſque præcipuæ pulchritudinis, barbaris reſtituerit*] Ab oblata ſibi nobili virgine & ætate, & forma, & omnibus denique donis ornatiſſima, Lucejo cuidam, gentis ſuæ principi, deſponſa,

barbaris reſtituerit, b ne in conſpectum quidem ſuum paſſus adduci, nequid de virginitatis integritate delibaſſe vel oculis videretur. Hæc inter diverſa terrarum populus Romanus: nec ideo tamen Italiæ viſceribus inhærentem ſummovere poterat Annibalem. Pleraque ad hoſtem defecerant: & dux acerrimus c contra Romanos Italicis quoque viribus utebatur. Jam tamen eum pleriſque oppidis, & regionibus excuſſeramus. Tarentus ad nos redie-

ponſa, quamvis omnia, promptum alias in libidines Ducem invitarent ad complexum: non abſtinuit tantum, ſed & vocato ad ſe Lucejo reſtituit; & auro inſuper, quod pro ea redimenda parentes attulerant, liberaliter dotavit. Obſides, pueros & puellas, munuſculis ornatos ad parentes remiſit. Hæ nempe ſunt artes quibus conciliantur etiam infeſtiſſimorum animi: virtus enim illa & continentia in admirationem ſui trahit hoſtes, & ſine ferro expugnat armatos. Totilas Gothorum in Italia Rex afflictas ac propemodum jacentes eorum res erexit, matronarum ac virginum pudicitiam, à libidine militum inviolatam præſtando. Et ob Alexandri continentiam pacem tertio petit, & Deos patrios invocat Darius, ut, ſi de ſe transactum ſit, nemo alius Aſiam regat, quam ille tam juſtus, tam miſericors victor. *Zevecot.*

b *Ne in conſpectum quidem ſuum paſſus adduci*, &c.] Apud Xenophontem Cyrus Pantheam captivam formoſiſſimam, vetuit ad ſe adduci, Araſpo formam illius commendanti reſpondens: ideo ſe magis ab ea videnda velle abſtinere, ne illius forte pulchritudine pellectus, etiam, cum non deceret, ad eam retractus avocaretur à ſeriis. *Idem.*

c *Contra Romanos Italicis quoque viribus utebatur*] Nimirum hoc etiam inter cetera habet commodi bellum in hoſtili ſolo. *Quippe* (verbis Agathoclis apud Juſtin. 22. 5.) verum eſt, *aliter domi, aliter foris bella tractari: domi ea ſola auxilia eſſe, quæ patriæ vires ſubminiſtrent, foris hoſtem etiam ſuis viribus vinci, deficientibus ſociis, & odio diuturni imperii externa auxilia circumſpicientibus, &c.* Suadet hoc idem Antiocho expertus Annibal, apud Liv. 34. 59. *Freinshem.* Perſuaſum enim erat Annibali, Romanos, niſi Italiæ viribus vinci non poſſe: qua de cauſa quoque poſterius *Antiocho* Regi author fuit, bellum in Italiam transferenti, teſte *Livio lib.* 34. *cap.* 59. & *lib.* 36. *c.* 7. Nec Romani hujus ſtratagematis incurioſi erant, quos *Tacit.* ſcribit *lib.* 4. *Hiſt. cap.* 17. *Provinciarum ſanguine provincias viciſſe.* Hermannides.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

redierat: jam & [d] Capua, ſedes & domus, & pa-
tria altera Annibalis, tenebatur: cujus amiſſio tan-
tum Pœno duci dolorem dedit, ut inde totis viri-
bus Romam converteretur. O [e] populum dignum
orbis imperio! dignum favore, & admiratione ho-
minum ac deorum! [f] Compulſus ad ultimas meta

a

d *Capua*] Campani parum memores ſocietatis & beneficii Populi Romani, quo armis ab Samnitium injuria ante CXXVII. annos vindicati erant, Virio auctore, legatis ab Annibale miſſis, fœdus cum eodem percutiunt, & Capuæ ipſum recipiunt, idque eodem anno, quo Canenſi clade Romani premebantur: eam uſque adeo inſignem injuriam & perfidiam Populus Rom. tanta pertinacia, ut ulciſceretur, exarſit: ut Annibalem ſpe avertendæ per metum aut neceſſitatem, quod per vim non poterat, à Capua obſidionis, Romam properantem: & ad tertium lapidem ſupra Anienem caſtra metantem, alter Proconſul Q. Fulvius Flaccus, ad prohibendam obſidione patriam, XV. M. peditibus, M. equitibus ſecutus ſit: alter Appius à Capua cum exercitu non diſceſſerit. Annibal etiamſi cum II. M. equitum, ut urbis ſitum exploraret, obequitaſſet, & per triduum utrimque acies in procinctu ſtarent, imbribus & cœleſti ira à prœlio diremptæ; ipſe Annibal ab urbe repulſus, Capua deſerta in Lucanos & Bruttios contendit. Campani, jam deſperationi imminentes, ſeſe dediderunt, poſteaquam ipſorum principes veneno ſe necaſſent. Cum

Senatus Campanorum ad palum
gatus ſecuri percutiendus eſſet, l
teraſque à Senatu Romano miſſ
(quibus jubebatur ut parceret
Senatui Campano) Q. Fulvius r
cepiſſet, etſi de clementia Senat
conſcius eſſet, tamen eas in ſir
poſuit, & lege agi juſſit, hoc eſt,
eos animadverti, antequam leg
ret. Capua, ob perfidiæ & def
ctionis culpam, in Præfecturæ fo
mam redacta eſt, hoc eſt, ut jus
magiſtratum quotannis à Præf
cto, qui cum legibus à Prætore P
præſcriptis mittebatur, acciperet
itidem ut vectigalis & ſtipendiar
eſſet. *Stadius.*

e *Populum dignum orbis imperi*
Ob virtutem & conſtantiam. Pe
tinet huc, quod ſupra I. 13. dixi
Ea certe fuit vis calamitatis, ut i
experimentum illatam putem div
nitus, ſcire volentibus immortal
bus diis, an Romana virtus impe
rium orbis mereretur. Freinsh.

f *Compulſus ad ult. metas*] Au
ſim legere ad *ultimos metus.* Con
firmat me lectio *Ammiani lib. 1*
pag. 84. Quibus viſis compulſus a
ultimos metus. Hermann. Qui
videbitur, ſi legamus *ad ultima*
metas? Ita ſane elegantius mult
cenſeam legi juxta ſcripturam Na
zariani libri. *Ad ultimas metas com*
pelli

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

ab incepto non deſtitit: & de ſua Urbe ſollicitus, Capuam tamen non omiſit; ſed parte exercitus ſub Appio conſule relicta, parte Flaccum in urbem ſequuta, abſens ſimul, præſensque pugnabat. Quid ergo miramur, moventi caſtra à tertio lapide Annibali, iterum ipſos deos, deos inquam, (nec g fateri pudebit) reſtitiſſe? Tanta enim ad ſingulos illius motus vis imbrium effuſa, tanta ventorum violentia coorta eſt, ut divinitus hoſtem ſummoveri; h neque cœlo, ſed ab Urbis ipſius mœnibus, & Capitolio ferri videretur. Itaque fugit, & ceſſit, & in ultimum ſe Italiæ recepit ſinum, quum Urbem i tantum non adoratam reliquiſſet. Parva res dictu, ſed ad magnanimitatem populi Romani probandam ſatis

pelli, parœmiæ vicem obtinet, & ſimile eſt illi, *ad incitas redigi.* Cyrus Prodromus, libro v. amorum Rhodanthes & Doſiclis, ἔσχατον πέτευρον eleganter dicit pro eodem. Senecæ, *extrema tegula.* Salmaſ.

g *Fateri pudebit*] Adjicit hoc ideo, quod probroſum videretur viris fortibus, deorum potius favore, quam ſua virtute victoriam conſequi. *Freinshemius.*

h *Non à cœlo, ſed ab urbis ipſius mœnibus*] Non dubitem ita concinnatam & deproperatam hanc eſſe lectionem manibus & ingenio correctorum, retentis quæ volebant, quæ nolebant rejectis. Vetus editio, ut nos docuit vir doctiſſimus, qui ea uſus eſt, habet: *Nec cœlo, ſed ab urbis ipſius mœnibus in Capitolio ferri videretur.* Vide facinus correctorum. *Ferri* ſuſtulerunt, in quo cardo erat ſententiæ. *Nec* in *non* perverterunt, & alia, quæ omitto, commiſerunt. Totum hunc locum ita ex veteri editione & libris ſcriptis emendamus: *Tanta enim ad ſingulos illius motus vis imbrium effuſa eſt: tanta ventorum violentia coorta, ut divinitus hoſtem ſummoveri, nec cœlo, ſed ab urbis ipſius mœnibus & Capitolio, ferri videretur.* Hoc ſenſu: tanta imbrium & ventorum vis coorta, ut divinitus hoſtem ſummoveri putares, nec illam vim imbrium cœlo ferri, ſed ab ipſis mœnibus urbis & Capitolio, diceres. Quid planius? An hæc pervertenda erant, ut intelligi poſſent? Isne autem erat Hannibal, quem mœnia urbis Romæ fugarent & ſummoverent? Quod illa lectio omnino innuit. Satis & nobis & illis hæc diximus. *Salmaſius.*

i *Tantum non adoratam*] Lectio

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

ſatis efficax: quod illis ipſis, quibus obſidebatur [illegible]
ebus, ager, quem Annibal caſtris inſederat, ven[illegible]
lis Romæ fuit, [k] haſtæque ſubjectus invenit empt[illegible]
rem. Voluit Annibal contra fiduciam imitari; ſu-
jecitque [l] argentarias Urbis tabernas: nec ſector i-
ventus eſt: ut ſcias, etiam præſagia fatis fuiſſe. N
hil actum erat tanta virtute, tanto favore etiam de[illegible]
rum: ſiquidem [m] Aſdrubal frater Annibalis, cu[illegible]
exercitu novo, novis viribus, nova belli mole v[illegible]
niebat. Actum erat proculdubio, ſi vir ille ſe cu[illegible]
fratre junxiſſet: ſed [n] hunc quoque caſtra meta[illegible]
te[illegible]

Gruteri eſt, quam ipſe ſtabilit in *Notis ad Pan.IV.cap.*11. Hermann.

k *Haſtæque ſubjectus*] De hac *Virdungus* adire jubet *Cujacium ad Tit. de Orig. Iur.* Adde huic *Pamiroll. lib.* 1. *Theſaur. Var. Lect. c.* 93. Idem.

l *Argentarias Vrbis tabernas*] Intelligit eas, quas Argentarii, ſive qui Argentariam faciebant, & numariæ rei negociationem exercebant, *circa forum* habebant. Unde *Circumforaneum Cicero* appellat, *Ep.*1. *lib.* 2. *ad Attic.* cum ſe ære alieno obrutum innuit, quod ab iſtis *circa forum tabernas* habentibus Argentariis, ſive Numulariis pecuniæ fœnori collocarentur. *Idem.*

m *Aſdrubal frater Annibalis*] Quantus vir ille fuerit docet *Diod. Sic. in Excid. Peireſc.pag.*283. *Cæterum* Aſdrubalis *virtus* haudquaquam ſilentio prætereunda eſt. Nam cum Hamilcaris cognomento Barcæ filius eſſet, omnium ætatis ſuæ ducum præſtantiſſimi, qui & in Sicilienſi bello μόνος τῶν ἡγε-μόνων πολλάκις ἐνίκησε Ῥωμαίους, τὸν ἐμφύλιον καθελὼν πόλεμον, πρ[illegible]τος διεβίβασε δύναμιν εἰς Ἰβηρία[illegible] h.e. *ſolus Romanos ſuperaverat, &* *confecto civili bello, primus in Hiſpaniam copias trajecerat.* Mo[illegible] *Hujuſmodi patris gloriâ non ina[illegible]gnum ſe filium præſtitit. Eteni[illegible] quod ſine controverſia eſt, omniu[illegible] Pœnorum ducum, poſt Annibale[illegible] fratrem,* optimus *habebatur. Qu[illegible]circa & Hiſpanicis copiis ab Anni[illegible]bale eſt præpoſitus. Cumque mult[illegible] & præclara prœlia in Hiſpania fe[illegible]ciſſet, & ex priſtinis cladibus exe[illegible]citum recreaſſet, in maximis pericu[illegible]lis ſæpe verſatus eſt. Ac tandem pro[illegible]cul ab ora maritima fugatus,* Δι[illegible] τὴν ἰδίαν ἀρετὴν μεγάλην ἤθροισε δύναμιν. h. e. *divina*, ſive *ſua virtu[illegible]te validiſſimas copias comparavit præterque omnium expectationem i[illegible] Italiam venit.* Ex Rup. *Idem.*

n *Hunc quoque caſtra metantem Claudius Nero cum Livio Salinatore debellat*] C. Claudius Nero, An[illegible]nibalem tumultuariis aliquot prœ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

em Claudius Nero cum o Livio Salinatore p debellat. q Nero in ultimo Italiæ angulo ſummovebat Annibalem: Livius r in diverſiſſimam partem, id

s in Lucania à Grumento profligatum, Canuſium in Apuliam nunquam ejus veſtigiis abſiſtens proſequebatur; atque ibidem ex interceptis quæ ad Annibalem à fratre o Aſdrubale mittebantur litteris, ibus ſe in Umbriam occurſurum atri ſuo Annibali eſſe ſignificabat: etuens Nero, ne Livius collega us ſolus par eſſe poſſet Aſdrubali nienti, VI. M. peditum, M. equim robuſtiſſimorum de toto excitu legit, cum quibus totam ab ufido flumine, uſque ad Metaum Umbriæ, longitudinem Italiæ xto die emenſus, auxilio Salinari Livio accurrit: nihil quieti dam, altero enim die Aſdrubalis opias ipſumque ducem ad Senam aritimam Umbriæ concidunt. æſa hoſtium quinquaginta ſex illia, capta quinque millia, redtaque Annibali clades Cannenſi qualis, & ducis & exercitus intetu. Metaurus cruentus Punico uore, ut Aufidus Romano. Sena mbrorum, nobilitata clade Pœorum, non aliter quam Apulom Cannæ erant calamitate Romana. Nero eadem nocte, eademue celeritate ad Annibalem, ejuſem errore hactenus feliciter uſus, um ipſum à caſtris hactenus, quæ is adverſa erant, non ſenſerat abiiſſe, properat, & ſexto die revertur. *Stadius.*

o *Livio*] M. Livius Druſus anquam in Italiam Annibal deſcenderet, conſul cum Aimilio Paullo de Illyriis triumphaverat, populique judicio ob Illyricam prædam inique diviſam condemnatus, in exſilium abiit, ignominiæ contumelia ſqualoreque efferatus: ſed octavo fere anno, poſt damnationem, reductus eſt in Urbem à M. Marcello & M. Lævino coss. Ipſe iterum conſul omnium ſuffragio cum Nerone creatus eſt, & Aſdrubalem Neronis auxilio debellavit. Cenſor quoque poſt biennium cum eodem Nerone quatuor & triginta tribus, hoc eſt, præter Metiam omnes, ærarias reliquit. Cenſoria nota erat, qua ipſas levitatis & inconſtantiæ notabat, quod innocentem ipſum condemnaſſent, condemnatum, conſulem & cenſorem creaſſent: neque infitiari poſſent, aut judicio ſemel, aut comitiis bis ab ſe peccatum eſſe: & ut ſe de plebe ulciſceretur, ex Salaria annona vectigal conſtituit; unde *Salinatori* nomen factum eſt. Inter Livium & Neronem ejus collegam cum odia privata eſſent, ea deprecantibus Senatoribus Reipublicæ condonarunt, & in gratiam redierunt. *Idem.*

p *Debellat*] Ad *Metaurum.* Cujus cladis veſtigia *Hieron. Magius lib. Miſcel. cap.* 4. ſcribit ſe vidiſſe *Piſauri* in Urbinatum Ducis armamentario, *areas*, nempe *Galeas*, agris, *Metauro fluvio* adjacentibus effoſſas, quæ ab iis, quas hodie milites

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

id eſt, in ipſas naſcentis Italiæ fauces, ſigna conve-
terat. Tanto, id eſt, omni, qua longiſſima Itali
ſolo interjacente, quo conſilio, qua celeritate, co-
ſules caſtra conjunxerint, inopinanterque hoſte
collatis ſignis compreſſerint, neque id fieri Annib
ſenſerit, difficile dictu eſt. Certe Annibal re c-
gnita, quum projectum fratris caput ad ſua caſt
vidiſſet, [ſ] *Agnoſco*, inquit, *infelicitatem Carthagin.*
Hæc fuit illius viri, non ſine præſagio quodam fa
imminentis, prima confeſſio. Jam certum era
Annibalem, etiam ipſius confeſſione, poſſe vinci: ſe

t

lites noſtri geſtare ſolent, ad magnitudinem quod attinet, non diſcreparint. Ex Rup. *Hermannides*.

q *Nero in ultimos Italiæ angulos*] Optimus Nazarianus, *ultimo Italiæ angulo*. corrupte ſane: nam, *ultimos Italiæ angulos*, rectum eſt. ſic ſupra, *& pepulit in Campania ſua*, pro *in Campaniam ſuam*: ad quem locum annotationem noſtram delere debes, & pro nulla putare: nam vera lectio illius loci, *pepulit in Campaniam ſuam*, *& ab obſidione urbis Nolæ excuſſit*, quod tunc non videramus; tantum enim abeſt, ut Hânnibalem à Campania pepulerit Marcellus, ut vel ad ultimas metas redactus, Capuam tamen, quæ caput eſt Campaniæ, non omiſerit. Nola urbs eſt Piceni, cujus obſidionem relinquere coactus eſt Hannibal, & in Campaniam ſuam refugere. vides ut perpetuo nobis cor non recte ſaliat. *Salmaſius*.

r *In diverſiſſimam partem, & in ipſas naſcentis Italiæ fauces*] Lege ex libris: *Id eſt, in ipſas naſcentis Italiæ fauces*. Paulo ante dixerat, *ultim Italiæ angulos*. Nunc diverſiſſima partem opponit, id eſt, *naſcenti taliæ fauces*. Nec dubium quin h ſit vera ſcriptura, cujus niſi auct res eſſent fidei non culpandæ lib nec eam proponerem, nedum tu vellem. Sic infra memini correx ſe: *Senatus, id eſt, Pompejus*. bi vulgo: *Senatus, & Pompej* Idem.

ſ *Agnoſco infelicitatem Carth ginis*] Ita derivantur in fortuna publicam pleraque. *Darius* poſt i felicem pugnam, hortantibus ſu ut equum conſcenderet, reſpond *Deos ultores adeſſe*. *Curt. lib. cap.* 13. h. e. ut explicat *Freinshe* pertinacem illam *fortunam*, qu Perſas *urgere* non deſineret. A eundem modum *Sarmatæ*, apu *Ammian. Marcell. lib.* 17. *Fortu non meriti fuiſſe*, ajunt, *quod even rit*. Ita quoque lamentatus eſt *Ph lippus Valeſius* Galliarum Rex, cu ad *Creſſiacum* ab *Eduardo III.* An gliæ Rege, ingenti prœlio devict

eſſe

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

ot rerum proſperarum fiducia plenus t populus Ro-nanus, magni æſtimabat aſperrimum hoſtem in ſua Africa debellare. Duce igitur Scipione, in ipſam Africam tota mole converſus, imitari cœpit Annibalem, & Italiæ ſuæ clades in Africam vindicare. Quas ille (dii boni!) Aſdrubalis copias, quos u Syphacis

ſſet. Fuga enim vix elapſus, cum d urbem *Brayum* devenit, interogatus à Præfecto ad portam, uiſnam adeſſet? miſerabili voce eſpondit: *Fortuna Franciæ. Froſard. ib. 1. Hiſt.* & *Ioh. de Serres in Philippo Valeſio.* Hermannides.

t *Populus Romanus magni æſtimabat aſperrimum hoſtem in ſua Africa debellare*] Multi alibi potentes, domi ſunt imbecilles. Annibal fruſtra Antiocho perſuadere onatus fuit, non poſſe niſi in Italia debellari Romanos. Agathocles Syracuſarum Tyrannus, fractis non una clade in Sicilia rebus, cum ſe neque viribus parem, neque ad obſidionem ferendam ſatis inſtructum videret; audaci plane ac felici conſilio bellum in Africam tranſtulit, & domi victus peregre victores devicit, incubanteſque Siciliæ Pœnos extorſit. *Zevecotius.* Facit hic locus ad propugnandum bellum offenſivum, quem illuſtrat illud *Mammertini in Paneg. Maximiano dicto cap. 8. Si illa quondam Romanæ potentiæ diu æmula & inimica Carthago à P. Scipione devicta eſt, cum is, trajecto in Africam exercitu, Annibalem ab Italiæ vaſtatione revocavit. Audieras hoc Imperator? an ipſe per te divina tua mente proſpexeras, ita demum* hoſtes funditus poſſe ſubverti, ſi in propriis ſedibus vincerentur. Locum hic etiam invenit egregium illud *Brunneri lib. 1. Annal. Bojor. p. 91. Durum eſt ſuis agris ingemere, aut cibum exſculpere è patrio ſolo; in alieno dulciorem, eumque hilari labore, id eſt, prædando parabilem.* Hermannides.

u *Syphacis*] Syphax rex Maſæſylorum, quæ gens eſt Mauris vicina, opulentiſſimus erat: cum Scipionem, qui ab Hiſpania in Africam navigarat, ſua in Regia hoſpitaliter & benigne excepiſſet, amicitiæ fœdera & contra Pœnos conſilia cum Scipione iniverat. Eam ſocietatem & tantam virium acceſſionem, ut à Romanis divelleret Aſdrubal, Syphacis animum, Sophonisba filia in matrimonium ei data, amore ſcilicet & complexu adoleſcentulæ, occupat: ita ut ille hoc libidinis ardore, & Aſdrubalis inſtigatione dementatus, amicitiæ Scipionis, antequam in Africam appelleret, per legatos renuntiaret. Cujus perfidiæ magnas mox pœnas dedit: caſtris enim & exercitu una nocte incendio deletis, bis acie fuſus, ipſe captus, & Sophonisba adamata orbatus, Romam, inde Albam in exſilium relegatus, & à Scipione in triumpho ductus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

phacis x exercitus fudit? quæ quantaque utriusq caſtra facibus illatis una nocte delevit? denique ja y non à tertio lapide, ſed ipſas Carthaginis port obſidione quatiebat. Sic factum eſt, ut inhære tem atque z incubantem Italiæ extorqueret Ann balem. Non fuit a major ſub imperio Roman die

ductus eſt, teſte Polybio, quem alii tamen morte, ante triumphum, Tibure eſſe præoccupatum auctores ſunt. Contra Maſſaniſa Maſſyriorum rex à Syphace regno exturbatus erat: exſul itaque & profugus, ſemel à Scipione receptus, fidem egregie coluit: quare à Romanis rex ſalutatus, & ampliſſimo Syphacis regno donatus eſt. Regum totius Africæ maximus & potentiſſimus, vixit ad nonageſimum ætatis annum, florens opibus, gloria, & dignitate: tanti eſt ſervaſſe fidem, aut ad felicem inclinaſſe parietem. *Stadius.*

x *Exercitus fudit*] Uſus fuit dolo ſeu ſtratagemate Scipio. Ut enim Regem, cujus potentiam merito timebat, facilius falleret ac ſuperaret; miſit ad eum, per ſpeciem legationis, Lælium, adjunxitque illi ſervili habitu ſelectiſſimos quoſque ex centurionibus ac tribunis, ut quæ notatu digna erant, accurate obſervarent: Qui ut liberius & minus ſuſpecti ſcrutarentur omnia, equum, quem de induſtria dimiſerant, tanquam fortuito elapſum, fugientem perſecuti, pleraque caſtrorum munimenta circuierunt; quorum cum conditionem ac diſpoſitionem Scipioni nunciaſſent, bellum incendio confectum eſt. *Zevecotius.*

y *Non à tertio lapide*] Comp rat Annibalis factum, idque lo ge poſtponit huic Corneliano. Il enim Romam non propius qua à tertio lapide vidit (quamvis Pl nius 34. 6. *intra muros* urbis *h* *ſtam emiſiſſe* dicat) hic autem *ip* Carthaginis *portis inhærebat*, ut c Regulo dixit auctor. 2. 2. *Freins hemius.*

z *Incubantem Italiæ*] Loquit de Annibale, tanquam ſerpent quodam vel dracone, qui, quo complexus, ægre dimittit. *Virdun gus.* Similis locus apud *Vellej. Pa ter. lib.* 2. *cap.* 129. *Marobodum in hærentem occupat regni finibus, pa ce majeſtatis ejus dixerim, velu ſerpentem, abſtruſam terræ, ſalubri bus conſiliorum ſuorum medicamen tis coëgit egredi.* Ex Rup. *Herman nides.*

a *Major ſub Imperio Romano dies* De non vulgari vocabuli *dies* no tione, *Caſaub. ad Sueton. Auguſt cap.* 23. quâ ipsâ *Iuſtin. lib.* 9. *cap.* 4 *Hic dies univerſæ Græciæ, & glo riam dominationis, & vetuſtiſſi mam libertatem finivit.* Sic apud *Ciceronem, dies ille quo Atticu* Quartanâ laborabat. *Vid. lib.* 7. *ad Attic. Ep.* 8. *Lib.* 9. *Ep.* 4. *ibiq; Manutium.* Ex eodem *Idem.*

b *Legi-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

lies, quam ille, quum duo omnium & antea & poſt-a ducum maximi, ille Italiæ, hic Hiſpaniæ victor, ollatis cominus ſignis, direxere aciem. Sed & olloquium fuit inter ipſos de [b] legibus pacis. [c] Ste-erunt diu mutua admiratione defixi: ubi de pace ion convenit, ſigna cecinere. [d] Conſtat utriusque onfeſſione, *nec melius inſtrui aciem, nec acrius po-uiſſe pugnari.* Hoc Scipio de Annibalis, Annibal le Scipionis exercitu prædicaverunt. Sed tamen Annibal ceſſit: prœmiumque victoriæ Africa fuit, z ſequutus Africam ſtatim terrarum orbis.

CAP.

b *Legibus pacis*] Pœnis devi-tis à Scipione, cui lege Curiata acis conditiones, & cxx. lega-orum ſententia paciſcendæ cum œnis permiſſæ erant, pacem iſtis egibus fecerunt: ut Pœni liberi iverent ſuis legibus: quas urbes, uoſque agros, quibuſve finibus nte hoc bellum tenuiſſent, tene-ent: perfugas, fugitivos, captivos mnes, & II. ſtratas naves, præ-er x. triremes, traderent, elephan-oſque, quos haberent domitos, eque domarent alios: bellum, eque in Africa, neque extra Afri-am, injuſſu populi Romani gere-ent, Maſſiniſæ res redderent, fœ-uſque cum eo ferirent: decem aillia talentum argenti deſcripta penſionibus æquis in an. 50. ſolve-rent: obſides centum arbitratu Scipionis darent. Livius. Appia-nus, &c. *Stadius.*

c *Steterunt diu mut. adm. defi-xi*] Ut plerumque Virtus etiam ho-ſtibus admirabilis. Vide *Diſſert.* 2. *Ruperti ad Valer. lib.* 2. *cap.* 10. & *Diſſert. Vnic. ad lib.* 8. *cap.* 15. Her-mannides.

d *Conſtat utriuſque confeſſione*] Grave atque authoritatis plenum eſt illud teſtimonium, quod hoſtes perhibent, ait *Iſidorus lib.* 1. *Epiſt.* 228. Vide multa in hunc ſenſum collecta à *Conrad. Rittersh. lib.* 3. *ſacr. Lection. cap.* 13. Ex Rupert. *Idem.*

a *Bellum*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

CAP. VII.

[a] Bellum Macedonicum primum.

[b] POſt Carthaginem vinci neminem p- duit. [c] Sequutæ ſunt ſtatim Africa gentes, Macedonia, Græcia, Syri, cæteraque omnia, [d] quodam quaſi a ſtu

a BEllum Maced.] Philippus Demetrii filius Macedoniæ Rex (qui huic bello nomen fecit Philippicum & Macedonicum) cum Annibale, poſt Cannenſem calamitatem, animo ad Pœnos inclinato, fœdus & ſocietatem belli per legatos contra P. R. ſanxerat. Romani, interceptis legatis & litteris, de hoc fœdere edocti, ut Philippum ab Italia jacerent, in Macedoniam Valer. Lævino prætori imperium mandant: is Apolloniam & Oricum à Macedonibns obſeſſas liberat, Philippumque regem in regnum ſuum retro abire coëgit, ann. DXXXIX. Lævinus deinde cum Ætolis, cum Attalo, Pergameno, Pleurato, & Scerdilaido Illyriorum regibus ſocietatem adverſus Philippum confirmat Cos. declaratus, in Urbem revocatur ann. DXLI. huic ſucceſſor mittitur Sulpicius Galba proconſul, qui adverſus Philippum & Achæos rem bene gerit: quouſque & hujus ſucceſſor P. Sempronius proconſul inter Ætolos eorumque ſocios & Philippum pacem fecit anno DXLIX. Romani autem Africo bello levati, infenſique iterum Philippo, ob infidam cum Æto cæteriſque Græciæ ſociis pacem tum quia nuper auxilia in Africa Annibali Pœniſque ſubmiſerat, Athenienſes de ejuſdem injur conqueſti, calamitate ſua comm ſerationem commoverant, bellu cum Philippo omnes centuriæ ju ſerunt, Sulpitio Galba, & Aur lio Cotta coss. anno DLIII. *Sta*

b *Poſt Carthaginem nemine vinci puduit*] Illud *Tigranis Iuni ris* ad Cn. Pompejum huc pertine *Non eſſe turpe ab eo vinci, neque inhoneſte ſubmitti, quem fortuna ſ pra omnes extuliſſet.* ut habet *Velle Patercul. lib. 2. cap.* 37. Ex Ruper *Hermannides.*

c *Sequutæ ſunt ſtat. Afr. gente* De ſignificatu vocabuli *gentes* vic *Gronovium ad Liv. lib. 5. cap.* 3 Idem.

d *Quodam quaſi æſtu & torren te Fortunæ*] Qui ubi incurrit & in gruit, fruſtra ei ſolus reſiſtes. I quod intelligens ultimus Ægyp Sultanus, *Tomumbejus* noſtris, Turcis *Tomman Bay* dictus apu *Leunclavium lib. 17. Hiſtor. Muſu mann. Mamaluchis* ſive *Zindis* ſu ingerit, ut quando Turcarum Im perato

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

tu, & torrente fortunæ. [e] Sic primi omnium Ma-
:edones, affectator [f] quondam imperii populus.
taque quamvis tunc Philippus regno præſideret,
Romani tamen dimicare ſibi cum rege Alexandro
idebantur. Macedonicum bellum [g] nomine am-
lius, quam ſpectatione gentis fuit. Cauſſa cœpit
[h] fœdere Philippi, quo rex jampridem dominan-
tem

eratori pares eſſe nequeant, ad-
erſarii violentiæ cederent; & in
ræſentia darent operam, ut pacem
o eo conditionibus, quam maxi-
ne tolerabilibus, impetrarent. *Per-
etua*, inquit, *fatalesque rerum hu-
anarum, & imprimis regnorum,
iciſſitudines ſunt. Oſmanidarum
rtuna maximos hactenus Orbis
incipatus, extinctis præpotentibus
egum familiis, ſuas ſub leges rede-
t: & tyrannus hic felicitate ſua
ajorum ſuorum res obſcuraturus,
imperium ſuæ gentis ad ſummum
ulmen quoddam evecturus exiſti-
atur. Serviemus igitur nos tem-
oribus magis propitiis, quando dies
e dabit occaſiones ea damna re-
rciendi, quæ nobis hoc tempore,
on tam vis immenſa Selymis, quam
iti neceſſitas inevitabilis inferre
idetur.* Ex Rup. *Idem.*

e *Sed primi omnium Macedones*]
Ium ex *ſed* ſit faciendum *ſic*, vi-
eamus. ita mihi videtur, adſtipu-
ante veteri ſcriptura, & poſtulan-
: ſententia. duabus enim ante li-
eis ſcribit, Africam ſtatim Mace-
ones ſequutos eſſe. Recte igitur
unc, quaſi repetens, ait, *ſic primi
mnium Macedones*, ſcilicet, cum
uibus bellum, Africa devicta, aut
acata, Romani geſſerint. *Salm.*

f *Quondam*] Retineo, nec o-
tioſum arbitror: immo maxime
ἐνεργεῖ hoc loco, reſpicit ad tem-
pora Philippi & Alexandri Mace-
donis. poſt quos reges nulla impe-
ria inveniuntur affectaſſe, ut qui
multum à viribus & virtute majo-
rum excidiſſent. *Idem.*

g *Nomine amplius, quam exſpe-
ctatione*] Hanc pridem vocem ex-
plodendam judicaveram, ſubſtitu-
ta meliore, quam extare in veteri
editione, indicante magno viro,
cognoveram: nempe, *ſpectatione*:
exſpectatione, ut vulgo legitur,
quid heic ſonat? *ſpectatio* eſt conſi-
deratio, & reſpectus; ut dicat,
amplius illud bellum nomine fuiſ-
ſe, propter nomen & memoriam
olim virtutis Macedonum, quam
conſideratione, & reſpectu ipſius
gentis, quæ illo tempore non mul-
tum laudata erat. *Exſpectare*, pro
ſpectare, ſcriptum, millies in vete-
ribus libris animadverti. *Idem.*

h *Fœdere Philippi*] Fœderis &
ſocietatis iſtius leges ita Livius lib.
43. recitat: *Philippus ducentarum
navium claſſe in Italiam trajiceret,
vaſtaret oram maritimam, bellum
pro parte ſua terra marique gereret:
ubi debellatum eſſet, Italia omnis,
cum ipſa urbe Roma, Carthaginen-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

tem in Italia Annibalem ſibi ſociaverat: poſtea cr vit, implorantibus Athenis auxilium contra reg injurias, quum ille [i] ultra jus victoriæ in templa, ras, & ſepulcra ipſa ſæviret. Placuit ſenatui ope tantis ferre ſupplicibus. Quippe jam gentium r ges, duces, populi, nationes, præſidia ſibi ab ha urbe petebant. Primo igitur, [k] Lævino conſule, p pulus Romanus Ionium mare ingreſſus, tota Gra ciæ littora veluti triumphanti claſſe peragravit. Sp lia quippe Siciliæ, Sardiniæ, Hiſpaniæ, [l] Africæ pra ferebat, & manifeſtam victoriam nata [m] in præt ria puppe laurus pollicebatur. Aderat ſponte in au xiliur

ſium atque Annibalis eſſet, prædaque omnis Annibali cederet: perdomita Italia navigarent in Græciam, bellumque cum quibus regibus placeret, gererent: quæ civitates continentis, quæ inſulæ ad Macedoniam vergunt, ea Philippi regnique ejus eſſent. Stadius.

i *Vltra jus victor. in temp. ar. & ſepulcra ſæviret*] *Athenienſium* illorum legati ad Ætolos apud *Liv. lib.*31. *cap.*30. *Eſſe quædam belli jura quæ ut facere; ita pati ſit fas: ſata exuri, dirui tecta, prædas hominum pecorumque agi, miſera magis, quam indigna patienti eſſe.* Hermannides.

k *Lævino conſule*] Valerio Lævino Prætori contra Philippum in Græciam imperium mandatum eſſe, Conſuli nunquam, ex Livio & cæteris conſtat: niſi pro *Lævino*, *Sulpicio conſule* ſcribas, ἀνιστορησία erit: ille enim cum Philippo bis, ſed tumultuariis pugnis, congreſſus eſt, cæteraque quæ hic referuntur, geſſit: & in ejuſdem prætori navis puppe lauream natam ſcrib Livius lib. 41. *Stadius.*

l *Africæ*] Annibal tamen adhu in Italia erat, Africa nondum ſp liata, & debellata, quum Lævin illa gerebat. *Vinetus.*

m *In præt. puppe laurus*] T. L vius paullo aliter refert 32. Præt riam puppem non intellige q prætor vehitur; ſed eam quam h die vocant Admiralem, hoc eſt qua dux vehitur, quiſquis ille ſit, quemcunque magiſtratum gera ut *prætorium* dicitur tabernaculu ducis, quod de regum etiam tabe naculis dicunt Curt. 5. 2. & Juſti 2. 11. Sic poſtea ſub imperatoribu *prætoriani milites* & *præfecti prætor* dicti: magis propendeo, ut pr nunciem ſcribendum, *prætoriæ* (ſc licet navis) *puppe.* ut non modo n vis, ſed & locus ejus annotetur; vero in puppi navis enatam lauru etiam Livius prodit. Laurum a tem victoriæ gloriæque omen fui

ſe

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

xilium Attalus rex Pergamenorum: aderant Rhodii, nauticus populus; qui navibus à mari, conſul à terris, omnia equis viriſque quatiebat. Bis victus rex, bis fugatus, bis exutus caſtris: quum tamen n nihil terribilius Macedonibus fuit ipſo vulnerum aſpectu: quæ non ſpiculis, non ſagittis, nec ullo o Græculo ferro, ſed ingentibus pilis, nec minoribus adacta gladiis, ultra mortem patebant. Enimvero Flaminio duce invios antea p Chaonum montes,

e, quis ignorat? quale etiam Cæſari obtigit. *Trallibus in templo victoriæ ſub Cæſaris ſtatua palma enata*, ut referunt Dio lib. 41. pag. 205. *Freinshemius.*

n *Nihil terr. Mac. f. ipſo vulnerum aſpectu*] Fortiores quondam apud *Tacit.* fæminæ *lib. de Morib. Germ. cap.* 7. *Ad Matres, ad conjuges vulnera ferunt, nec illæ numerare, aut exſugere pavent.* Ex Rup. *Hermannides.*

o *Græculo ferro*] Græci levioribus & brevioribus utebantur armis & telis: contra Macedones vaſtis clypeis & longis ſariſſis. Inde *Græculum ferrum* dicit, per contumeliam; nam & Græcos *Græculos*, ignominioſe vocabant. *Salmaſius.* Pilum telum miſſile eſt, quod longitudine trium pedum, craſſitudine digitali lignum habebat, ferro armatum dodrantali, eouſque ſenſim attenuato & acuminato, ut prima ſtatim offenſione neceſſario flecteretur: aliqui emiſſum ſemel ab hoſtibus remitti poſſet, anceps utriſque telum futurum, γρόσφον autem ſive pilum armatum fuiſſe ferro dodrantali, quadriſulco, & à medio in cuſpidem deſinente, Polybius lib. 6. teſtatur, & veteres picturæ, itidem Livius lib. 31. Fuitque hoc telum velitibus proprium. Erat & aliud pili genus, quod quidam Verutum vocant, cujus haſtile longum pedes fere quatuor Peminis, ejuſdem longitudinis ſpiculum ex ferro erat utrimque hamatum, eſtque haſtile illius vel teres, vel quadrilaterum; iſtud latus unum palmi latitudine, illud teres diametrum palmi craſſitudine habebat: hoc telum haſtatis & Principibus aſcribit Polybius, ut haſtam triariis. *Stadius.*

p *Chaonum*] Chaonia Epiri regio eſt, quæ à meridie Cerauniis montibus clauditur, cujus populi poſtea Moloſſi dicti ſunt: ab occaſu Ionio mari, ab ortu Pindo monte, amne & urbe clauditur, à ſeptentrione Macedonia, à meridie Cerauniis montibus, & Theſprotiis populis. *Idem.* Egregie nomen hujus amnis reſtitutum ab optimo & doctiſſimo Vineto, cum prius in omnibus editis corruptum haberetur. *Aum* vetus lectio in optimo Nazariano, poſtea facili mutatio-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

tes, Aoumque amnem per abrupta vadentem, i
eſt, ipſa Macedoniæ clauſtra penetravimus. Intr
iſſe victoria fuit: nam nunquam poſtea auſus co
gredi rex, ad tumulos, quos q Cynoſcephalas v
cant, uno, ac ne hoc quidem juſto prœlio, oppr
mitur. Et illi quidem conſul pacem dedit, r
gnumque conceſſit: mox, ne quid eſſet hoſtile
Thebas, & r Eubœam, & graſſantem ſub ſ Nab
de ſuo Lacedæmona compeſcuit. Græciæ vero v
terei

ne *a* in *d* mutavit: ex eo alter Palatinus *dum amnem* exhibet. ex quo poſtea *indum*, & *pindum*, & alia quæ neſcio, fecere correctores. Jordanes *ſavum* in editis; in ſcriptis *ſaum:* ſed male *ſ* adhæſit ex præcedentis vocis ultima ſyllaba. Ἀῶος etiam fluvius Cypri, & mons Aous apud Iſidorum. perperam, ſi recte memini, ſcriptum eſt *Alous*, aut alio modo etiam corruptius. *Salmaſius.*

q *Cynoſcephalas*] Cynoſcephali, quæ nomen hoc à figura canini capitis invenerunt, impedita ſunt multorum tumulorum juga æquali ſpatio diſtantia, teſte Plut. in Flaminino, juxta Scotuſſam Pelaſgiæ regionis in Theſſalia urbem. Polybius lib. 17. & Livius 43. *Stadius.* Scribendum contendo, *Cynoſcephalas:* Græce enim, κυνὸς κεφαλαὶ illi tumuli vocantur. Stephanus meus, κυνὸς κεφαλαὶ λόφος τῆς Θεσσαλίας. erat & locus Thebis hoc nomine, unde quidam illum Lyrices Principem ortum volunt. Stephanus, ἦν δὲ καὶ χωρίον Θηβῶν ἀφ' οὗ Πίνδαρος Δαϊφάντου παῖς Βοιώτιος ἐκ κυνὸς κεφαλῶν μελῶν ποιητής. quem locum vir doctiſſimus & diligentiſſimus, Lilius Giraldus, vita Pindari vertens, malè ſcribi *vicum Cynocephalorum.* non eni κυνοκέφαλοι, ſed κυνὸς κεφαλαὶ, cus ille appellabatur. debuit igit dicere, *vico Cynoſcephalis.* quina populi ſint, qui dicuntur κυνοκέφαλοι, notiſſimum eſt: quos ita d ſcribit Apollonius his verſibus, q quia corruptiſſimi vulgò leguntu ut emendari debent, obiter pona

Ἡμικύνων τ' ἐνόησα γένος περι
ώσιον ἀνδρῶν
Τοῖς ὤμων καθύπερθεν ἐϋστεφέων κ
νιος κρὰς
Τέτραφε γαμφηλῇσι πελωρ
εοσιν ἐρυμνός,
Τῶν μέν θ' ὥστε κυνῶν ὑλακὴ πέ
οὐδέ τι τοίγε
Ἄλλων ἀγνώσσουσι βροτῶν ὀνομ
κλυτὸν αὐδήν.

Elegantiſſimi hi verſus, nec ſa ſcio, ex quo Apollonii opere ſu pti ſint; nunc ad ordinem rede *Salmaſius.*

r *Eubœam*] Eubœa eſt ma Ægæi inſula, quæ Euripo, mari requieto, æſtuoſoque à Bœotia rimitur. *Stadius.*

ſ *Nabide*] Nabis tyrannus Sp tanoru

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

erem ſtatum reddidit, ut legibus viveret ſuis, & vita libertate frueretur. Quæ gaudia, quæ vociterationes fuerunt, quum, hoc forte [t] Nemeæ in heatro quinquennalibus ludis à præcone caneretur? quo certavere plauſu? [u] quid florum in conilem profuderunt? Et [x] iterum iterumque præconem

norum ſocietate Philippi regis djutus, Argos occupaverat, præſioque tenebat: hoc, ut Quinctius laminius inde detraheret, Argoſue liberaret, in Laconiam movit: aque tyrannum ab alienis tutans, dum domi periclitaretur, avert. Gythæo enim deditione capto, oëgit Nabim ad leges pacis & Ars cedere, & Lacedæmonia ipſi recta contentum eſſe. *Idem.*

t *Nemeæ*] Silva, locus, urbs, ludi. uatuor Græciæ certamina ſacra ierunt, quod illi ἀγῶνας dictitaant: *Nemea, Pythia, Iſthmia, Olympia.* Quod ergo auctor hic dicit faum in Nemeis, Liv. 33. 18. & 34.). & Plut. Flaminino c. 17. id diint factum in Iſthmiis primum, einde in Nemeis, & magis etiam Iſthmiis. *Vinetus.*

u *Quid florum in conſulem proderunt?*] Vide omnino Polyb. exrpt. leg. 9. 5. & Appian. Hoc aum fieri ſolitum honoris atque bevolentiæ cauſa, *diis, hominibuſve* bene meritis. *Diis* ut apud Catolinum M. Antonino c. 4. *coroas omnibus in pulvinar ex more cientibus hominibus*, aut *vivis & identibus*, ut hoc loco: & apud auſan. Meſſen. *Ariſtomenem Anniam reverſum, acceperunt maons, tænias in eum quacunque incederet, & ut anni ferebat tempeſtivitas, flores & fructus jacientes.* Sic apud Herodian. 4. 15. Alexandrini *florum ſparſionibus imperatorem* (Caracallum) *honorabant.* aut *mortuis*, idque *in feretro*, dum efferrentur, ut apud Plinium 21. 3. cujus locum aliquanto meliorem, quam accepi, reddam: *Florum quidem Pop. Rom. honorem Scipioni tantum habuit. Serapio cognominabatur, propter ſimilitudinem ſuarii cujuſdam negotiatoris. Obierat in Tribunatu plebei admodum gratus, dignuſque Africanorum familia. Nec erat in bonis funeris impenſa. Aſſes ergo contulit populus, ac funus elocavit, quaque proferebatur, flores è proſpectu omni ſparſit.* vel *in ſepulcris* quem ritum indicant plurimi omnium fere Poëtarum loci. quomodo & Auguſtus *corpus Alexandri floribus aſperſis veneratus eſt.* Sueton. Aug. 18. 1. Sed iſta luculenter explicat Kirchmannus de funeribus Romanorum. Denique etiam *imagines* floribus ſparſas legimus apud Tacitum 14. 61. 1. & H. 1. 55. *Freinshemius.*

x *Iterum iterumque*] Populus Romanus ut cum Annibale pro Saguntinis, ita cum Philippo pro Atheniensibus bellum geſſit. Philippo devicto libertas Græciæ nec opi-

Q 3 nanti

conem repetere illam vocem jubebant, qua lib- tas Achajæ pronunciabatur : nec aliter illa con- lari ſententia, quam modulatiſſimo aliquo tibiarum aut fidium cantu, fruebantur.

CAP. VIII.

[a] Bellum Syriacum regis Antiochi.

MAcedoniam ſtatim, & regem Philippum Antiochus excepit, quadam quaſi in- duſtria, ſic adgubernante fortuna, ut quemadmodum ab Africa in Europam, ſic ab Europa in Aſiam, [b] ultro ſe ſuggerentibus cauſſis, imperium procederet, & cum terrarum

nanti data eſt. Pacis Philippo datæ leges fuerunt: ut Macedoniæ regno contentus Græcia tota cederet: talenta mille penderet: naves niſi x. haberet: Demetrium filium obſidem daret, ut Nabis Armenem, cujus victoriæ cauſa T. Quinctius Flamininus pro conſ. per triduum triumphavit anno DLIX. obſidesque duxit ante currum, duos, alterum regis, alterum tyranni. *dius.*

[a] B*Ellum Syr. regis Ant.*] Antiochus Syriæ rex Seleuci Callinici filius, ob devictas aliquot Syriæ gentes, cognomento magnus, Thoantis Ætolorum legati adulatione & promiſſorum vanorum elatione. Nabidis Lacedæmoniorum tyranni ſocietate Annibalis terrore Romanos debellaturus, in Europam bellum movebat, Chalcidem Eubœæ profectus, & ibidem amore virginis, hoſpitis ſuæ filiæ captus nuptias celebrat, ſe ſuoſque laſcivia eademque luxuria enervat: oblitus quantas ſimul res duas ſuſcepiſſet, bellum ſcilicet cum Ro- manis & Græciam liberandam. Thermopylis, quas inſederat, ſolum natura loci tutis, ſed & præ- ſidio & muro obſeptis, Acilii brionis cos. virtute deturbatus profligatur, Epheſumque in A- ab Europa expellitur. L. Cor. Sci- pio cos. cui legatus ibat frater A- fricanus in Aſiam profectus, An- chum fratre abſente, qui Ele- grotabat, Eumene Pergami adjuvante, cum arcus hoſtium mentaque pluvia eſſent laxata, Sibylum montem ad Magneſiam

›is ſitu, ipſe ordo victoriarum navigaret. [c] Non aliud formidoloſius fama bellum fuit: quippe quum Perſas, & orientem, [d] Xerxem, atque [e] Darium cogita-

ie vicit, ac bellum confecit, & ipſe b Aſia devicta Aſiaticus in triumho dictus eſt. *Stadius.*

b *Vltro ſe ſuggerentibus cauſſis*] Hoc etiam felicitatis magnæ eſt, cquirere regna aliena juſto titulo, & abſque noſtra invidia. Eadem ententia ſupra. 2. 2. *Sed ecce, ceu ultro ipſis viam pandentibus fatis, nec occaſio defuit.* Senſerunt hoc Romani, quantum intereſſet famæ, & per hanc potentiæ, iniqua bella non gerere. Quapropter etiam quos inviſiſſimos habebant, bello non petebant, niſi cauſſa oblata. Claret hoc loco Iuſtini 30. 3. *Graa legatio* (Alexandrinorum de Philippo querentium) *Romana fuit, auſam belli adverſus Philippum uærentibus.* Freinshemius.

c *Non aliud formidoloſius fama bellum*] De hujus belli formidine Cic. *pro Mur.* Verè Alexander apud *Curtium lib.* 4. *cap.* 2. *Nunquam ad liquidum fama perducitur: omnia llâ tradente majora ſunt vero. Noſtra quoque gloria, cum ſit ex ſolido, lus tamen habet nominis, quàm peris.* Imprimis id genus rumores ab otioſis, quod patet è loco *Taciti lib.* 14. *Annal. cap.* 58. & *Curt. lib.* 6. *cap.* 2. Hermannides.

d *Xerxem*] Xerxes Darii Hyſtaſpis filius, patre in apparatu belli moriente, intra quadriennium conſcribit, ut in Græciam moveret, exercitum numero & fide majorem: quinquagies enim & bis centena octoginta tria millia militum cenſa fuiſſe Herodotus libro ſeptimo teſtatur: auget relationem, quod flumina ipſis prandentibus epota, quod mare ſex millium omnis generis navium claſſe quaſi conſtratum, & à ſuperbo rege tanquam à Neptuno ſuo flagris, quia tumultuoſius turbaretur, cæſum, Aſiam Europæ ponte ad Helleſpontum fuiſſe conjunctam, Athon montem perfoſſum, ut compendioſius per ipſum navigaretur, Græci ſcriptores in ſua ſcripta retulerint: tantas copias remorata eſt exigua Spartanorum manus ad Thermopylas, duce Leonida, claſſis ad Salaminem inſulam devicta & depreſſa, conſilio & prudentia Themiſtoclis, ita ut rex tam elati animi, mox, ut perditis rebus, una ſcapha ac trepide per Helleſpontum elapſus in Aſiam fugerit. Mardonius Xerxis Imperator, ad edomandam & male multandam Græciam, cum exercitu relictus, juxta Plateas Bœotiæ à Pauſania & Ariſtide acie fuſus eſt, & terror ille Perſarum è Græcia propulſus. Xerxes ob adverſum prœlium & totidem clades contemptior, domi ab Artabano avunculo occiditur. Diodor. l. XI. numerum militum modeſtius ad octies centena millia contrahit. itidem in Panathen. Iſocr. ad ſepties centena millia. Moviſſe in Græciam Xerxem, Sp. Caſſio II. & Proclo Virginio Coſſ. Diodor. lib. XI. ſcribit,

cogitarent, quando perfoſſi invii montes, quand
velis opertum mare nunciaretur: ad hoc cæleſt
minæ territabant, f quum humore continuo Cu
manu

fuit is an. U. C. CCLXVII. ſed Dionyſ. lib. 9. Kæſ. Fabio, & Sp. Furio coſſ. anno CCLXXII. *Stadius.*

e *Darium*] Darius Hyſtaſpis filius, qui hinnitus equini prærogativa rex Perſarum deſignatus & inauguratus erat, (quem temporis & rerum geſtarum comparationem ſecuti, Aſſuerum, cui Eſther, ut in Bibliis eſt, nubit, multi opinantur) expeditionem decem millium in Græcos miſit, Sardeis incendio ab ipſis devaſtatas ulturus, Date & Atapherne ducibus, qui collatis cum Miltiade & x. millibus Athenienſium, & mille Platæenſium, ſignis, ab iiſdem in campis Marathonis nobili ad omnem poſteritatē prœlio victi ſunt, 63000. Perſarum cæſa, reliqui fugati. Athenienſibus parvo impendio ingens victoria parta eſt, 192. tantum in acie deſiderati ſunt. *Idem.*

f *Quum humore continuo Cumanus Apollo ſudaret*] Quod hic ſcribit Florus, lege apud Divum Auguſt. Civit. 3. 11. Cicero autem de divin. lib. 2. docet hujus rei cauſam: ſed locum aſſignaſſe ſufficiat. Advertendum ſimile prodigium ſæpe viſum, ut ibidem Auguſt. annotat. Lege Euſebium in præparat. Euangelica. *Camers.* Meminit hujus prodigii Cicero de divin. 1. 43. Aliis etiam temporibus ſudaſſe ſimulacra annotatum eſt, ut ejuſdem *Apollinis* bello ſociali. Obſequens cap. 114. *Antonii* Albæ ante bellum Actiacum, per multos dies, n cum abſtergeretur ſudore ceſſant Plut. Anton. cap. 78. *Calypſus, ſi alterius cujuſdam heroinæ* Cum bello Auguſti cum Sex. Pompejo Dio lib. 48. prope à fine. *Dei cu juſdam Siculi*; Adrian. ſub adven tum Timoleontis: Plutarch. Timo cap. 17. *Deorum aut heroum qu rumcunque*, ante Marſicum, Siſen na ſecundo Hiſt. *Alexandri*, The bis, ſub adventum ejuſdem: Dio 17. 10. *Averni:* Philargyrus ad Virg Georg. 2. 162. *Eliſæ* Carthagine: Si lius 1. 98. *Herculis* Lacedæmone ante Leuctricam calamitatem: Ci cer. de divin. 1. 34. *Martis* Romæ irrumpente Italiam Pœno: Liviu 22. 1. iterum C. Antonio Coſ. Ob ſequens cap. 122. *Mercurii* Arretii C. Valerio, M. Herennio Coſſ. iden Obſequens cap. 111. *Orphei* apu Libethra Plutarch. Alexandro cap 23. *Victoriæ* Capuæ: Cicer. de divin 1. 43. *Adferunt præterea, ſæpe ſimulacra ſudaſſe, aliquando gemitus edi diſſe, viſaque etiam advertiſſe, & nictata eſſe.* Plut. Camillo cap. 10 Sic apud noſtratia ſimulacra ant duo tria ſecula adeo hæc omnia i conſuetudinem verterant, ut prope ſæpius quam homines flerent, riderent, loquerentur etiam & ambularent, aliaque peragerent opera quæ noſtri homines vix credere poſſunt. Idem Apollo Cumanus etiam lacrumaſſe legitur apud Livium 43. 13. idque triduum ac tres noctes.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

manus Apollo ſudaret. Sed hic faventis g Aſiæ ſuæ numinis timor erat. Nec ſane viris, opibus, armis, quicquam copioſius Syria: ſed h in manus tam ignavi regis inciderat, ut nihil fuerit in Antiocho ſpecioſius, quam quod à Romanis victus eſt. Impulere regem in id bellum, illinc Thoas Ætoliæ princeps, i inhonoratam apud Romanos querens adverſus Macedones militiæ ſuæ ſocietatem; hinc k Annibal,

noctes. *Freinshemius.* Sic apud *Nicetam Choriatem* Lib. 2. de *Imperio Andronici Comneri*, legitur imaginem *S. Pauli* Apoſtoli, antiquæ manus opus, quam Andronicus auro exornatam in Sanctorum quadraginta æde repoſuerat, imminente ei tyranno exitio, *lacrymaſſe*. Hermannides.

g *Aſiæ ſuæ*] Quid ſibi velit hic Florus, intelligas ex Obſequente cap. 87. *Apollinis ſimulacrum lacrumavit per quatriduum: vates portenderunt, Græciæ fore exitium, unde deductum eſſet.*

h *In manus tam ign. Reg. inciderat*] Similis fere locus *Taciti lib* 2. *Hiſt. cap.* 89. *Et militum phaleræ torqueſque ſplendebant: decora facies, & non Vitellio principe dignus exercitus.* Hermannides.

i *Inhonoratam ap. Rom. querens adv. Maced. milit. ſuæ ſocietatem*] Tangit ulcus in animo Thoantis, ex quo, ſi credimus *Senecæ*, pernicioſiſſimæ iræ naſcuntur. *lib.* 3. *de Ira cap.* 30. inter alia, *Tanta*, inquit, *importunitas hominum eſt, ut quamvis multum acceperint, injuriæ loco ſit, plus recipere potuiſſe.* Idem.

k *Annibal*] Annibal cum populo Carthaginienſi conſul ſive Suſes (ita enim illi ſummum magiſtratum vocant) creatus eſſet, multosque judices peculatus argueret, ut qui vectigalia civium oneribus levandis imperata, in ſuos uſus converterent, ab optimatum factione, ut ſe ulciſcerentur, Annibali Romæ ſuſpicio creatur: ut qui in pace res novas, & cum Antiocho ſecreta belli conſilia contra Romanos moliretur. Odiis itaque Romanorum, civiumque ſuorum factionibus & accuſationibus tempeſtive cedendum eſſe ſentiens Annibal, in Aſiam ad Antiochum, qui Epheſi erat, navigat: à quo benigne exceptus & in honore habitus eſt, quouſque iterum magna Annibalis cum populi Rom. legatis familiaritas, qui id ſtudio agebant, novam de ſe male ſuſpicandi Antiocho ejuſque purpuratis occaſionem præberet: ſed eam regis à ſe alienationem purgatione libera amovit, dum ſibi cum Romanis odium ut eſſet perpetuum ab anno ætatis nono fuiſſe jurejurando à patre adactum aſſeverat, Annibalis autem de hoc bello conſilium,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

nibal, qui in Africa victus, profugus, & pacis in-
patiens, hoſtem populo Romano toto orbe qu
rebat. Et quod illud fuiſſet periculum, [l] ſi ſe co
ſiliis ejus rex tradidiſſet, id eſt, ſi Aſiæ viribus u
fuiſſet miſer Annibal? Sed rex ſuis opibus, & n
mine regio fretus, [m] ſatis habuit bellum mover
Europa jam dubio procul jure ad Romanos per
nebat: hic [n] Lyſimachiam urbem, in littore Thr
cio poſitam à majoribus ſuis, Antiochus ut hær
ditario jure repoſcebat: hoc velut ſidere, Aſiati
belli mota tempeſtas. Et maximus regum conte
tus fortiter indixiſſe bellum, quum ingenti ſtrep
tu ac tumultu moviſſet ex Aſia, occupatis ſtati
inſulis, Græciæque littoribus, otia & luxus ta
quam victor agitabat. Eubœam inſulam [o] cont
nen

cum hoc quoque criminationibus purpuratorum corrumpitur: quod Antiocho ſi in Italiam moviſſet, ubi fragiles erant Romani, forſan glorioſum fuiſſet; verſum eſt ob regis molliciem & ducum ſuorum imperitiam in clades & calamitates. Antiochus bello fractus pacem petit: quare Annibal dum ſe à Rom. poſci intelligit, ad Pruſiam Bythiniȩ regem fuga elabitur, à quo ipſe poſcentibus Romanis T. Flaminino proditus, venenum hauſit, ut liberaret diuturna cura Pop. Romanum, cui grave erat expectare mortem ſenis: mortuus eſt Libyſæ in Bythynia anno ætatis ſuæ quinquageſimo nono, an. U. C. DLXV. quo anno & Scipio Africanus Literni quoque in exſilio obiiſſe putatur. *Stadius.*

l *Si ſe conſiliis ejus Rex tradid*
ſet] Quid impediit? Aſſiduo coll
quio *Annibalem* ſuſpectum inv
ſumque *Antiocho* reddiderant l
gati Romani, ut præter alios ſc
bit *Iuſtin. lib.* 31. *cap.* 4. Herman

m *Satis habuit bellum mover*
Contra peritiſſimorum Ducum f
cta, & ſapientiſſimorum Doct
rum præcepta. *Idem.*

n *Lyſimachiam*] Lyſimachia
LyſimachoMacedoniæ rege cond
ta eſt in Iſthmo Cherſoneſi Thr
ciæ XXX. fere annis ante adventu
Pyrrhi in Italiam: eam cum po
Lyſimachi mortem Thraces del
viſſent, Antiochus iterum inſtau
rat, coloniſque donat, oportuna
maritima urbe uſurus ceu horre
in belli, quod cum Romanis deſt
nabat, apparatibus. *Stadius.*

o *Cont*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

ıenti adhærentem tenui freto, reciprocantibus aquis Euripus abſcidit. p Hic ille poſitis aureis ſeri-:iſque tentoriis, ſub ipſo freti murmure, quum in-er fluenta tibiis fidibusque concineret, collatis un-lique, quamvis per hiemem, roſis, ne non aliquo lucem genere agere videretur, virginum puero-umque delectus habebat. Talem ergo regem jam ſua luxuria debellatum, populus Romanus Acilio Glabrione conſule, in inſula aggreſſus, ipſo ſtatim adventus ſui nuncio coëgit ab inſula fugere. Tum præcipitem apud Thermopylas aſſequutus, locum trecentorum Laconum ſpecioſa cæde memorandum, ne ibi quidem fiducia loci reſiſtentem, mari ac terra coëgit. Statim & è veſtigio itur in Syriam. Claſſis regia q Polyxenidæ Annibalique commiſſa. nam rex prœlium nec ſpectare poterat. Igitur duce Æmilio Regillo, adremigantibus Rhodiis, tota laceratur. Ne ſibi placeant Athenæ; in Antiocho, vicimus Xerxem; in Æmilio Themiſtoclem æquavimus; Epheſiis Salamina penſavimus. Tum conſule Scipione, cui frater, ille modo victor Carthaginis

o *Continenti adhærentem &c. Euripus abſcidit*] Inde Plinius 4.12. *Eubœa & ipſa avulſa Bœotiæ, tam modico interfluente Euripo, ut ponte jungatur.* Talis Sicilia de qua multa Juſtinus lib. 4. *Freinshemius.*

p *Hic ille poſitis aureis ſericisque tentoriis*] Id genus bellator fuit *Antonius Triumvir*, qui bello inter ſeſe & *Octavium Cæſarem* recrudeſcente, tum maxime, cum *Cleopatra* ſua ſe interim *in Samum* inſulam abdidit, eoque quidquid erat hiſtrionum bidionumq; contracto, turpiſſime genio indulſit; adeo ut cum univerſis pœne circumcirca lamentis & gemitibus creparet orbis, una illa per multos dies cantu & tibiis perſonuerit inſula. *Hermannides.*

q *Polyxenidæ*] Polyxenidas exſul Rhodius erat, claſſis Regiæ præfectus, qui ab Aimilio Regillo prætore ad Mioneſum Ionium promontorium navali prœlio victus eſt, tredecim navibus captis, XXVIII.

aut

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

ginis Africanus, [r] voluntaria legatione aderat, d… bellari regem placet: & jam toto ceſſerat mari: ſe… nos imus ulterius. [ſ] Mæandrum ad amnem, mo… temque Sipylum, caſtra ponuntur. Hic rex, i… credibile dictu! quibus auxiliis, quibus copiis co… ſederat: trecenta millia peditum; [t] equitum, fa… catorumque curuum non minor numerus. El… phantis ad hoc immenſæ magnitudinis, auro, pu… pura, argento, & ſuo ebore fulgentibus, aciem u… trinqu…

aut incenſis, aut depreſſis. Regillus poſt navalem victoriam Epheſum, quo ſe Regia claſſis ſubduxerat, profectus, directis ante portum navibus, confeſſionem conceſſi maris ultimam hoſti expreſſit. Sunt qui Annibalem quoque ei prœlio interfuiſſe referant, ab iis Appianus in Syriacis diſſentit. *Stadius.*

r *Voluntaria legatione*] Amore fratris, utque ei provincia iſta extra ſortem daretur, ut refert Livius 37. 1. imitatus hac in re Fabium Maximum, Gurgitis patrem, qui eodem modo obtinuit, ne filius, qui male adverſus Samnites pugnaverat, ab exercitu removeretur, apud Epitomatorem Livii libro 11. *Freinshemius.*

ſ *Mæandrum*] Mæander Cariæ fluvius, multis adeo flexibus ſinuoſus, ut tortuoſa & involuta Mæandros à ſimilitudine vocemus. Hic campis, per quos labitur, Mæandri nomen fecit: in iis eſt mons Sipylus, qui à meridie Magneſiam habet diſtantem ab Epheſo in ortum XVI. M. paſſuum, teſte Plinio. *Stadius.* Apud *Livium*, unde noſter hæc ſumpſit, *l.* 37. *c.* 37. extat, *Antiochum* Regem circa *Magneſian…* quæ ad *Sipylum* eſt, poſuiſſe caſtr… Duæ autem ſunt *Magneſiæ*, una M… γνησία ἐπὶ Μαιάνδρου; altera Μαγν… σία ὑπὸ Σιπύλῳ, ut docet *Scal. An…madverſ. in Euſeb. num.* 961. No… ſter igitur hoc loco *Magneſiam* i… lam, quæ ad Sipylum, male con… fundit cum illa altera, quæ Mæan… dro adſita, de qua *Strabo lib.* 1… *Geograph.* Prima ab Epheſo, in… quit, eſt *Magneſia* Æolica Urbs… quæ *ad Mæandrum* cognoment… dicitur. Vicina eſt enim *Mæandro…* ſed vicinior ubi *Lethæus* fluvius, qu… è Pictyâ, Epheſiorum monte ortu… in *Mæandrum* influit. At de alter… *Magneſia*, idem *lib.* 13. ubi de Æo… licis quibuſdam urbibus verba fa… cit: *Non procul*, inquit, ab his urbi… bus *Magneſia* abeſt, quæ *ſub Sipyl…* dicitur, à Romanis libera judicata… *Virdungus.* Ex Rup. *Hermann.*

t *Equitum, falcatorumque curuum non minor numerus*] Cave intelligas iſta verba, *non minor numerus*, juxta proportionem, ut loquitur, Arithmeticam: quæ enim hæc abſurditas? ſed ut ita capias, non minorem equitum curruumque

vim

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

rinque vallaverat. [u] Sed hæc omnia præpedita magnitudine ſua; ad hoc imbre, qui ſubito ſuperfuſus, mira felicitate Perſicos arcus corruperat: primum trepidatio, mox fuga, dehinc triumphus fuerunt. Victo & ſupplici [x] pacem atque partem regni dari placuit, [y] eo libentius, quod tam facile ceſſiſſet.

CAP.

im adfuiſſe, quam multitudo pedeſtrium copiarum requireret. *Freinshemius.*

u *Sed hæc omnia præpedita magnitudine ſua*] Scilicet omnibus in rebus ſuus eſſe debet modus. Et bene Tiberius exercitum ſuum, *cum tum majorem, quam ut temperari poſſit, neque habilem gubernaculis cerneret, dimittere ſtatuit*, ut loquitur Vellej. 2. 113. Sed & legimus Panegyrico dicto Conſtantino Conſtantii filio, cap. 5. *Magnus Alexander, cum præter Macedonas ſuos, cuncta Græcia, univerſo Illyrico innumerabilem dilectum poſſet indicere; nunquam majores quadraginta millium copias duxit: inhabile regendi ratus, quicquid excederet, & turbam potius quam exercitum.* Gruterus.

x *Pacem*] Pacis leges Antiocho ita datæ fuerunt, ut Europa abſtineret, Aſiaque omni, quæ cis Taurum montem eſt, decederet, pro impenſis in bellum factis XV. M. talentorum Euboicorum daret, mille talentum per XII. annos penderet. *Stadius.*

y *Eo libentius quod tam facile ceſſiſſet*] Plerumque mitior victoria, ubi minor victi hoſtis pertinacia. Unde Otho apud *Tacit. lib. 2. Hiſt. cap. 28. Irent propere, neu remorando iram Victoris aſperarent.* Hermannides.

a Ætoli-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

CAP. IX.

Bellum [a] Ætolicum.

[b] SYriaco bello ſucceſſit, [c] ut debeba
Ætolicum. Victo quippe Antioch
Romanus [d] faces Aſiatici belli perſ
quebatur. Ergo Fulvio Nobiliori ma
data ultio eſt. Hic protinus caput gentis Ambr
ciam, regiam Pyrrhi, machinis quatit. Sequu
deditio eſt. Aderant Ætolorum precibus Attic
Rhodii: & memineramus [e] auxilii. [f] ſic placuit i
noſcere. Serpſit tamen latius in proximos bellu
omni

a *ÆTolicum*] Ætoli cum populo Romano arma ſociaverant bello Philippico, atque cum ibi parum honoratam militiam ſuam fuiſſe accuſarent, ad Antiochum deficiunt, quem, miſſo Thoante, multis promiſſis, fœdereque percuſſo, ad bellum ſollicitaverunt: ſed Antiocho victo & ipſi à Romanis perdomiti, coacti ſunt imperata facere, M. Fulvio Nobiliore conſule. Ætolia Græciæ pars, à ſeptentrione Corace monte, à meridie Ionio ſinu, ab ortu Locris Ozolis, ab occaſu Acheloo fluvio diſtinguitur. *Stadius.*

b *Syriaco bello*] Non temere reperi ullum veterem codicem, in quo non frequentius *Syriaticum*, quam *Syriacum* ſcriptum occurreret. Ita ſcribi in Solini vetuſtis exemplaribus, ita in Iſidori, ita denique in Flori libris ſemper viſus ſum animadvertere. Ut hoc loco, *Syriatico bello*, non *Syriaco*, legeb
tur. Ἐθνικὸν τοῦ σύρος, σύελος, σ
ελάτης. Inde συελατικός. Nec h
rum tamen mentio in ἐθνικῶν Scr
ptore, apud quem θεοῦ διδόντος, πε
τοῖς τῶν ἐθνικῶν ἤτοι τοπικῶν τύπ
multis diſputabimus. Sic *Aſiatic*
dicitur, ut *Syriaticus*. Salmaſius.

c *Vt debebat*] *Et debebat*, vet
res quidam, non male. *Idem.*

d *Faces*] i. Auctores.

e *Auxilii*] Contra Philippu
præſtiti, cui tantum tribuit Anniba
apud Livium 36. 7. ut ei victorian
Romanorum imputet. Sed & Ju
lianus de Cæſaribus extollit Æto
los, eoſque *non ſine ingenti diſcri*
mine victos à Romanis aſſerit
Freinshemius.

f *Sic placuit ignoſcere*] Sapiente
decet viros beneficiorum potius
quam injuriarum meminiſſe. *Seneca Epiſt.* 81. *Sapiens nec offenſæ potius, quam beneficii meminit. Quantum*

mnisque late g Cephalenia, Zazynthos: & quicuid inſularum in eo mari inter Ceraunios montes jugumque Maleum, Ætolici belli acceſſio fuerunt.

CAP. X.

Bellum Hiſtricum.

HIſtri ſequuntur Ætolos: quippe bellantes eos nuper adjuverant: & b initia pugnæ proſpera hoſti fuerunt, eademque exitii cauſſa. Nam quum Cnæi Man-

m poteſt in priore ac meliore ſe memoria detinet. Hermannides.

g *Cephalenia*] Cephalenia inla eſt maris Ionii, Epiro & Acaraniæ oppoſita, ab ea Zazynthos meridiem diſtat LX. ſtadiis. De Etolis & Cephalenia Fulvium iumphaſſe triumphi Capitolini ſtantur, anno DLXVI. inter Ceuvinos Epiri montes, & Malæum igum Laconiæ promontorium ıultæ paſſim jacent inſulæ, quos hoc bello etiam populo Romano acceſſiſſe teſtatur. *Stadius.*

h *Iugumque Maleum*] Infeſtiſſimum illud navigantibus promontorium Laconiæ in Peloponeſo: de quo ideo proverbium percrebuit, quo jubentur, qui illud promontorium flectunt, *oblivi ſci domuitionis. Strab. lib.* 8. *Pompon. Mela lib.* 2. *cap.* 3. *Plin. lib.* 4. *Nat. Hiſt. cap.* 5. *Ptolem. lib.* 3. *cap.* 16. Hermannides.

H *Iſtri*] Iſtris, quia maritimos populi Romani agros latroiniis infeſtaſſent, bellum indictum ſt anno DLXXV. quo A. Manlius 'ulſo ſine SCto profectus, ad laum Timavi fontis caſtris incurſu ſtrorum magna cum militum treidatione exutus eſt. Iſtri, cum in n Quæſtorio omnium rerum aparatum viderent expoſitum, ſeſe nagna ſecuritate ad epulandum onvertunt. interim Romanus mies ex fuga collectus, vino epuliſque ſopitos invadit, ad VIII. M. Iſtrorum in caſtris ſunt cæſa. Apulo rex raptim à ſuis in equum impoſitus, Nefactium fuga elapſus eſt, quem inſecuti Manlius & Junius Coſſ. oppidum vi capiunt: Rex ne vivus in hoſtium poteſtatem veniret, ſeſe gladio trajecit. Iſtria inde duorum adhuc oppidorum excidio pacata eſt. ita fere Livius libro 14. ita ut antequam C. Claudius Pulcer Coſ. in provinciam cum imperio legitimo veniſſet, bellum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

Manlii caſtra cepiſſent, opimæque prædæ incub- rent; epulantes, ac ludibundos pleroſque, ac ui eſſent, præ poculis neſcientes, Appius Pulchr invadit. Sic cum ſanguine & ſpiritu male partam revomuere victoriam. c Ipſe rex Apulo, equo im- poſitus, d quum ſubinde crapula caput jactar & errore lapſaret, captum ſeſe vix & ægre, poſt- quam experrectus eſt, didicit.

CA

lum ab iſtis Coſſ. confectum fuerit: Capitolini tamen triumphi cum Floro conſentiunt, utpote qui C. Claudium Pulcrum de Iſtris triumphaſſe teſtentur, anno DLXXVI. Iſtria à Carnis ſive occidente, oppido Tergeſte; ab ortu Arſia amne; à Septemtrione, Alpibus & Japidibus populis; meridiem claudit Adriaticus ſinus. Iſtriam provinciam fuiſſe factam anno DCXXV. C. Sempronio Tuditano Cos. & cum Illyrico conjunctam, quouſque Auguſtus illam in decima regione relatam, Italiæ cum Carnis & Venetis, teſtibus Strabone lib 5. pag. 149. & lib. 7. pag. 217. & Plinio 3. 5. conjunxerit. *Stadius.*

b *Initia pugnæ proſpera, eademque exitii cauſa*] Nam verbis Livii 21.61. *ferme fit, ut ſecundæ res negligentiam creent.* Ideoque ſæpius accidit aliis, quod hic Iſtris, ut apud Tacit. H. 2. 15. Inde conſilium Neoptolemi apud Juſt. 13. 8. *læto ex victoriæ, & ſecuro fuga ſua, Eumeni ſuperveniant.* Quapropter non imprudenter diſputat Appianus Civil. 2. *Clade Dyrrachina nihil accidiſſe rebus Cæſaris opportunius: propter eam enim*, inquit, *inflati Pompejani, contra ſuum imperatorem pervicaces ſunt redditi, & ſine arte ad c- tamen ferebantur.* Freinshemi- Addit particulam *&* Nazarian- *& initia pugnæ.* quod etiam alia- ditiones retinebant. malim, *ſed i- tia pugnæ proſpera hoſti fuerunt.* - rori cauſam præbuit, *ſet* veteri co- ſuetudine ſcriptum, pro *ſed. Salm.*

c *Ipſe rex Apulo equo impoſiti*] Dubitant docti, regis ſit iſtud n- men, an mutari in aliud quid - beat. Lipſius *ab epulo* emendab- Fuit quando putarem, Apulum- quum dici, ex Apulia. De quib- Lucillius apud Feſtum: *Apulidæ p- dibus ſtlembi.* Nunc vix auſim - bitare, quin *Apulo* ſit Reguli ill- nomen. Apulonis mentio in vet- inſcriptione: CAMURIUS AP- LONI FECIT. *Apulo* igitur nom- proprium reguli hujus. & ſic m- lim ſcribere, quam *Æpulo*, ut ap- Livium legitur, ubi ſic vocatu- lib. XLI. *Idem.*

d *Quum ſubinde crapula, & c- pitis errore, lapſaret*] Κραιπαλῶν, ἀλύων, καὶ γυῖα σφαλλόμενος. Lib- Nazarii verbum *jactaret*, interſe- in hunc modum; *quum ſubinde cra- pula, & capitis jactaret errore l- pſa-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

CAP. XI.

Bellum Gallogræcum.

GAllogræciam quoque Syriaci belli ruina convolvit: fuerant inter auxilia regis Antiochi. An fuiſſent, an cupidus triumphi [a] Manlius eos [b] viſos ſimu- verit, dubium eſt. Certe [c] negatus eſt victori iumphus; quia cauſſam belli non approbavit. Cæterum

aret. Nec, quî poſſit retineri aut nendari, video, niſi legimus: um ſubinde crapula caput jacta-, & errore lapſaret: vel, & capitis ſtatus errore lapſaret. Proprium rum qui crapula laborant, caput jactare & motare. Cui convenienter Grammatici veteres, κραιπάλην dictam ajunt, ἀπὸ τοῦ κάρα πάλλειν τοὺς μεθύοντας. Illa conjectura non leviter mihi placet. *Idem.*

M *Anlius*] Cn. Manlius Vulſo ad ordinandam Aſiam cis aurum miſſus, in Gallos Aſiatis movit ſine S. C. aut populi juſ-. Toliſtobogii Galli in Olymım montem ſeſe & ſua ſubduxent, tanquam ejus prærupta altitune aut aditus difficultate ſeſe ntra Rom. defenſuri: ſed Manis cum copiis in illos irrupit, eoſie partim in præcipitia egit, parn occidit, & XL. M. cœpit. Teoſagæ & Trocmi Magna monm petierunt: ipſe Manlius ut cum egulis eorum paciſceretur veens, ex inſidiis, niſi à ſuis proteus fuiſſet, opprimebatur, quare agna vi Gallos adortus VIII. M. ſorum occidit, cæteroſque ultra alym fluvium fugavit. Galloſque Aſiaticos in ſuam poteſtatem redegit: ipſum triumphaſſe Capitolini triumphi teſtantur, & Livius. 38. 50. *Stadius.*

b *Viſos*] De ſinceritate hujus lectionis nolim dubitare: quia tamen ab ea paulo in diverſum abeunt veteris ſcripturæ veſtigia, dubium excitabimus in re ſatis dubia. Hæc eſt lectio veterum, & inter eos Nazariani vetuſtiſſimi: *an fuiſſet cupidus Triumphi Manlius, an eos viſos ſimularit, dubium eſt*: quæ ſtare non poteſt, ſi ſententiam ſpectes. Nihil conſultius mihi viſum eſt, quam ſi ſcribas, pro *an eos viſos*, *ac eos viſos*; & ita legas, *an fuiſſet cupidus triumphi Manlius, ac eos viſos ſimulaverit*; optima nunc ſententiæ ratio eſt: præcedit, *fuerant*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

terum gens Gallogræcorum, ſicut nomen indicio e
mixta & adulterata eſt : reliquiæ Gallorum, qi
Brenno duce vaſtaverant Græciam: mox Orienter
ſequuti, in media Aſiæ parte ſederunt. Itaque t
frugum ſemina mutato ſolo degenerant, ſic illa g
nuina feritas eorum, Aſiatica amœnitate moll
eſt. Duobus itaque prœliis fuſi fugatique ſur
quamvis ſub adventu hoſtis relictis ſedibus, in alt-
ſimos ſe montes recepiſſent, [d] quos Toloſtobo,
Tectoſagique jam inſederant. Utriſque fundis ſag-
tiſque acti, in perpetuam ſe pacem dediderunt. S
alligati miraculo quodam fuere, quum catenas mo-
ſibus & ore tentaſſent, quum offocandas invico
fauces præbuiſſent. Nam Orgiagontis regis ux
à [e] centurione ſtuprum paſſa, memorabili exe-

P

inter auxilia regis. Hoc in dubium revocat, iis quæ ſequuntur: an, inquit, triumphi cupiditas eo Manlium impulerit, ut iis attribueret quod fuiſſent in auxiliis Regis Antiochi, ac eos viſos ſimulaverit, dubium: video quid poſſit opponi: nos veterem ſcripturam, qua licet, & quam poſſumus, tueri, ſatis tutum putamus. alter Palat. *an fuiſſet cupidior triumphi Manlius.* Salm.

c *Negatus eſt Victori triumphus*] Livius & faſti triumphaſſe eum dicunt. *Zevecotius.*

d *Quos Toloſtobogi, Tectoſagique, jam inſederant*] Multa habentur in editionibus, de quibus alias dubitare ineptum eſſet, niſi diſcrepantiam oſtenderent antiqui libri. Ut hoc loco ſcripti omnes cum veteri editione concorditer ſcribunt: *Toloſtobogiorum Tectoſagi jam inſ*
rant. Tres ſane partes, ſive μοίρ
τ̃ γαλατικȣ̃ ἔθνȣς facere aucto
ſcio, & unam partem, qui τολ
βώγιοι dicuntur, alteram τεκτο
γας, tertiam τρόκμȣς, obtinere.
ex hac lectione videretur Flo
τεκτοσάγας inter τολοςοβώγȣς re
nere, ita ut in his comprehender
tur. An ita auctor ſcripſerit,
hoc, ut alia nonnulla, peccarit,
ſcio. Sed juvat potius inclinare
favorem antiqui auctoris, eum
menda ſimul & culpa abſolve
ſcriptam lectionem ad hunc m
dum, quem ipſa præmonſtrat,
formando: *Toliſtobogi, Trocmi,*
ctoſagæ, jam inſederant. Pro *Tol*
bogi, Trocmi, imperiti librarii fe
runt, *Toliſtobogiorum.* Salmaſiu

e *Centurione*] Centurio qui
ſtoc

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

ρlo cuſtodiam evaſit, revulſumque militis caput ad maritum ſuum retulit.

CAP. XII.

Bellum Macedonicum ſecundum.

DUm aliæ aliæque gentes, Syriaci belli ſequuntur ruinam, Macedonia ſe rurſus erexit. Fortiſſimum populum memoria & recordatio ſuæ nobilitatis agitabat: & ucceſſerat Philippo filius [a] Perſes; qui [b] ſemel in perpe-

todiæ captivorum præerat, prava bidine exarſit in Chiomaram Orjiagontis Reguli captivam uxoem, à quo ſtuprum paſſa, dum auum, quod ſui redemptione affeebatur, centurio appenderet, à uis neceſſariis (quibus hoc Chionara Gallica lingua imperaverat) ıgulatur, cadaveris caput præciım marito in ultionem violatæ puicitiæ attulit. Centurio hic prorium nomen non eſt, ſed ordinis uctorem, qui centum peditibus ræerat, ſignificat, quibus fere catívorum turba mandabatur cuſtoienda. Livius 38. 24. dicit, non evaſiſſe cuſtodiam, ſed à centurione eductam ad duos neceſſarios mulieris, qui ad flumen eam ſpectabant: à quibus duobus centurio aurum penſans interfectus eſt. Idem ſentit Valerius. [Ego autem eos auctores à noſtro diſcrepare non puto, nam iſtis verbis *cuſtodiam evaſit*, non dicit eam evaſiſſe inſcio cuſtode, ſed hanc ipſam technam, quam tanquam notam, longius recenſere noluit, præſupponit.] Hæc ex Galacia oriunda fuit, Chiomara nomine, auctor Plutarchus de virtut. mul. cap. 34. *Camers.*

P *Erſes*] Perſes Philippi ex pellice Gnathænia filius, Denetrium fratrem juſta matrefamiias ortum, regnique ſucceſſorem, nvidia, calumniis, & confictis criminationibus apud patrem pernicioſe degravatum, ex inſidiis & paris mandato, ut per Didam Pæoniæ prætorem veneno interficeretur effecit. Philippus mærore ob innoxii filii mortem ſenioque conſumptus, in apparatu belli contra Romanos moritur. Perſes regnum quod parricidio ſcelereque occupaverat, accipit, & quaſi hæreditarium ſibi cum P. Romano à patre bellum relictum eſſet, ita omnia conſilia ad ejus apparatum & cauſ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

perpetuum victam eſſe Macedoniam, non putab
ex gentis dignitate. Multo vehementius ſub hc
Macedones, quam ſub patre conſurgunt: quipp
Thracas in vires ſuas traxerant: atque ita induſtr
am Mac

ſas convertit, regeſque P. Romani ſocios invadit, Abrupolin Sapæorum regulum regno expellit. Aretarum Illyriorum interfecit. Eumenem Pergamenorũ regem Delphis graviſſime per ſubmiſſos percuſſores affligit, Græciam contra Rom. ad arma ſollicitat, Legatos P. Rom. ad res repetendas miſſos, ſuperbe & contemtim exceptos, regni finibus intra triduum exire compellit, atque iis de cauſſis ipſi bellum indictum eſt, quod à Perſe Perſicum, & Macedonicum ſecundum dictum eſt. P. Licinius Craſſus Cos. contra regem profectus tertio & viceſimo anno, ex quo petenti Philippo pax data erat: equeſtri prœlio ad Sycurium Theſſaliæ, juxta Oſſam oppidum, à Perſe victus eſt: pacem tamen petenti regi, niſi Senatus arbitrio ſeſe permitteret, negavit: iterumque cum rege in Phalannæo agro congreſſus meliore ſucceſſu pugnavit. Licinio Hoſtilius Cos. ſucceſſit, ſub quo ſoluta eſt per licentiam militaris diſciplina; ſocios tamen cum fide coluit, & à Regis injuria egregie defendit. Q. Marcius Philippus Cos. Macedoniam per invios ſaltus ingreſſus, regem nec inopinantem adventu ſuo ita perterrefecit, ut præcipiti fuga omnes aditus reliquos, quos præſidio ſepſerat, nudaverit, aurique magnam vim Pellæ demergi juſſerit, & claſſem Theſſalonicæ incendi. Quartus in M
cedoniam Cos. L. Paullus Aim
lius venit, & ad Pidnam Pier
urbem collatis ſignis III. Non
Septembris Perſeum XX. M. pe
tum cæſis, equitatu cum rege f
giente, vicit, caſtris exſuit, atq
Macedonum urbes per deditione
accepit. Rex ab amicis deſertus
Samothraciam templi religione
ſe defenſurus fugit, ſed à Cn. Oct
vio claſſis præfecto cum tribus
liis Philippo, Alexandro, (ter
nomen nuſquam comperi) captu
& in triumphum ductus eſt. Hu
regem avaritia ſua ſociorum aux
lia ab ſe diſſociaſſe ſcribunt, crud
litate ſua ab amicis deſertum, i
dignumque majeſtate tanti nom
nis ob ſervilem & degenerem an
mum, & Demetrii fratris ſui ma
bus ſervitute & domus ſuæ calam
tate parentaſſe, ipſe enim Alb
ſqualoribus carceris & filii duo p
rierunt. Alexander quidem terti
filius, ſcriba magiſtratuum Rom
norum fuit. *Stadius.*

b *Semel in perpetuum victam*
ſe Macedoniam, non putabat ex ge
tis dignitate] Non fuit indolis ta
generoſæ *Perſes*. Philippi patris p
tius hæc laus eſto. Huc vero pe
tinet illud *Taciti lib. 2. Hiſt. cap.*
Quod ſingulis velut ictibus tranſ
cta ſunt bella, ignavia Principu
factum eſt. Equidem infamia e
cum uno adverſo prœlio ſu
mæ d

m Macedonum, viribus Thracum; [c] ferociam Thracum, diſciplina Macedonum temperaverunt. Acceſſit his conſilium ducis, qui ſitum regionum uarum [d] ſummo ſpeculatus Hæmo, poſitis per abrupta caſtris, ita Macedoniam ſuam armis ferroque allaverat, ut non reliquiſſe aditum, [e] niſi à cœlo enturis hoſtibus videretur. Nam, Marcio Philipo conſule, eam provinciam ingreſſus populus Romanus, exploratis diligenter acceſſibus, per Biſtonidem

æ diffiditur rei. *Hermannides.*

c *Ferociam Thracum*] *Illud in nfeſſo eſt*, (Verba ſunt Juſtiniani pr. Novellæ XXVI.) *quod ſi quis bracum regionem nominet, ſtatim a cum dicto virilitas quædam amum, & militarium copiarum, llorum ac pugnæ cogitatio ſubeat. int enim iſta ingenita, & quaſi trio quodam jure huic regioni atibuta.*

d *Summo ſpeculatus Hæmo*] Hæus mons qui Thraciam à Myſia vidit, tantæ altitudinis eſſe putar, ut ex ejus ſummo vertice Adria rſus occaſum, Euxinus verſus orm cernatur: ita enim Pomp. Melib. 2. & apud Strabonem lib. 7. olybius teſtatur: quod ideo non ſſe fieri Strabo contendit, quia gens terræ tractus & montoſus ſum abrumpit. bene quidem & cte Strabo: quum namque per lædicam Thraciæ Philippus cum rſeo ad Hæmum contenderit, ut conſpectis locis de bello conltaret, quod Livius lib. 40. 22 nart, non potuit longus eſſe proſpeus: obſtant enim verſus Adriam hodope, Orbelus, Scardus, montes altiſſimi & perpetui. At ut nihil ſit, quod viſum impediat, cum Hæmus centum Germanicis milliaribus ab Adriatico in ortum diſtet, non attollitur ejus perpendiculum ad eam altitudinem, quæ devexitatem terreni globi tanto intervallo tribus milliaribus Germanicis cum ſextante intumeſcentem, deſpiceret. ſiquidem Plinius 4. 11. Hæmi altitudinem VI. M. paſſuum ſupputat: at in tanta ſpecula opus erat XIII. M. paſſuum altitudine. Iſta paullo latius ſum hoc loco proſecutus, ut lector benignus intelligeret, multam veritatis lucem, apud veteres ex tradentium auctoritate eſſe obſcuratam, quæ Geometriæ beneficio illuſtretur: ita eadem erroris labe Ariſtoteles in meteoris lib. I. cap. 13. de Caucaſo contaminatur, & Plinius de Caſſio monte, & alii aliter. Quod ad hunc locum attinet, bene Florus conſilium ab ipſo Perſeo inſtitutum narrat, ut aditus obſtrueret commodius Romanis, propter invios ſaltus & præruptos montes. *Stadius.*

e *Niſi à cœlo venturis*] In eadem opinione erat Arimazes, qui altitudine

nidem paludem, per acerbos dubioſque tumulos illa quæ [f] volucribus quoque videbantur invia, acceſſit: regemque ſecurum & nihil tale metuentem ſubita belli irruptione terruit. [g] Cujus tanta trepidatio fuit, ut [h] pecuniam omnem in mare juſſerit mergi, ne periret: claſſem cremari, ne incenderetur. [i] Paullo conſule, quum majora & crebriora eſſent impoſita præſidia, per alias vias Macedonia deprenſa eſt; ſumma quidem arte & induſtria ducis, quum [k] alia minatus, alia irrepſiſſet. Cujus adventus ipſe adeo terribilis regi fuit, ut intereſſe non auderet, ſed gerenda ducibus bella mandaverit. Abſens ergo victus, fugit in maria, inſulamqu

tudine petræ quam occupaverat fretus, interrogavit, *an Alexander volare poſſit?* Curt. 7. 11. *Freinshemius.*

f *Volucribus invia*] Similem de altis ac præruptis locis loquendi modum Græcis fuiſſe, teſtimonio eſt Ἄορνος petra quam Alexander cepit, apud Arrian. fin. lib. 4. Curt. 8. 11. *Idem.*

g *Cujus tanta trepid. fuit, &c.*] Livius 44. 10. *Perſeus tandem à pavore eo quo attonitus fuerat recepto animo, malle imperiis ſuis non obtemperatum eſſe: quum trepidans gazam in mare dejici Pellæ, Theſſalonicæ navalia juſſerat incendi. Andronicus Theſſalonicam miſſus traxerat tempus, id ipſum quod accidit, pœnitentiæ relinquens locum: incautior Nicias Pellæ, projiciendo pecuniæ partem, quod fuerat nactus.*

h *Pecuniam omnem in mare juſſerit mergi, ne periret*] Hiſtoriam narrat *Diodor. Sicul. in Excid. Pe reſc. pag.* 311. & *Appian. pag.* 560. *iiſd.* Similis locus infra *lib.* 4. *cap.* de Sexto Pompejo: *Pavens atq reſpectans, & tantum non timen ne periret.* Porro eam pecuniam quam Perſes mergi juſſerat in ma re, per urinatores poſtea rurſ extraxit. *Hermannides.*

i *Paullo*] Maximum Lunæ del quium, ea nocte quæ prœlium pr ceſſit, Sulpicius Gallus Tribun militum, explicata cauſſa, & co dicta hora futurum prædixit, co vocata ex Paulli conſulis permiſ concione, ut ne lunæ obſcuratæ c ligine exercitus conſternaretur: a cidit ea quarto Nonas Septem. a no U. C. DLXXXVI. ante natu Chriſtum DLXIV. annis. *Stadius.*

k *Alia minatus, alia irrepſiſſe* Nihil frequentius hoc ſtratagem te. Vide *Polyb. lib.* 3. *Hiſt. capp.* 1 & 19. de L. Æmilio Paulo, huj Æmi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

lamque [l] Samothracen, fretus celebri religione, quaſi templa & aræ poſſent defendere, quem nec montes ſui, nec arma potuiſſent. Nemo regum diutius amiſſæ fortunæ conſcientiam retinuit. [m] Supplex quum ſcriberet ad imperatorem ab illo, quo confugerat templo, nomenque epiſtolæ notaret ſuum, *regem* addidit. Sed [n] nec reverentior captæ majeſtatis alius Paullo fuit. Quum in conſpectum veniſſet hoſtis, [o] in templum recepit, & conviviis adhi-

Æmilii patre Demetrium circumveniente ad Pharum. Alibi namque pſe cum claſſe comparuit veluti pugnaturus in Demetrium; alibi occultavit, qui exeuntibus in ſe hoſtibus reditum, & munitiſſima oca interciperent. *Hermannides.*

l *Samothracen*] Samothrace conra Melanem ſinum, inſula eſt in nari Ægeo ſita, à Samone Mercuii filio & Thracia vicina conflato nomine Samothracia dicitur; aut ut alii volunt à Samiis tyrannorum ævitiam fugientibus, ibique coloniam deducentibus ita vocata fuit. ıæc tota ſacra erat, & omnibus jus ſyli aperiebat, exceptis iis qui homicidio polluti erant. *Stadius.*

m *Supplex quum ſcriberet &c.*] Ita Maroboduus *ſcripſit Tiberio, non profugus aut ſupplex, ſed ex memoria prioris fortunæ.* Tacitus 2. 63. 2. Quomodo autem exceptæ fuerint æ literæ à Cos. lege apud Livium 45. 4. *Freinshemius.*

n *Nec reverentior captæ majeſtatis alius Paullo fuit*] Pauciſſimi, qui victoriam concoquere ſciunt; innumeri, qui tumorem ex felicitae nullâ neque menſura, neque modo coërcent. Carent enim hi tales virtute: nam ut *Ariſt. in Eth.* inquit, *ἄνευ τῆς ἀρετῆς οὐ ῥᾴδιον φέρειν ἐμμελῶς τὰ εὐτυχήματα*, h. e. *ſine virtute difficile eſt ferre aptè res ſecundas.* Et hic eſt verè character humilis & abjecti animi. Nam, ut inquit *Sextus Aurelius Victor*, *humillimos quoſque* conſtat ſuperbiâ atque ambitione immodicos eſſe. Cæterum ſimilis humanitas fuit *P. Scipionis* in Syphacem. *Diod. Sicul. in Exc. Peir. pag.* 288. & *Dio ibid. pagg.* 607. 608. Ex Rup. *Herm.*

o *In templum recepit*] Unius voculæ depravatio, ſed in qua tota ſententia, ut in cardine ſuo vertitur, ſatis exercuit hujus ætatis doctiſſimos viros. Viderunt omnes mendum tegere vocem hanc *templum*, ſed potuit adhuc nemo id detegere. Si de templo illo Samothraces, ad quod confugerat rex Perſes, & ex quo ad Paulum deductus fuit, aliquis intelligit, is, ut verbo dicam, nugatur: longe enim Samothracia diſtat ab eo loco, in quo tum conſtiterat Paullus. ſed verum videamus. ſuſpicor vitioſa illa, & veteri ſcribendi forma ſcriptum

adhibuit, liberoſque admonuit ſuos, p ut fortu nam, cui tantum liceret, revererentur. Inter pu cherrimos hunc quoque populus Romanus de Ma cedonia duxit atque vidit q triumphum: quipp cujus ſpectaculo triduum impleverit. Primus di ſigna tabulaſque: ſequens arma, pecuniaſque tran vexit: tertius captivos, ipſumque regem, r atton tu

fuiſſe, *in temptum recepit*, pro *tentum*, ut *tempto*, pro *tento*, & *contemptus*, pro *contentus* non ſemel in antiquis libris repperi: ex illo *temptum*, imperiti γραφεῖς *templum* poſuerant, errore facili. *Tentum* ut diximus, vera & ſana lectio. ſi quis ignorat, quid ſit *tentum*, docemus illum, eſſe *tabernaculum* vel *tentorium*. *Tendere* eſt σκηνὴν πήξασθαι: *tentum* eſt σκηνή. Recentiores Latini genus mutarunt, & pro eo *tenta* dixerunt, & corruptius *tendæ*. ſic veteribus *ſtrata viarum* dicebantur, at recentibus *ſtrata*. apud Suidam in voce σκηνή. καὶ σκηνὴν ἐπήξατο, τουτέστι τένδαν κατὰ γλῶσσαν: alibi idem, Τένδα παρ᾽ ἡμῖν οἰκία ἐκ λίνου. gloſſæ Latinæ, quæ penes me ſunt, *tentum*, *tabernaculum*. Hanc vocem ut videtur vetuſtam, uſurpat Florus, quæ neſcio an apud alium temere occurrat. ſed & alias priſcas voces, quæ alibi leguntur nuſquam, in hoc auctore ſuſcitavimus ope præſtantiſſimorum codicum: ut ſunt *inmodum* pro *admodum*, *inſemel*, *impes*, *inſimul*, *intermœnia*, & alia quæ non ſuccurrunt, & hoc loco *tentum*. *tentum aliud* eſt in illo verſu Tibulli, *Hanc tu, ſed tento, ſcis, puto, quod ſequitur*. obſcœnum enim eſt. narrat igitur Florus tanta humanita ſeſe præditum oſtendiſſe circa r gem captivum, ut tabernaculo ſu receperit, & conviviis adhibuer non multo aliter apud Plutarch. ſe aliter tamen, quem vide, & diſſer ſum inter ſcriptores ſolemnem ag noſce. *Salmaſius.*

p *Vt fortunam, cui tantum l ceret, revererentur*] Oratio plen gravitatis & ſapientiæ extat apu *Livium lib.* 45. *cap.* 8. *Exemplu inſigne cernitis rerum humanarun Vobis hoc præcipuè dico juvenes. Id in ſecundis rebus nil in quenquan ſuperbe ac violenter conſulere dece nec præſenti credere fortunæ, cu quid veſper ferat, incertum ſit.* *demum vir erit, cujus animum, ne proſpera flatu ſuo efferet, nec adver ſa infringet*. Hermannides.

q *Triumphum*] Triumphus Paul li *tantum priores exceſſit, vel ma gnitudine regis Perſei, vel ſpecie ſi mulacrorum, vel modo pecuniæ, u bis millies, centies H. S. ærario con tulerit, & omnium ante actorum comparationem amplitudine vice rit*. Vell. 1. 9. Effigiem iſtius triumphi exhibet nobis Onuphrius Panuinius. *Freinshemius.*

r *Attonitum adhuc, tanquam ſubito malo ſtupentem*] Qualem ſtuporem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

tum adhuc, tanquam ſubito malo ſtupentem. Sed multo prius gaudium victoriæ populus Romanus, quam epiſtolis victoris perceperat: quippe eodem die, quo victus Perſes in Macedonia, Romæ cognitum eſt. [s] Duo juvenes candidis equis [t] apud Juturnæ lacum pulverem & cruorem abluebant: hi nunciavere. Caſtorem & Pollucem fuiſſe creditum vulgo, quod gemini fuiſſent: interfuiſſe bello, quod ſanguine maderent: à Macedonia venire, quod adhuc anhelarent.

CAP.

porem deſcribit *Achilles Tatius l.* 3. de Amorib. Clitophontis & Leucippes: *Ipſe autem ea ſine ulla prorſus mente, ac ſine ullo ſenſu, ſtupore ſcilicet oppreſſus ſpectabam: mali enim modum exſuperantis magnitudo à mentis ſenſu me abſtraxerat.* Ex Rup. *Hermannides.*

ſ *Duo juvenes &c.*] Hujus dæmoniaci miraculi meminerunt Lactant. 2. 8. Valer. Max. 1. 8. 2. Plutarchus Æmilio. *Camers.* Adde Plin. 7. 20. Suetonius Ner. in pr. *L. Domitio rure quondam revertenti, juvenes gemini auguſtiore forma ex occurſu imperaſſe traduntur, nunciaret ſenatui ac populo victoriam, de qua incertum adhuc erat: atque in fidem majeſtatis, adeo permulſiſſe malas, ut è nigro rutilum ærique aſſimilem capillum redderent, &c.* Vide etiam infra 3. 3. *Freinsh.*

t *Apud Iuturnæ lacum*] Fontem Juturnæ fuiſſe conſtat è Lyrico *Septimi Severi* apud *Statium lib.* 4. *Silvarum.* Ille ipſe fons apparet in numis *A. Albini C. T.* quos percuſſerat in memoriam illius *A. Albini,* qui Dictator A.U. 257. Latinos devicit. Nam in altera parte referunt *Romæ Deæ caput,* cujus comam laurea cingit, cum inſcriptione ROMA. In altera viſuntur *Caſtor* & *Pollux* pileati, ſtantes cum haſtis erectis, ex cratere, ſive fontis receptaculo, potum equis ſuis præbentes. Hic fons erat in foro Romano, & faciebat exiguum lacum, ut docet *Dionyſ. Halicarn. lib.* 6. *cap.* 11. Ex Rupert. *Hermannides.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

CAP. XIII.

Bellum Illyricum.

MAcedonici belli contagio traxit [a] Illyrios. Ipſi quidem ut Romanum à terg distringerent, [b] à Perſe rege conduc pecunia, militavere. Sine mora ab A nicio prætore ſubiguntur. Scodram caput genti deleſſe ſuffecit. ſtatim ſequuta deditio eſt. Deni que hoc bellum ante finitum eſt, quam geri Rom nunciaretur.

CAP

a *ILlyrios*] Gentius Illyriorum rex Pleurati filius, trecentis talentis cum Perſe ſocietatem belli pepigerat; ſed avaritia regis fidem miſſis x. talentis eluſit. Romani ob hanc Gentii cum Perſe pactionem, L. Anicium Gallum pro prætore in Illyricum cum exercitu mittunt, qui intra xxx. diem expugnata Scodra, capto Gentio cum conjuge & liberis, & fratre Carvantio bellum confecit, & de iis triumphavit. Gentius & liberi & frater Spoletium ex Senatusconſulto in cuſtodiam ducti ſunt, ita rex Gentius, x. talentis acceptis, in tam miſerabilem fortunam prolapſus eſt. *Stadius*. Advertendum Gentium Illyricorum regem, contra quem hoc bellum geſtum eſt, Gentianam herbam inveniſſe, & ex ſuo nomine *Gentianam* dixiſſe. Auctor Plinius 25. 7 *Camers*.

b *A Perſe Rege conducti*] Se Gentius vix acceperat gladiato rium, ut habet *Livius lib.* 44. *cap* 31. Cum *Perſes* avariſſimus pecu niæ parceret, velut nihil aliud a gens, quàm, ut quanta maxima poſ ſet præda, ex victis Romanis reſer varetur, ut idem loquitur, *cap.* 27 equidem dubito, peccatumne a imprudentiam appellem ejuſmod hominum, vel fatalem amentiam & divinitus immiſſam, qui dum magna moliri cupiunt, & ſuam cu vitam periculo objiciunt; id tam o mittant, quod in conſiliis ſuſcipiendis præcipuum eſt; idque ſcientes & prudentes, cum in ipſorum ſit poteſtate illud præſtare, ut verbis utar *Polybii*. Hermannides.

a *Andri-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

CAP. XIV.

Bellum Macedonicum tertium.

QUodam fato, quaſi ita conveniſſet inter Pœnos & Macedonas, ut tertio quoque vincerentur, eodem tempore utrique arma moverunt: ſed prior jugum excutit Macedo, aliquanto quam ante gravior, dum contemnitur. Cauſſa belli prope erubeſcenda: quippe regnum pariter & bellum vir ultimæ ſortis [a] Andriſcus invaſerat: dubium liber an ſervus; mercenarius certe: ſed quia vulgo ex ſimilitudine Philippi, *Pſeudo-*

A*Ndriſcus*] Andriſcus infimæ ſortis homo, ob oris ſimilitudinem ſeſe Philippum vocavit & Perſei regis ex pellice filium conſtanti aſſeveratione mentitus eſt, & eam ob cauſſam à Demetrio Syriæ rege, ad quem auxilii gratia venerat, Romam miſſus, elapſus cuſtodia, multis ad eam fabulam confluentibus, ipſe contracto exercitu totam Macedoniam aut deditione aut armis occupat. M. Juventium prætorē contra ſe miſſum una cum exercitu occidit: ea victoria elatus & Theſſaliam invadit, à quo, auxilio Achæorum, per legatos Romanos ejectus eſt. Inde Q. Metellus prætor contra Pſeudophilippum movit, eumque cæſis XXV. M. militum fugavit, & Macedoniam recepit, confectoque bello de Pſeudophilippo à Byzo Thraciæ regulo, ad quem confugerat, recepto triumphavit anno U. C. DCVI. atque tunc Macedoniam in provinciæ formam eſſe redactam cum Floro Jornandes etiam teſtatur, vectigalemque eſſe factam ex Piſoniana Ciceronis conſtat, idque per circumlocutionem Florus ſatis eleganter, quia Macedoniam ſervitute multare, idem eſt ac ſi diceret in provinciæ formam redigere.

Annis poſt devictum Pſeudophilippum quatuor, Pſeudoperſes, qui ſe Perſei filium eſſe ferebat, etiam in Macedonia collectis ſervis rebellavit, cum XVII. millia armatorum haberet, à Cn. Trebellio Quæſtore Licinii Nervæ prætoris cum exercitu cæſus eſt. Trebellius Quæſtor ibi Scrofæ nomen invenit: quia cum hortatus eſſet milites, ut in hoſtes caſtris ſuis, ob abſentiam prætoris, audacius inſultantes erumperent, dixerit: celeriter ſe illos, ut ſcrofa porcos disjecturum. Varro libr. II. de re ruſtica. *Stad.*

b *Re-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

Pſeudophilippus vocabatur, [b] regiam formam, regim nomen, animo quoque regio implevit. Igitur dum hæc ipſa contemnit populus Romanus, [c] Juveno prætore contentus, virum non Macedonicis moo, ſed Thraciæ quoque auxiliis ingentibus validum, t mere tentavit: [d] invictusque à veris regibus, ab i imaginario & ſcenico rege ſuperatur. Sed [e] conſu Metello, amiſſum cum legione prætorem, pleniſſim ultus eſt. Nam & [f] Macedoniam ſervitute multav & ducem belli deditum ab eo, ad quem confuger Thraciæ regulo, in Urbem in catenis reduxit: ho quoque illi in malis indulgente fortuna, ut de eo p pulus Romanus, quaſi de vero rege, triumpharet.

C A

b *Regiam formam, regium nomen &c.*] Ita *Tacit. lib.* 2. *Annal. cap.* 41. de Germanico: *Augebat intuentium viſus eximia ipſius ſpecies.* Et de Corbulone *lib.* 13. *Annal. cap.*8. *Omnium ora in ſe vertit, corpore ingens, verbis magnificus, & ſuper experientiam ſapientiamque etiam ſpecie inanium validus.* Hermannides.

c *Iuventio*] Eutrop. 3. 4. nominat *P. Panetium.*

d *Invictusque à v. Regib. &c.*] *Leo quoque minimarum avium pabulum fuit: & ferrum rubigo conſumit: nihil tam firmum eſt, cui periculum non ſit etiam ab invalido. Curt. lib.* 7. *cap.* 8. Hermann.

e *Cos. Metello*] Vellejus 1. 11. prætorem vocat.

f *Macedoniam ſervitute multavit*] Sic Ægyptum quam Cæſar Regibus ſuis reliquerat, provinciam fecit Auguſtus, cum confideret ſe, etiam invitam, retinere officio poſſe. Solemnis olim Romanorum mos fuit, provinciis aliquibus, civitatibus, aut Regibus libertatem concedere, non quia eis ſervire non malebant, ſed ut inſtrumenta ſervitutis haberent, quibus aut ad deditionem pelliciebant alios, aut rebellare prohibebant ſubjectos; vel quia occupata tueri poſſe deſperabant. Macedonia igitur libera fuit quamdiu ob incertum Græcorum & Illyricorum ſtudia difficulter poterat retineri. Sed poſt ſubactos Illyricos; quietos & libertatis conceſſæ nomine contentos Græcos; quia tuto illam in provinciæ formam redigere ſe poſſe judicabant; Romani redegerunt. *Zuvecotius.* Victo Perſe Macedonia libera relicta fuerat, legibuſque optimis, quas Paullus præſcripſerat utebatur. vide Livium 45. 29. & *Freinshemius.*

a *Cartha*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

CAP. XV.

Bellum Punicum tertium.

TErtium cum Africa bellum, & tempore exiguum, (nam quadriennio patratum eſt) in comparatione priorum minimum labore: (non enim tam cum ipſa urbe ugnatum eſt) ſed plane maximum eventu: quippe o tandem a Carthago finita eſt. Atque ſi quis trium emporum momenta conſideret, primo commiſſum ellum, profligatum ſecundo, tertio vere confe- tum eſt. Sed hujus cauſſa belli, quod contra fœde- s legem adverſus Numidas quidem ſemel paraſſet claſſem

Carthago] Carthagini male jam diu cogitanti, & quia ntra Maſſaniſſam Numidiæ re- m P. Romani ſocium, violato edere, arma ſumſerat; ad hæc od naves plures, quam ex lege rmiſſæ erant, & apparatu nimia iam ſuſpecta eſſet, bellum indici- r, inſtigante ad ejus excidium atone: fœdus enim quod cum laſſaniſſa percuſſerant ante 50. an. mmiſſo in ejus agro exercitu, vio- runt. Luxuriabant iterum Pœni ibus & potentia, uſi enim pace r 50. annos, & agrorum fertilita- , & maritimis commerciis in pri- inam dignitatem convaluerant. uare in urbe opulenta, ut fit, ci- s in factiones tres ſcindebantur, omanam, quam Anno Magnus; egiam Maſſaniſſæ ſtudioſam An- bal Paſſer; Popularem Amilcar nus & Carthalo principes civita- tis fovebant. Oborta de agro in re- gione Tyſca cum Maſſaniſſa con- troverſia, Popularis factio Regiam ejecit cum XL. civibus in exſilium pulſis, & jurejurando ſancientes ne unquam exſules reciperentur. Maſ- ſaniſſa Guluſſam filium Carthagi- nem legatum miſit pro exſulum re- ditu impetrando, eum urbe exclu- ſum, immiſſo ex inſidiis equitatu, violarunt; qua injuria irritatus Maſſaniſſa Horoſcopam obſidet. Punicum exercitum XXV. M. pedi- tum & CCCC. equitum, deficienti- bus etiam à ſe Aſaſi & Suba ad Aſ- drubalem cum VI. M. equitum; fundit fugatque in tumulos: obſeſ- ſum & peſtilitate tabeſcentem ſub jugum miſit, & exſules recipere coëgit, hac occaſioue uſus P. Rom. & Utica ſeſe per legatos dedente, exercitum cum duobus Coss. L. Marcio Cenſorino, & M. Manlio contra

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

claſſem & exercitum, frequens autem Maſiniſſæ
nes territabat. Sed huic bono ſocioque regi favel
tur. b Quum bellum ſederet, de belli fine tractatu
eſt. Cato inexpiabili odio delendam eſſe Carth
ginem, & quum de alio conſuleretur, pronunc
bat: Scipio Naſica ſervandam, c ne, metu abla
æmulæ urbis, luxuriari felicitas Urbis inciper
Medium ſenatus elegit, ut urbs tantum d loco m
veretur. Nihil enim ſpecioſius videbatur quam
ſe C

contra Carthaginienſes miſerunt, qui tanta calamitate & trepidatione oppreſſi per xxx. legatos pacem à Senatu & Coſs. petiere, qui Carthaginienſibus arma tradere claſſemque comburere imperant, mox illi ea juſſa diligentiſſime facientes, protinus à mari procul paſſuum x. millibus migrare urbe relicta jubent, ad tam acerba juſſa incenſi Carthaginienſes ex deſperatione & rei indignitate acuunt animos. Aſdrubalem ſtatim toti bello imperioque præficiunt, & non ferrea ſolum & ænea arma, ſed etiam ea deficiente argentea & aurea parant, Coſſ. ad urbem movent, ſperantes ſeſe infirmas, & imparatas Pœnorum vires, antequam convaleſcerent, oppreſſuros: ſed is conatus, dum pro patria & ſalute ſeſe acerrime defendunt, triennio irritus fuit. *Stadius.*

b *Quum bellum ſederet*] Eleganter & venuſte *bellum ſedere* diceret, quod plane depoſitum & finitum non erat, ſed intermiſſum & pro tempore ceſſatum. quidam tamen heic legunt, *cum bellum ſedaret*, quos minime ſequendos puto. contra enim accipiendum eſt, ac illi
tant: *cum bellum ſederet*, expon
dum, cum bellum decretum eſ
ut dicimus, *ſententiam ſedere*;
bellum ſedere, eadem imagine. &
ta accipi poſtulat ſententia. ni
nim bellum decretum fuiſſet, qu
ineptum erat dicere, de fine b
tractatum eſt? Acumen eſt Ann
fiduciam virium Romanarum
ſpicientis: cum, inquit, vix bellu
ſuſcipiendum eſſe decreviſſent, ja
de fine belli tractabant. tota igi
errarunt via, qui, *ſedaret*, heic
gebant, nec mentem horum verb
rum attenderunt. Nazarianus, *b
lo ſederet*. perperam. *Salmaſius.*

c *Ne, metu ablato æmulæ urb
luxuriari felicitas Vrbis incipere*
Ita & *Senec. de Tranq. Animi cap*
*Scias in florenti ac beata rep. pec
niam, invidiam, mille alia vitia
ermia regnare.* Hermannides.

d *Loco moveretur*] Situ eni
maxime opportuno erat Carthag
unde præcipua illi opum initia
incrementa. Hac de cauſſa Cori
thum, alterum oræ maritimæ oce
lum ſuſtulerunt Romani, *opportun
tatem loci maxime ſequuti, ne poſ
aliquan*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

ſe Carthaginem, quæ non timeretur. Igitur [e] Manilio Cenſorinoque conſulibus, populus Romanus aggreſſus Carthaginem, ſpe pacis injecta, traditam à volentibus claſſem, ſub ipſo ore urbis incendit. Tum evocatis principibus, *ſi ſalvi eſſe vellent, ut migrarent finibus*, imperatum. [f] Quod pro rei atrocitate adeo movit iras, ut extrema mallent. Comploratum igitur publice ſtatim, & pari voce clamatum eſt: Ad arma: ſeditque ſententia, quoquo modo rebellandum: non quia ſpes ulla jam ſupereſſet, ſed [g] quia patriam ſuam mallent hoſtium, quam ſuis

aliquando ad bellum faciendum locus ipſe adhortari. Cicero de officiis 1. 11. 4. *Freinshem.* De eadem Carthagine idem *Cicero Agrar.* 2. ita clarius loquitur: *Carthago tum hominum copiis, tum ipſâ naturâ ac loco, ſuccincta portubus, armata muris, excurrere ex Africa, imminere fructuoſiſſimis inſulis populi Romani videbatur.* Hermann.

e *Manilio Cenſorinoque Coſs.*] De nominibus horum Coſſ. non omnes conveniunt. Utcunque ſe res habeat, in nomine vel prænomine vitium ſit oportet, hoc argumento, quod Manlio Capitolino, poſt necem illatam, hæc quoque *gentilitia nota* addita eſt; *gentis* enim *Manliæ decreto cautum eſt, ne quis deinde M. Manlius vocaretur.* apud Liv. 6.20. Vinetus in ſomnium Scipionis oſtendit horum Coſſ. nomina fuiſſe, *L. Marcius Cenſorinus, & Manius Manilius.* Freinsh.

f *Quod pro rei atrocitate adeo movit iras, ut extr. mallent, &c.*] Periculoſiſſima, & ideo vitanda maxime tela ſunt, quæ ſuggerit deſperatio. Qui mitiores ideo pacis conditiones proponunt, non victis magis conſulunt, quam ſibi. Apud Livium *lib.* 8. interrogatus in Senatu Romano Privernas qualem ab iis pacem ſui exſpectarent, bene & generoſe reſpondit: Si bonam dederitis, & fidam & perpetuam; ſi malam, haud diuturnam. Vix me contineo quin quod puto hic dicam, dementes fuiſſe Romanos, qui exiſtimarunt clarum tot victoriis populum; & niſi vel Annibalis culpa, vel fatum aliquod prohibuiſſet Romanorum & orbis dominum, patriæ ſuæ velle ſupereſſe. Non elanguerat proculdubio priſtinus in omnibus vigor. Reſtabant adhuc multi in quibus ſanguis & animus ſtantem adhuc patriam tueri, vel cadentem optabant comitari. Et quid ſi migraſſent finibus cives, an ideo placatiores eos habuiſſent Romani? Ego non credo. Non eſt quod putet quiſpiam ullum populum aut hominem denique,

ſuis manibus everti. Qui rebellantium fuerit furo
vel hinc intelligi poteſt, quod in uſum novæ claſſi
tecta domusque reſciderunt: in armorum offici
nis, aurum & argentum pro ære ferroque confla
tum eſt: h in tormentorum vincula, matronæ cri
nes ſuos contulerunt. i Mancino deinde Conſule
terra marique fervebat obſidio. Operis portus nu
datus; & primus, & ſequens, jam & tertius mu
rus; quum tamen k Byrſa, quod nomen arci fuit
quaſi altera civitas reſiſtebat. Quamvis profligat
urbis excidio, tamen fatale Africæ nomen Scipio
num videbatur. Igitur in alium Scipionem conver-
ſ

nique, in ea conditione, cujus eum pœniteat, diutius, quam neceſſe ſit, manſurum. *Liv. ib.* Zevecotius.

g *Quia patriam ſuam mallent hoſtium, quam ſuis manibus everti*] Conſentiunt illa *Curtii lib.* 5. *c.* 12. in ultimis Darii verbis: *Forſitan mireris, quod vitam non finiam; alieno ſcelere, quam meo, mori malo.* Hermannides.

h *In tormentorum vincula, matronæ crines ſuos contulerunt*] *Cæſ. lib.* 3. de iis qui obſeſſi erant Salonis: *Præſectis omnium mulierum crinibus tormenta effecerunt.* Similiter *Ariſtides* in Rhodiacâ: Πάλαι μὲν τὰ ἐκ τῶν γυναικῶν τῶν ἀποκειρομένων μηχανήματα ἐδείκνυτε τοῖς ἐπιδημοῦσι. Narrat & *Dio in Severo* in obſeſſa Byzantio *rudentes de crinibus mulierum factos.* Ex Rup. *Idem.*

i *Mancino deinde Coſſ.*] L. Hoſtilium Mancinum hoc bello non fuiſſe Cos. ſatis certum eſt, ſed proximo anno poſt devictam Carthaginem, Annales Coſſ. & Plinius 35. 4. teſtantur, quia L. Mancinu primum cum exercitu Carthagi nem irrupit, & pictam Carthagi nem, prœliaque facta, in foro pro poſuit: proximis comitiis Cos creatus eſt: quare hic aut *legato* au *claſſis præfecto* ſcribendum eſt; le gatus enim pro collega Sp. Poſtu mio Albino datus eſt, Calpurni Piſoni Cos. & claſſis præfectus fuit quouſque eum Scipio Aimilianu Romam remiſit. *Stadius.* Hic e ille Mancinus, qui ſicut Africanu prior, utero matris exciſus eſt, apud Plinium 7. 9. & ibidem *Au ſpicatius execta parente gignuntur* Freinshemius.

k *Byrſa, quod nomen arci fuit*] Carthaginis ſitum Appianus Lybicis, & Strabo lib. 17. nam apud Liv lib. 26. deſideratur, deſcribit: ſitam eſſe in peninſula, cujus cervix i meridiem continenti Africæ trium fere millium latitudine adhæreat in qua Byrſa & murus ille triplex *Stadius.* Vide & Juſtinum 38. 5.-

l *Hum*

ſa Reſpublica, finem belli repoſcebat. [l] Hunc Paullo Macedonico procreatum, Africani illius magni filius, in decus gentis aſſumpſerat, hoc ſcilicet fato, ut quam urbem concuſſerat avus, nepos ejus everteret. Sed [m] ut quam maxime mortiferi eſſe morſus ſolent morientium beſtiarum; ſic plus negotii fuit [n] cum ſemiruta Carthagine, quam integra. Compulſis in unam arcem hoſtibus, [o] portum

l *Hunc Paullo Macedonico procreatum*] *Paullus Æmilius ex quatuor filiis formæ inſignis, egregiæ indolis, duos jure adoptionis in Corneliam Fabiamque gentem tranſlatos, ſibi ipſe denegavit, &c.* Val. Max. 5. 10. 2. *Camers.* Hic Scipio filius fuit Pauli Aimilii, qui de Perſeo Macedonum rege triumphum duxit, adoptatus quidem in Scipionum familiam, à P. Scipione Africani filio, unde ipſe Scipio appellatus eſt: adoptivo enim adoptantis gentem & familiam ſecuta eſſe, P. Cornelii Scipionis iſtius nomen teſtatur, ſuęque gentis nomen novo cognomini ſubjectum fuiſſe, & Aimilianum ab Aimilio dictum. Lege enim Curiata adoptivus, eodem jure filius adoptantis fiebat, atque ſi eodem patre & matrefamilias ortus fuiſſet. Lex Curiata de adoptione vocabatur, quando Pontifices adoptionis cauſſa approbata, & deinde adoptio comitiis curiatis rogata, jubebatur. Quare Florus hic jure iſtius Aimiliani avum lege adoptionis numerat patrem P. Scipionis illius, qui ipſum adoptaverat: atque Africanus minor ab Africa devicta dictus eſt, ad diſcrimen Africani Scipionis avi ſui. *Stadius.*

m *Vt quam maxime mortiferi eſſe morſus ſolent morientium beſtiarum*] *Brun. lib. 7. pag. 198.* Victis vires ex deſperatione creſcunt: graviſſimi illorum ictus ſunt, qui pugnant ut morituri; nihilque crudelius eſt iris expirantibus. Ex Rup. *Hermannides.*

n *Cum ſemiruta Carthagine*] Voce, *ſemirutum*, Annæum hunc ſolum uſum eſſe volunt, nec præterea uſpiam reperiri. ſed falluntur. bis enim aut ter legiſſe apud alios certo memini. Schedæ meæ mihi non jam ad manum, ex quibus exempla profer. extare in Vellejo puto, niſi me deficit memoria. optimæ gloſſæ apud me, *ſemiruta, leviter emendata*, quam diverſa ſignificatione: cenſeo legendum, *ſemierrata, leviter emendata*. at de illarum gloſſarum bonitate alias dicemus. aliæ gloſſæ, *ſemirutum*, ἡμίχωστον. *Salmaſius.*

o *Portum quoq; maris &c.*] Quis iſte portus maris? An Portum maris αὐτόκτιστον καὶ αὐτοφυῆ ὅρμον, ut Græci dicunt, vocat? ut opponatur foſſitio portui. ſequitur enim, *illi alterum ibi portum ab alia urbis*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

tum quoque maris Romanus obſederat. Illi alteru ibi portum, ab alia urbis parte foderunt: nec u fugerent, p ſed qua nemo illos nec evadere poſ credebat. Inde quaſi enata ſubito claſſis erupit quum interim jam diebus, jam noctibus, nova al qua moles, nova machina, nova perditorum ho minum manus, quaſi ex obruta incendio ſubit de cineribus flamma, prodibat. Deploratis novi ſime rebus, quadraginta ſe millia virorum dedide runt: quod minus credas, q duce Aſdrubal Quanto fortius femina, quæ comprehenſis du bus liberis, à culmine ſe domus in medium m ſit incendium, imitata r reginam, quæ Carth ginem condidit. ſ Quanta urbs deleta ſit, ut c

cæter

parte foderunt. legebam aliquando, *portum quoque Mars Romanus obſederat.* Sed adhuc hæreo, cur non ita loquutus eſt, *portum quoque Romanus obſederat*, ut ſexcentis aliis in locis loquitur? nihil tamen video melius illa lectione, quam etiam confirmant veteres libri. *Idem.*

p *Sed quia nemo illos hac evadere poſſe credebat*] Scripti omnes *nec* pro *hac* retinent. ita igitur hunc locum emendamus: *illi alterum ibi portum ab alia urbis parte foderunt, nec ut fugerent, ſed qua nemo illos, nec evadere poſſe credebat.* manifeſta ſententia. *Idem.*

q *Duce Aſdrubale*] Hic ille eſt *Aſdrubal*, cui cum paulo ante *Scipio* veniam ac ſecuritatem promiſiſſet, præterea decem talenta ex omnibus bonis, ac ſervos ſex, ſi Romanis Carthaginem dederet, iis auditis, quæ offerebantur, *femur identidem percutiens*, Deorumq ac Fortunæ invocans fidem, *nu quam eum diem affore*, dixit, *q Aſdrubalem ſtantem, atque evi ſam Carthaginem unà Sol videat* Patriæ enim conflagrantis ruina prudentibus viris pulcherrimu rogi ornamentum eſſe, ut refe *Polyb. in Excid. Peir. pagg.* 176.18 Ex Rup. *Hermannides.*

r *Reginam*] Dido, quæ Carth ginem condidiſſe ſcribitur, cum Jarba Getulorum rege in matrim nium, ni pareret, bello etia indicto ſollicitaretur: ipſa ne S chæo prætori marito datam m rienti fidem violare cogeretur, v tam ſibi, conſcenſo prius rogo, gl dio finivit: ita Juſtinus lib. XVIII *Stadius.*

ſ *Quanta urbs deleta ſit*] Ca thago condi cœpta à Phœnicibu ante conditam Romam annis LX

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

cæteris taceam, vel ignium mora probari poteſt. quippe per continuos decem & ſeptem dies vix potuit incendium extingui, quod domibus ac templis ſuis ſponte hoſtes immiſerant: ut quatenus urbs eripi Romanis non poterat, triumphus arderet.

CAP. XVI.

Bellum [a] Achaicum.

QUaſi ſæculum illud everſionibus urbium curreret, ita Carthaginis ruinam ſtatim Corinthus excepit, Achajæ caput, Græciæ decus, inter duo maria, Ionium & Ægeum; quaſi ſpectaculo expoſita. Hæc (facinus indignum!) ante oppreſſa eſt, quam in numerum certo-

t Appianus & Juſtinus teſtantur: ıcendio deleta auſpiciis Aimiliai ann. Urbis conditæ DCVII. ætas :aque Carthaginis univerſa fuit nnorum DCLXXVII. patuiſſe amitum XXIV. paſſuum millibus in Epitome numeratur. Hac victoria deinceps Africæ, quæ Carthaginenſibus paruerat, tributum impoſitum eſt, atque ipſa in provinciæ formam redacta. *Idem.*

A *Chaicum*] Achaja Peloponeſi regio huic bello nomen :cit, prætenditur ſinui Corinthiao à ſeptemtrione; ab ortu Sichoia & Corinthia, ab occaſu Ionium ıare, à meridie Arcadiam & Eliem habet. Cauſſa belli fuit, quod, um legati Romanorum Corinthi ıchæorum corpus diſſolvere, ſinulaſque urbes ſui juris facere ideo onantur, ut potentiam Achæoım, qua ſuperbiebant, labefactaent, pulſati aut ſuperbius appellaſunt; tum quod Achæi in Lacedæmonios Pop. Rom, ſocios conjuncta cum Bœotis & Chalcidenſibus ſocietate moviſſent. Metellus prætor ex Macedonia devicto Pſeudophilippo, exercitum per Theſſaliam in Bœotiam duxit, Critolaum Achæorum ducem ad Scharphiam acie fudit; quem alii voragine quadam hauſtum, alii veneno periiſſe opinantur. Metellus Thebas aggreſſus, eas cum Pythea ipſarum imperatore in poteſtatem redegit. Inde Megaram, Alcamene Achæorum præfecto Corin-

certorum hoſtium referretur. Critolaus cauſſa be-
li: qui, libertate à Romanis data, adverſus ipſos
ſus eſt: Legatosque Romanos, dubium an & man,
certe oratione violavit. [b] Igitur Metello ordinan
tum maxime Macedoniam, mandata eſt ultio:
hinc Achaicum bellum ac primam Critolai manu
[c] Metellus Conſul, [d] per patentes Elidis campo
toto cecîdit Alpheo. Et [e] uno prœlio peractu
erat bellum: jam & urbem ipſam terrebat obſidi
ſed (fata rerum!) quum Metellus dimicaſſet, ad v-
ctoriam Mummius venit. Hic alterius ducis Di
late exercitum ſub ipſis [f] Iſthmi faucibus fudit, g-
minc

thum profugiente, dedentibus ſeſe civibus occupat, & ad Iſthmum venit; dumque de pacis conditionibus agit, L. Mummius conſul ſuperveniens cum Diæo Achæorum duce collatis ſignis Achæos vincit & in fugam conjicit: Diæus fugiens, occiſa prius uxore, veneno mortem ſibi conſcivit. Mummius patentibus portis ingreſſus Corinthum incendit, reliquorum mœnia, qui contra Romanos ſeſe armaverant, diruit, atque iis arma ademit. Ex ſententia x. legatorum, qui Roma mittebantur, tributum Græciæ impoſitum eſt, & conſilia ſublata ſunt: inſtitutum autem, ut quotannis eo prætor mitteretur. Mummius conſul de Achæis an. DCVIII. triumphavit, & Achaicus dictus eſt. Ab eo tempore Græciam una cum Epiro provinciam eſſe factam, Strabo & Pauſanias teſtantur; appellatamque Achajam, non Græciam, provinciam, quod Græci ſubacti ſint, principatum Græciæ tenent bus-chæis. *Stadius.*

b *Igitur Metello ordinanti, tu maxime Macedonia mandata ultio*] Hæc quomodo poſſint co-ſiſtere, ignoro; diſtinctione m minus, quam lectione, falſa. C-rinthii ſuperbius appellaverant l-gatos Romanos: mandata ul Metello, qui tunc Macedonia pro prætore regebat. non aut Macedoniæ ultio illi mandata quæ nihil peccaverat, quod vere eſſet, ſi Corinthus in media M-cedonia ſit. lege, *Igitur Mete ordinanti tum maxime Macedoniam, mandata eſt ultio.* Salm.

c *Metellus Conſul*] Erat Præ tantum.

d *Per patentes Elidis campo*] Vetus, *Elide.* eſt *Elidæ.* ſic al *Leucadam* dixit, ut pluribus ibi d putamus. *Salmaſius.*

e *Vno prœlio*] Metellum cum chæis Bœotiſque duobus prœl congreſſum, primo ad Thermop
la

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

ninoſque portus ſanguine infecit. Tandem ab in- :olis deſerta civitas, direpta primum, deinde [g] tu- ɔa præcinente, deleta eſt. Quid ſignorum, quid eſtium, quidve tabularum raptum, incenſum at- ue projectum eſt? Quantas opes & abſtulerit & remaverit, hinc ſcias, quod quicquid [h] Corinthii ris toto orbe laudatur, incendio ſuperfuiſſe com- erimus. Nam & æris notam precioſiorem ipſa o- ulentiſſimæ urbis fecit injuria: quia incendio per- iiſtis plurimis ſtatuis atque ſimulacris, æris, auri, rgentique venæ in commune fluxere.

CAP.

is, altero in Phocæis viciſſe, autores habeo Pauſaniam in Achai- s, & Oroſium 5. 3. *Stadius.*

f *Iſthmi faucibus*] Corinthus faucibus Iſthmi ſita, portus ha- et ab ortu Cenchræas, ab occa- Lechæas: ſinu hinc Corinthia- o, iſtinc Saronico clauditur I- hmi latitudo, qua veluti cervice eloponeſus Græciæ adhæret. patet uinque millia paſſuum. Hunc erfodere aliquot principes ſunt gresſi, ut Peloponeſum inſulam cerent, ſed nullo ſucceſſu. Co- nthum L. Mummius poſt annos cccclii. quam ab Alete Hippo- s filio erat condita, funditus eruit. *dem.*

g *Tuba præcinente*] Forte non epte referretur ad veterem illum in cives animadvertendi ritum, quem ad Tac. 2. 31. Lipſius explanat: ut quemadmodum illo caſu, ſic hoc noſtro, tuba cecinerit, quo omnibus innoteſceret, autoritate juſſuque publico negotium iſtud peragi. Sive potius eo factum, ut eodem modo deſtrueretur, quo condi ſolebant urbes, niſi quod ibi tibiæ adhibitæ. quemadmodum etiam Athenienſium muros diruit Lyſander. *Freinshemius.*

h *Corinthii æris*] Toto orbe celeberrimi. Vide Plin. 34. 2. Hinc Romanis primum ſigna & tabulæ pictæ in precio & admiratione, Plin. 33. 11. quamvis Salluſt. Cat. videatur iſtud Sullæ temporibus tribuere. *Idem.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

CAP. XVII.

Res a in Hiſpania geſtæ.

VT Carthaginem Corinthus, ita Corinthum Numantia ſequuta eſt. Nec deinde toto orbe quicquam intactum armis fuit. Poſt illa duo clariſſimarum urbium incen-

a IN *Hiſpania*] Hiſpaniam primus Amilcar Pœnorum dux latrocinio invaſit, inde Aſdrubal, ejus gener, per annos novem: mox Annibal Amilcaris filius: & ut Hiſpania à Pœnis, jam nimium in ea dominantibus, liberaretur, duo Scipiones Cn. & Publius in eam ſecundo bello Punico miſſi ſunt, qui magna victoria uſi, populique benevolentia aſſeruerant Hiſpaniam à Pœnis, niſi uterque magna clade à ducibus Pœnorum oppreſſus fuiſſet, quæ latius cap. 6. proſecuti ſumus, & qua virtute & fortitudine à P. Scipione ab Hiſpania Carthaginienſes exacti ſint: eaque victoria primam continentis provinciam factam eſſe Hiſpaniam, Marcellinus l. 25. Livius, & Rufus, & alii tradiderunt; ſed terminatam ordinatamque in duas provincias anno DLIIX. apud Livium lib. 42. invenio, in citeriorem ſive Tarraconenſem, & in ulteriorem, hoc eſt, Bæticam & Luſitaniam, & ut in eam duo prætores quotannis mitterentur, qui tunc primum ideo ſex creari cœpti ſunt. Atque anno proximo cum belli moles uſque adeo invaleſceret, ut & conſulari imperio & exercitu opus eſſet, conſules auctoritate Senatus (in cujus poteſtate erat vel conſulares vel prætorias decernere provincias) ſortiri ulteriorem Hiſpaniam juſſi; eam M. Porcius Cato ſortitus eſt, qui bellum ab Emporiis exorſus totam citeriorem Hiſpaniam, quæ rebellaverat, pacavit: CCCC. oppida ab eo capta eſſe Plutarchus tradidit, quod per nuntios calliditate Catonis & celeritate factum eſſe Appianus teſtatur, qui ſingulis ut uno die muros ſuos ſinguli diruerent imperaverant, & dum obtemperant ſinguli, oppidorum CCCC. mœnia diruta eſſe, antequam ſentirent eam cladem ad univerſos pertinuiſſe: hinc prætores Fulvius Nobilior de ulteriore, Manlius Acidinus de citeriore Hiſpania: atque ſequenti anno Calpurnius Piſo & Quinctius Criſpinus de utraque triumpharunt. Exſtant etiam A. Terentii Varronis prætoris de Celtiberis ovatio apud Livium. Inde Fulvii Flacci de citeriore, in qua XXIV. M. hominum fudiſſet. IV. M. cepiſſet, triumphus celebratur. Iſtum excipit Tib. Sempronius Gracchus prætor, quem Celtiberorum CCC. oppida

ncendia, late atque paſſim, nec per vices, ſed ſimul pariter quaſi unum undique bellum fuit; [b] prorſus ut illæ urbes, quaſi agitantibus ventis, diffudiſſe quædam belli incendia toto orbe viderentur. [c] Hiſpaniæ

ida ex Polybio Strabo lib. 3. deleviſſe ſcribit, & pro prætore de iis anno DLXXVII. triumphaſſe, ex triumphorum tabulis conſtat, condidiſſeq; ipſum Gracchutim oppidum, quod antea Illurcis dicebatur, teſtatur Feſtus. L. Poſtumius Albinus eodem tempore de Vaccæis & Luſitanis triumphum egit. Inde poſt biennium de Celtiberia Ap. Claudius Centho ovationem, atque hinc XXV. annis fere in pace citeriorem Hiſpaniam manſiſſe invenio. Interea cum Luſitanis vario eventu bellatum eſt, & graviter Romani ab ipſis per arma vexati ſunt, & cum Africano quodam duce ſocios P. Rom. invaſiſſent, Manilium & Calpurnium Piſonem Romanorum duces fuderunt: Mummius horum ſucceſſor re bene geſta, & cæſis XXV. M. hoſtium triumphavit. Mummio Acilius Balbus, Balbo Sulpicius Galba temporum ſuorum eloquentiſſimus ſucceſſit, quem tradunt Hiſpaniam ulteriorem ex prætura obtinentem XXX. Luſitanorum millibus contra fidem trucidatis, Viriathini belli cauſſam extitiſſe. cetera Florus. Quod ad Celtiberos attinet, iterum contra Romanos belli cauſſas moverunt. Q. Fulvio, T. Annio Coss. anno DC. quia Segida Arevaceum oppidum muris munierant, ac tributa populo Romano pendere recuſarant, contra quam legibus pacis cum Graccho pacti erant, atque res iterum geſta à conſule Fulvio Nobiliore, qui bis parum feliciter cum iis pugnavit: hoc bellum M. Marcellus conſul excepit, omneſque Celtiberiæ populos pacavit, & tributum ab iis DC. talentorum, teſte Strabone, exegit, & Cordubam condidit. Hunc ſecutus eſt Q. Metellus Conſul, cui in alterum annum prorogatum imperium eſt, res maximas geſſit, & cum Contrebiam oppugnaret, pulſas præcipiti loco quinque cohortes legionarias eodem protinus ſubire juſſit; facientibusque omnibus in procinctu teſtamenta, velut ad certam mortem eundum foret, non deterritus propoſito perſeverantia ducis, quem moriturum miſerat militem, victorem recepit: ita Vellejus, Valerius, Frontinus. Metello Quintus Pompejus ſucceſſit, de quo capite proximo. Cetera Florus, & nos per partes proſequemur. *Stad.*

b *Prorſus ut illæ urbes, quaſi agitantibus ventis, &c.*] Non longe diſſidet quod noſter ſcribit ſupra *lib. 2. cap. 6. Deſtinatum Romanis jam diu fulmen Saguntino igne conflavit.* Ut nec illud quod poſtea ſcribit *lib. 3. cap. 18. Eadem fax, quæ illum cremavit, ſocios in arma & oppugnationem urbis accendit.* Ac inde mox *cap. 23. Sed quantum lateque fax illius motus ab ipſo Syllæ rogo exarſit.* Hermannides.

niæ nunquam animus fuit adverſus nos univerſæ con
ſurgere : nunquam conferre vires ſuas libuit, ne
que aut imperium experiri, aut libertatem tuei
ſuam publice. alioquin ita undique mari Pyrenæo
que vallata eſt, ut ingenio ſitus nec adiri quiden
potuerit. Sed ante à Romanis obſeſſa eſt, d quan
ſe ipſa cognoſceret; & ſola omnium provinciaru
vires ſuas, poſtquam victa eſt, intellexit. In ha
prope ducentos per annos dimicatum eſt, à primi
Scipionibus in Cæſarem Auguſtum, non continu
nec cohærenter, ſed prout cauſſæ laceſſierant: ne
cum Hiſpanis initio, ſed cum Pœnis in Hiſpania
inde contagio & ſeries cauſſaque bellorum. Prim
per Pyrenæum jugum ſigna Romana Publius &
Cnæus Scipiones intulerunt: prœliiſque ingentibu
Annonem & Aſdrubalem fratrem Annibalis cec
derunt: raptaque erat impetu Hiſpania, niſi forti
ſimi viri, in ipſa ſua victoria, oppreſſi Punica frau
de cecidiſſent, terra marique victores. Igitur qua
novam integramque provinciam ultor patris & pa
trui Scipio ille, mox Africanus, invaſit: iſque ſta
tim capta Carthagine, & aliis urbibus, non conten
tus Pœnos expuliſſe, ſtipendiariam nobis provin
ciam fecit: omne citra ultraque Iberum ſubjecit im
perio : primuſque Romanorum ducum, victor a
Gade

c *Hiſpaniæ nunquam anim. &c.*] Conſuli hic poteſt *Virdungus* ad illa *Taciti in Agricol. cap.* 12. *Rarus duabus tribusq; civitatibus ad propulſandum commune periculum conſenſus. Ita dum ſinguli pugnant, univerſi vincuntur.* Ex Rup. *Idem.*

d *Quam ſe ipſa cog.*] Pertinet hu
adagium noſtratium, quo dicunt,
quum, ſi vires ſuas noſſet, homin
quippe debiliori, non ita patient
pariturum. Eaque de cauſa, *ſenten
tia in ſenatu dicta, ut ſervos à liber
cultus diſtingueret*, improbata eſt
cu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

Gades & Oceani ora pervenit: Plus eſt provinciam etinere, quam facere: itaque per partes jam huc, am illuc miſſi duces, qui ferociſſimas, & ad id temoris liberas gentes, ideo impatientes jugi, mulo labore, nec incruentis certaminibus ſervire douerunt. Cato ille Cenſorius Celtiberos, id eſt, roour Hiſpaniæ, aliquot prœliis fregit. Gracchus, ater ille Gracchorum, eoſdem [e] centum & quinuaginta urbium everſione multavit. [f] Metellus ile, cui ex Macedonia cognomen, meruerat & ex Celti-

um appareret periculum, *ſi ſervi ominos numerare*, & inde ſuam aultitudinem, vireſque æſtimare, *æpiſſent*. Freinshemius.

e *CL. urbium everſione*] Livius .o. 49. CIII. *oppida intra paucos lies in deditionem accepit*. Polybius uctor eſt evertiſſe Gracchum ccc. ırbes Celtibericas, quod tamen omice exagitat Poſidonius apud ſtrab. lib. 3. pag. 111. in Gracchi gratiam inquiens ab eo turribus ırbium nomen inditum, quod noſtro quidem ſæculo non ſemel vidimus, cum effigies ducum paſſim circumferrentur, adjunctis imaginibus locorum quæ cepiſſent, inter quæ ſæpius ignobiles vici, aut modica oppidula, ſub ingenti titulo conſpiciebantur. *Idem*.

f *Metellus ille, qui ex Macedonia cognomen*] Locus hic non ſatis planus, & mendo, niſi fallor, non vacat. ita ut credam, facit ſcripturarum varietas, quæ fere mendoſi non dubium eſt argumentum: in altero Palatino, *Metellus ille, qui ex Macedonia cognomen meruerat, & Celtiberius fieri*. & ita olim conjecerat præſtantiſſimus Gruterus. ſed ne ſic quidem omnia erunt ſana: & hæc loquutio, *Celtiberius fieri*, neſcio quomodo minus placet, & genium Flori non reſipit. Locum hunc ſic legere & diſtinguere non dubitem: *Metellus ille, qui ex Macedonia cognomen meruerat & ex Celtiberia ferre, qui & Contrebiam & Nertobriges memorabili cepiſſet exemplo, majori gloria pepercit*. vel hoc modo: *Metellus ille, qui ex Macedonia cognomen meruerat & ex Celtiberia ferre: quum Contrebiam & Nertobriges memorabili cepiſſet exemplo, majori gloria pepercit*. Metellus, inquit, ille qui tulerat ex Macedonia cognomen, meruerat & ex Celtiberia ferre, cum duas urbes in Celtiberia cepiſſet, victis pepercit, nec eorum urbes evertit, & ita abſtinuit Celtiberici cognomine, quod ad æternam gentis maculam & opprobrium retinuiſſet. Sed majorem laudem adeptus eſt ob humanitatem & clementiam, qua erga victos uſus eſt, quam ſi ex victoria cognomen tuliſſet. *pro Contrebiam & Nertobri-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

Celtiberia ferre, qui & Contrebiam Nertobrig memorabili cepiſſet exemplo, majori gloria pepe cit. Lucullus g Turdulos, atque Vaccæos. de qu bus Scipio ille poſterior, ſingulari certamine, h quu rex fuiſſet provocatus, opima retulerat. Decim Brutus aliquanto latius, Celticos Luſitanosque, omneis Gallæciæ populos, formidatumque milit bus i flumen Oblivionis: peragratoque victor C cea

ges, unus de Palatinis habet, *cum Celtiberiam memorabili cepiſſet exemplo.* nec longe abit veteris editionis ſcriptura, *Cetebriam*; Hæc Contrebia neſcio an illa ſit, quæ apud Ptolomæum Contrebita, qui juxta eam *Nertobrigam* ponit. ſed de his alibi erit videndum. *Salm.*

g *Turdulos, atque Vaccæos*] Vaccæi in Celtiberia populi ſunt Arevaccis finitimi, à quibus Turduli veteres ad Durium flumen ab occaſu habitabant. In Vaccæos ſine Senatus conſulto, & nulla belli legitima cauſſa, L. Licinius Lucullus conſul movit, ſola avaritia rapiendi & ambitione urgentibus, ut eum accuſat Appianus. Caucæorum xx. M. contra deditionis ſtipulatæ fidem immiſſis, in urbem militibus trucidari juſſit. Cum ſederet ad Intercatiam Vaccæorum oppidum, (nec enim illi Romanorum perfidiæ permittere ſeſe volebant, Caucæorum clade perterriti) barbarus quidam ad ſingulare certamen quemvis Romanorum provocabat: prodiit Scipio Aimilianus, tunc quidem tribunus militum, & barbarum confecit, nec enim Scipio opima referre potuit, ut Florus aſſeverat: quia ea tantum opima ſu ſpolia, quæ dux occiſo à ſe hoſtiu duci detrahit. Idem Scipio, in o pugnatione Intercatiæ, ingens p riculum adiit: nam murum prim conſcendit; ſed Romani à civib magni vi repulſi ſunt, atque cu diu teneret obſidio, fatigatis utrin que partibus, Scipionis Aimilia fidem Intercacienſes ſecuti ſeſe d diderunt. *Stadius.*

h *Cum à rege fuiſſet provocatu* Ita viri docti emendarunt, cum omnibus libris conſtans ſcriptu eſſet, *cum rex fuiſſet provocatu* Sed hac ſuperſedere poterant: v ra eſt enim & proba hæc lectio *cum rex provocatus fuiſſet*: hoc e cum rex provocaſſet. *provocari* pro *provocare*. hoc loco activa habet ſignificationem. vide Priſci num, lib. 8. qui plura ejuſdemm di ex optimis & vetuſtis auctorib recenſet. apud Solinum ſimilit *honoratus eſt*, pro *honoravit.* vulg locus ille corruptiſſimus, ubi Dionyſio loquitur, Siciliæ Tyran no, cum Platonem accitum ad exciperet. Sed in noſtris lection bus plura dicturi ſumus. *Salmaſ.*

i *Flumen oblivionis*] *Ferunt i* *t*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

cani littore, non prius ſigna convertit, quam [k] cadentem in maria ſolem, obrutumque aquis ignem, non ſine quodam ſacrilegii metu & horrore, deprehendit. Sed tota certaminum moles cum Luſitanis fuit & Numantinis: nec immerito. Quippe ſolis gentium Hiſpaniæ duces contigerunt. Fuiſſet ... cum omnibus Celtiberis, niſi dux illius motus, initio belli oppreſſus eſſet, ſummus vir aſtu & audacia, ſi res ceſſiſſet, Salondicus: qui [m] haſtam argenteam

r Celticos & Turdulos, cum feciſ-
nt expeditionem eo, Limæum flu-
en cum tranſiiſſent, ortam ſeditio-
m. ad quam cum acceſſiſſet ducis
itus, manſiſſe illos ibi diſperſos,
deque Oblivioni fluvio factum no-
en. Strabo lib. 3.

k *Cadentem in maria ſolem*] Anquitas *Apollinem* quotidie ad veeram in *Tethyos* cubilia ſe recientem fingebat. Ipſe apud *Ovid.* *b. 2. Met.*

Tunc etiam quæ me ſubjectis excipit undis
Ne ferar in præceps, Tethys ſolet ipſa vereri.

Quo reſpiciens *Silius Italicus lib.* 3. Tethyn appellat *Phœbea cubilia.* Hinc ſubjicit noſter, *non ſine quoam ſacrilegii metu & horrore.* Ex adem ſuperſtitione manavit illud cytharum apud *Curt. lib.* 7. *cap.* 8. *i Dii habitum corporis tui aviditati animi parem eſſe voluiſſent; oris te non caperet: alterâ manu Oientem, alterâ Occidentem contineres: & hoc aſſequutus ſcire velles, ibi tanti numinis fulgor conderetur.* Ex Rup. *Hermannides.*

l *Non ſine quodam ſacrilegii metu*] Scaliger ad Euſebium pag. 134. putida hæc cenſet & κακόζηλα. & videntur ſane, niſi forte Florum tueatur Tacitus de mor. Germ. 34. 7. ubi dicit; *Sanctius ac reverentius viſum, de actis deorum credere, quam ſcire.* ideo ſacrilegium pœne fuiſſe ait Florus, prægrande illud myſterium coram deprehendere. Quo etiam alluſiſſe videtur exquiſitiſſimus adulator L. Vitellius, qui Cajo percontanti, *vidiſſetne ſe cum Luna congredi? oculis in terram demiſſis, tremens, velut attonitus, exigua voce: ſolis reſpondit, Domine, vobis diis licet invicem videre.* Dio lib. 59. fin. *Freinshemius.*

m *Haſtam argenteam quatiens*] Commento uſus eſt apud imperitam multitudinem efficaciſſimo, quæ ſuperſtitione capta, nullum, pro Duce ſuo, ſolet recuſare periculum, ſi cum Diis eum putat habere commercium. Vid. *Lipſ. Notas ad lib.* 1. *ſuor. Polit. cap.* 3. & in *lib. adverſ. Dialogiſtam* ad illa verba: *Hi tales multos impellunt ad mutationem rerum.* Sic *Attalus*, ut animos militum ſuorum pavore liberaret, eoſdem religione ſibi occupan-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

genteam quatiens, velut cœlo miſſum, [n] vaticinanti ſimilis, omnium in ſe mentes converterat. Sed quum [o] pari temeritate ſub nocte caſtra conſulis adiiſſet, juxta tentorium ipſum pilo vigilis exceptus eſt. Cæterum Luſitanus Viriatus erexit, vir calliditatis acerrimæ: qui [p] ex venatore latro, ex latrone ſubito dux atque imperator, &, ſi fortuna ceſſiſſet, Hiſpaniæ Romulus: non contentus libertatem ſuorum defendere, per quatuordecim annos omnia citra ultraque Iberum & Tagum, igni, ferroque populatus; caſtra etiam prætorum, & præſidum aggreſſus, Claudium Unimanum pœne ad internecionem exercitus cecîdit, & inſignia trabeis & faſcibus noſtris, quæ ceperat, in montibus ſuis trophæa fixit: tandem etiam Fabius Maximus conſul oppreſſerat: ſed à ſucceſſore Pompilio violata victoria est. quippe

cupandos cenſuit, quæ, ad impellendam quoquoverſum multitudinem, omni ævo plurimum poſſe credita eſt. Ex Rup. *Hermann.*

n *Vaticinanti ſimilis*] Ejuſmodi ſuperſtitio quantum roboris habeat in animis imperitæ plebis, præter hoc exemplum etiam teſtimonio ſunt Eunus apud noſtr. infra 3. 19. Sertorius, qui cervam quam manſuefecerat, Dianæ mandata ad ſe perferre ſimulabat, apud Plutar. in vita cap. 16. Maricus Bojus apud Tacit. H. 2. 61. *Freinsh.*

o *Pari temeritate ſub nocte caſtra conſulis adiiſſet*] Similis audaciæ exemplum refert *Ammianus Marcellinus* de *Gallis* quibuſdam militibus in urbe Meſopotamiæ *Amidâ* à Perſarum Rege obſeſſis, *qui clam noctu urbem egreſſi, obſervatâ nocte ſqualidâ & illuni ca[...] prope hoſtes veniſſent, confert va[...]do curſu, quibuſdam ſtationariis [...]terfectis, exteriores caſtrorum vig[i]les, ut in nullo tali metu ſopitos o[b]truncarunt, atque ita Regi ipſi, [ſi] proſperior illuxiſſet eventus, ſupe[r]venire occultè meditati fuerant: a[t]que hi Galli*, inquit author, *n[...] Rheſum, non cubitantes pro mu[...] Iliacis Thraces; ſed Perſarum R[e]gem, armatorum centum millib[us] circumſeptum, ni obſtitiſſet viole[n]tior caſus, in ipſis tentoriis obtru[n]caſſent*. Ex Rup. *Hermannides.*

p *Ex venatore latro, ex latro[ne] dux atque imperator*] Sic *Maxim[i]nus* prima pueritia fuit *paſtor*, no[n] nunquam etiam *procerto*, (h[...] pr[...]

uippe qui conficiendæ rei cupidus, fractum du-
em, & extrema deditionis agitantem, per frau-
em, & inſidias, & domeſticos percuſſores aggreſ-
s, q hanc hoſti gloriam dedit, ut videretur aliter
nci non potuiſſe.

CAP. XVIII.

Bellum [a] Numantinum.

NUmantia, quantum Carthaginis, Capuæ, Corinthi opibus inferior; ita virtutis nomine & honore par omnibus, ſummumque, ſi viros æſtimes, Hiſpaniæ decus. quippe

opugnator, qui ſuos vindicabat
incurſibus latronum, eorumque
m & injuriam propulſabat, ut il-
m locum reſtituit & explicat *Sal-
aſius*) qui latronibus inſidiaretur,
ſuos ab incurſionibus vindica-
t. *Capitol. in Maxim. lib. 2. c. 90.*
x eod. *Idem.*

q *Hanc hoſti gloriam dedit*] Sem-
er hoc genus victoriæ turpe vi-
m. *Albericus Gentilis in Syntagm.*
I. B. Piccart. Decad. 10. cap. 2.
ddat quis Notas *Rupert. ad Vellej.*
b. 2. cap. 1. NB. Hiſpanica lin-
ua vulgatus fuit olim liber *De In-
itutione Chriſtiani Principis*, quem in Italicam verſum à *Martino Roſſo Fabriano* ediderunt Veneti anno 1546. in quo præter alia aliis indicta & inaudita de hoc *Variato* legitur, *veneno eſſe ſublatum*; cum Romani Scriptores omnes ὥσπερ ἐξ ἑνὸς στόματος Viriatum, *domeſticorum ſuorum ferro periiſſe* referant, quo jugulum ei ſectum fuerit à Conjuratis, cum toto corpore armatum aliter occupare non poſſent. Narratur ibidem è *Iunio Ruſtico*, Viriatum *voluiſſe milites ſuos geſtare calceos plumbeos, ne facile ſeſe in fugam conjicerent*. Idem.

NVmantinum] Arevacces Celtiberiæ populi Segidam
uris, contra fœdera cum Graccho
ercuſſa, muniebant, quare Ful-
ius Nobilior conſul in eos ex S.C.
ovit cum xxx. millium exercitu. Segidani non audebant ſeſe urbi, nondum ſatis firmæ, includere: fugiunt, & Carum ducem ſibi deligunt, qui Fulvium vicit; ſed dum incautius in diſperſos fuga Romanos provehitur, Carus occiditur. Segiden-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

quippe quæ [b] ſine muro, ſine turribus, modice e-
to in tumulo apud flumen Durium ſita, quatu
millibus Celtiberorum, quadraginta millium exe-
citum, per annos quatuordecim ſola ſuſtinuit: n
ſuſtinuit modo, ſed ſævius aliquanto perculit, p-
dendisque fœderibus affecit. Noviſſime quum i-
victam eſſe conſtaret, opus quoque eo fuit, qui C
thaginem everteret. Non temere, ſi fateri lice,
ullius cauſſa belli injuſtior. [c] Sedigenſes, ſocios
conſanguineos, Romanorum manibus elapſos, e-
ceperant: habita pro eis deprecatio nihil valui,
quum ſe ab omni bellorum contagione removerer,
in legitimi fœderis pretium, juſſi *arma deponere*.
Hoc ſic à barbaris acceptum, quaſi manus abſci
derer

Segidenſes diſſipati fugiunt, quos Numantini, ut ſocios & conſanguineos, excipiunt, & Fulvium, ad Numantiam moventem exercitum fortiter profligant, cæſis quatuor millibus Romanorum; & hinc hujus belli cauſam repetit Florus: atque cum Fulvius Cos. cum T. Annio fuerit anno DC. debellatum ſit cum Numantinis à Scipione Aimiliano anno DCXX. recte colligit Strabo, bellum hoc cum Numantinis geſtum eſſe annis viginti. *Stadius.* Bellum Numantinum ſcripſerunt, *Epit. Liv.* 57. & ſeqq. *Auctor de Vir. Illuſtr. cap.* 58. & 59. *Valer. Max.* 2. 7. 1. 3. 2. 7. *Ext.* 7. 6. 2. *Ext. Auguſt. Civ.* 3. 21. *Eutrop.* 4. 3. *Oroſ.* 5. 6. Camers. Adde *Strab. lib.* 3. *pag.* 112. *Vell.* 24. 3. *Appian. in Hiſpanicis. Frontin.* 4. 1. 1. *Plut. Mario, cap.* 3. *Veget.* 3. 10. *Diodor. in Excerp. Valeſ. pag.* 381. Ex Freinshemio *Hermannides.*

b *Sine muro*] *Nec enim eſt m gnus murorum uſus urbibus cu viris vincendi gnaris.* Plut. Sym 2. 5. Sic ad hoc quoque caput pe tineat quod Strabo lib. 3. ait: *Qu dam eorum qui ad Durium amne accolunt, Laconica uti vitæ ration* Nam Sparta ſine muris, ad Antig num uſque, ſi credimus Juſtino 1 5. *Freinshemius.*

c *Sedigenſes, ſocios*] Omnino v rum eſt, *Segidenſes*: quod cum a jam vidiſſent, mirum eos retinuiſſ tres ſcripti Codices, *Segidenſes* ſcr bunt. *Salmaſius.* Ita hanc Taciti vc cem legit & *Sigon. Comment.* i *Tabb. Capitol. A. V.* 613. *Pigghiu lib.* 12. *Annal. in A. V.* 612. *Strab lib.* 3. *pag.* 162. Τῶν Ἀρεβακῶν ἐςὶ Σέγιδα πόλις καὶ Παλαντία. h. e. *Are vacorum Vrbes ſunt etiam Segida & Palantia.* Stephanus de Urbibus

Σεγίδ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

lerentur. Itaque ſtatim, d Megara fortiſſimo du-
:e, ad arma converſi, e Pompejum prœlio aggreſſi, œdus tamen maluerunt, quum debellare potuiſ-
ent. f Hoſtilium deinde Mancinum. hunc quo-
que

ιεγίδη πόλις Κελτιβέρων. *Ptolomæus* tiam *Arevacorum* quandam Σεγβίαν appellat. *Hermannides.*

d *Megara viro fortiſſimo duce*] lud *viro* mihi ſuſpectum eſt: nec :mere. ſatis fuiſſet dicere, *Megara* *rtiſſimo duce.* Hoc leve tamen ar-umentum. illud fortius, quod o-nnes libri *victo*, non *viro*, ſcribunt. n legendum, *Megara invicto & rtiſſimo duce?* an potius *Megara-icto*, aut *Megaravisto*, ut *Megara-iſtus* ſit nomen proprium illius ucis? Quibus otium eſt, verum uærere non omittent, nos ad ſe-uentia pergimus. *Salmaſius.*

e *Pompejum*] Q. Pompejus no-us homo & primus de ſua gente d conſulatum provectus, in cite-ore Hiſpania Q. Metello ſucceſ-t, & extrema hieme ad Numan-am caſtra poſuit: ſed inopinata Jumantinorum eruptione & fre-uenti clade fatigatus, adhæc gra-iſſimo exercitus ſui morbo fra-tus, frumentationeque, ob ho-ium ferociam, intercluſa coactus ›lvere obſidionem, cum Numan-nis ita paciſcitur, ut darent obſi-es, traderent perfugas & XV. ta-nta penderent. Eam pacem Sena-ıs irritam eſſe juſſit, miſſusque iceſſor Pompejo Popillius Lænas :oconſul, dum ſcalis oppidum ag-redi fruſtra conatur, recipientem : ac ſuos revocantem & averſum, :uptione facta, Numantini ad-orti ſunt, & fuderunt fugaruntque. *Stadius.*

f *Hoſtilium*] C. Hoſtilius Man-cinus conſul in Hiſpaniam citerio-rem iturus, terrebatur prodigiis: obnuntiabat pullarius pullos è ca-vea emiſſos in proximam ſilvam a-volaſſe; vox fortuita & certa, Man-cine mane, excepta erat: anguis etiam in navi repertus è manibus elapſus eſt. Victus itaque, & cum exercitu XXX. millium fugatus à Numantinorum IV. millibus & in caſtris ſuis obſeſſus, ignominio-ſam pacem facere coactus eſt, quam contumelioſa deditione ſua quia ſenatus ratam eſſe noluit, in-firmaret: ita ut numerum prodi-giorum numero calamitatum ex-æquaverit. Fœdera enim (quæ pro-prie tamen ſponſiones, teſte Livio, ſunt dicenda) ſi qua ab imperatori-bus populi Romani non conſulto Senatu aut ſine juſſu populi cum hoſte facta erant, eorum qui fece-rant deditione infirmabantur, & populus Romanus religionis fœ-dere exſolvebatur: ita etiam in Caudina pace factum eſſe, libro I. cap. XVI. ſcripſimus. Mancinus ita-que nudus à P. Furio Philo conſu-le, manibus poſt tergum revinctis, ante portas Numantinorum expo-ſitus, ibique in noctem à ſuis de-ſertus, ab hoſtibus non receptus, triſti ſpectaculo utriſque commiſe-rationem movit. Romani hac Man-cini

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

que aſſiduis cædibus ita ſubegerunt, ut g ne ou-los quidem aut vocem Numantini viri quiſquam u-ſtineret. Tamen cum hoc quoque fœdus male-re, contenti armorum manubiis, quum ad intere-cionem ſævire potuiſſent. Sed non minus Num-tini, quam Caudini illius fœderis, flagrans igno-nia ac pudore populus Romanus, dedecus quid-præſentis flagitii, deditione Mancini expiavit: c-terum duce Scipione, Carthaginis incendiis ad-cidia urbium imbuto, tandem etiam in ultionem c-canduit. Sed tunc h acrius in caſtris, quam in ca-po, noſtro cum milite, quam cum Numantin-prœliandum fuit. Quippe aſſiduis & injuſtis & ſ-vilibus maxime operibus attriti, ferre plenius v-lum, qui arma neſcirent; luto inquinari, qui ſ-guine nollent, jubebantur. Ad hoc i ſcorta, -lones, ſarcinæ, niſi ad uſum neceſſariæ, amputa-

t

cini deditione cum ſeſe ſatisfeciſſe fœderi crederent, Calpurnium Piſonem conſulem miſerunt, qui novam cladem accepit exercitu ejus oppreſſo. Atque hactenus ſex Coſſ. ſex exercitus conſulares ab unius & exiguæ urbis præſidio nihil præter contumeliam & calamitatem retulerunt: magno ſane documento, ſi Hiſpaniæ duces contigiſſent, ſi ipſa antequam vires ſuas noſſet, oppreſſa non fuiſſet, nunquam Romano imperio ſervituram fuiſſe. *Stadius.*

g *Ne oculos quidem*] Vanis ſæpe plus commoventur militum animi, quam juſtis formidinis cauſis. Quidam ſolo *aſpectu* debellari patiuntur. *Grut. Diſcur. XIII. in Tacit.* & *Barth. lib. 2. Ableg. Critic. cap.* Quidam *clamore* ſolo. At de virtute *Seneca lib. de Conſt. Sapi. cap. 5. Adverſus apparatus te-bilium rectos oculos tenet, nihi-vultu mutat, ſive illi dura, ſiv-cunda oſtentantur.* Hermanni

h *Acrius in caſtris &c.*] Sim-ter *Tacit. lib. 13. Annal. cap. 35. Corbuloni plus molis adverſus ig-viam militum, quam contra p-diam hoſtium erat.* Idem.

i *Scorta*] De removendis tantum Scortis, ſed etiam Ux-bus è caſtris militum, vid. *Ber-ger. in Germ. Tacit. q. 41.* Hinc c-dam Romanos caſtra ſua dix-volunt χειροσίδηρα ἐ κασοὶ, ut bet *Morell. in lib. 5. Silvarum Sta-pag. 1*

tur. Tanti eſſe exercitum, quanti imperatorem, vere proditum eſt. Sic redacto in diſciplinam milite, commiſſa acies: quodque nemo viſurum ſe unquam ſperaverat, factum eſt, ut fugientes Numantinos quisquam videret. Dedere etiam ſeſe volebant, ſi toleranda viris imperarentur. Sed quum Scipio veram vellet, & ſine exceptione, victoriam, eo neceſſitatum compulſi, ut deſtinata morte in prœlium ruerent, quum ſeſe prius [k] epulis, quaſi inferiis, impleviſſent, carnis ſemicrudæ, & [l] celiæ, ſic vocant indigenam ex frumento potionem. Intellectum ab imperatore conſilium: itaque [m] non eſt permiſſa pugna morituris. Quum foſſa, atque lorica, quatuorque caſtris circumdatos, fames premeret; ab duce orantes prœlium, ut [n] tanquam viros occideret, ubi non impetrabant, placuit eruptio. ſic conſerta manu plurimi occiſi: & quum urgeret fames, aliquantiſper [o] inde vixere. noviſſime conſilium fugæ ſedit; ſed hoc quoque, ruptis equorum cingulis, uxores ademere, ſummo ſcelere,

per

ig.170. quod nimirum fœminas è caſtris removerent. Ex Rupert. lem.

k *Epulis, quaſi inferiis*] Paſſim animadvertas hunc morem apud noſtrum 4. 2. 4. 12. & Tacit. 2. 31. ationem reddit Salomon Prov. 31. & Livius 26. 14. *Vt alienentur entes ab imminentis ſenſu mali.* reinshemius.

l *Celiæ*] Cereviſiæ, ut fere vocar, genus. Vidè late de hac re Hacianum Junium animadverſionum 12. Plin. 14. 22. fin.

m *Non eſt permiſſa pugna morituris*] Prudenter. cum deſperatis enim pugnare, nihilo ſanioris ſit, quapropter id ſedulo caverunt duces. Ageſilaus pugnare ob hanc cauſam noluit, cum Meſſeniis, & cum Thebanis. Locris certe à Crotoniatis pugnare coactis, *non alia cauſa victoriæ fuit, quam quod deſperaverunt.* Juſtin. 20. 3. *Freinsh.*

n *Tanquam viros*] Nam ille aliter pereundi modus, viliſſimos fortiſſimoſque non diſtinguit. Senſerunt hoc Alexandri milites cum

T *que-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

per amorem. Itaque deplorato exitu, in ultimam rabiem furoremque converſi, poſtremo mori p hoc genere deſtinarunt: duces ſuos, ſeque, patriamque, ferro & veneno, ſubjectoque undique igne peremerunt. Macte fortiſſimam, &, meo judicio, beatiſſimam in ipſis malis civitatem! aſſeruit cum fide ſocios, populum orbis terrarum viribus fultum, ſua manu, ætate tam longa, ſuſtinuit. Noviſſime, maximo duce oppreſſa civitas, nullum de ſe gaudium q hoſti reliquit. r Unus enim vir Numantinus non fuit qui in catenis duceretur. Præda, ut e pauperibus, nulla: arma ipſi cremaverant. Triumphus fuit tantum de nomine.

C A[P.]

quererentur clariſſimum regem non in acie ſaltem, non ab hoſte dejectum; ſed abluentem aqua corpus ereptum eſſe. Curt. 3. 5. *Idem.*

o *Inde*] Hoc eſt, ex cadaveribus occiſorum. meminit Val. Max. 7. 6. 2. ext. *capta jam urbe complures inventos, artus & membra trucidatorum corporum ſinu ſuo geſtantes*. Idem.

p *Hoc genere*] Theogenem quendam hujus facinoris authorem facit Val. Max. 3. 2. 7. ext. Vide & Senec. de ira 11. Simili furore à victorum poteſtate ſe ſuaque vindicarunt *Abideni*, apud Polyb. 16. 16. *Aſtapenſes*, Liv. 28. 22. *Cantabri*, infra 4. 12. *Cappadoces*, Juſtin. 13. 6. *Carthaginienſes*, Florus 2. 15. Val. Max. 3. 2. 8. ext. *Cimbricæ* feminæ, infra 3. 3. *Gallica quædam gens*, Oroſ. 5. 14. & plurimi alii. *Idem.*

q *Hoſti reliquit*] Appianus [tra]dit Scipionem, quinquaginta [ad] triumphum ſelectis qui eſſe[nt] maxime ſpecie eſſent, reliquos [sub] corona vendidiſſe. At hic forti[tu]dinem Numantinorum ex Scip[io]nis maximi imperatoris confeſ[sio]ne deprehendere licet. Obſepto[s e]nim & veluti indagine clauſos [fa]me, quos armis non poterat, fre[git] intra annum atque tres me[nſes] quam eo venerat, teſte Vellejo [lib.] 2. *Stadius*.

r *Vnus enim vir &c.*] Diſſe[ntit] Strabo lib. 3. & Appianus: ſed à [no]ſtro ſtat Veget. 3. Sic Tacit. 1. *præcipuam ipſi fortiſſimarum le[gio]num curam, quibuſcum tot bella [to]leraviſſet*. De triumpho Scipio[nis] Plin. 33. 11. *Freinsh.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

CAP. XIX.

HActenus populus Romanus pulcher, egregius, [a] pius, ſanctus, atque magnificus. Itaque [b] reliqua ſæcula, ut grandia æque, ita vel magis turbida & fœda; reſcentibus, cum ipſa magnitudine imperii, vi: adeo ut ſi quis hanc tertiam ejus ætatem transrinam, [d] quam ducentorum annorum fecimus, divi-

a *Ius, ſanctus, &c.*] Æquiſſimis legibus temperata fuit ublica, plebe in honorum & ugiorum ſocietatem admiſſa, rrhi regis bello uſque ad ter- bellum Punicum: ex quo tem- præclara illa, & ad omnis potatis memoriam illuſtria abſti- iæ, modeſtiæ, fortitudinis, is denique concordiæ exem- dita ſunt: tum enim Fabricii, Curii viguerunt; tum Metelli, ii, Marcelli, Scipiones, Paulli uerunt, quorum ut excelſam in o animi magnitudinem ac pru- iam; ita incredibilem in pace tiam ac moderationem merito irareris & coleres. Poſt autem re jam labante diſciplina, mo- s quoque ad levitatem & am- onem nimiam inclinatis, luxu- avaritia graſſantibus: ſenſim ub. conſenſus tentatus atque factatus, & injuſta tandem po- dominatione everſus eſt: eum que Gracchi, Saturninus, Dru- urioſi & amentes tribuni plebis im agrariis, partim judiciariis bus ferendis, ut ita ſibi plebem obſtringerent, ejuſque potentiam ſupra optimatium efferrent, perturbarunt. Atque hinc jam factionum & partium ſtudia gliſcere, ſeditionum & civilium bellorum incendia graſſari incipiunt, quouſque mutuis cladibus laniata Reſpublica, ab unius dominatione in æternum ſervitium oppreſſa eſt. *Stad.*

b *Reliqua ſecula, ut grandia æque*] Grande ſane vitium hujus lectionis; quod minimo tamen labore poteſt tolli. An ab hoc tempore tot ſecula fluxerunt uſque ad Cæſaris & Pompeji furores civiles? Vix profecto triginta anni, plus aut minus, interjacent, ab hac Numantiæ everſione uſque ad illa bella civilia. Scribendum itaque: *Reliqua ſeculi, ut grandia æque ita, vel magis turbida & fœda.* Salmaſius.

c *Creſcentibus cum ipſa magnitudine imperii*] Ea mente Tacit. H. 2. 38. 1: *Vetus ac jam pridem inſita mortalibus potentiæ cupido, cum* imperii magnitudine adolevit, &c. Adde infra, 3. 12. 11. *Freinsh.*

d *Quam ducentorum annorum fecimus*] Supra Prologo num. 8.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

dividat, centum hos priores, quibus Africam, M- cedoniam, Siciliam, Hiſpaniam domuit, e *aureos* (ſicut poëtæ canunt) jure meritoque fateatur: c- tum ſequentes, *ferreos* plane & cruentos: & ſi qid immanius. quippe qui Jugurthinis, Cimbricis, M- thridaticis, Parthicis bellis, Gallicis atque Germ- nicis, quibus cœlum ipſum gloria aſcendit, Gr- chanas, Druſianasque cædes, ad hoc Servilia b- miſcuerunt: & ne quid turpitudini deſit, Glad- toria. Denique, f in ſe ipſe converſus, Marian- atque Sullanis, noviſſime Pompeji, & Cæſaris r- nibus, quaſi per rabiem, & furorem, g & nef- h ſemet ipſe laceravit. Quæ etſi involuta inte- ſunt omnia atque confuſa; tamen i quo melius ap- reant, ſimul &, ne ſcelera virtutibus obſtrepant,

para-

unde magis apparet, ipſius auctoris eſſe lectionem, quam ibi repoſuimus. *Idem.*

e *Aureos*] De aurea ætate, & aliis, & cur ſic dicta, notavi multa, primo in Ruffinum, in annotationibus Claudiani. *Camers.*

f *In ſe ipſe converſus*] Juſtin. 44. 2. 2. de Hiſpanis: *Si extraneus deeſt, domi hoſtem quærunt.* Ubi vid. not. Bernec. *Freinshemius.*

g *Et nefas*] Non diſplicet ſententia Acidalii, qui, ad Vellei. 2. 51. 1. *hei nefas* reſcribendum arbitratur. quamvis etiam abjici poſſit iſtud *&*, ut legatur, (*nefas!*) ſicut infra, 2. 20. 7. & 4. 2. 14: & alibi. *Idem.*

h *Semet ipſe laceravit*] More furentium ſuos ipſe artus & ſua membra cædens, quod de Macedonibus dixit Juſtinus, 13. 6. 17: Quomodo Sidonius, Carm. 5.

—— *Pharſalica Cæſar*
Arva petens, ſubitas ferro co-
ſcuit iras.
Sed ſua membra ſecans. ——

i *Quo melius appareant*, Recte, nec ſine exemplis optim- rum ſcriptorum. Vide Curt. 5. & 2. Tac. 12. 40. 11. & 13. 9. 7. lei. 1. 14. 1. Sic Appianus be- Viriathicum ſeorſim congerit, ſi quid eodem tempore in Hiſp- geſtum eſt, in alium locum re- Adde infra, 3. 12. 14: & Su- nium, Auguſto, 9. 1. Eodem filio Ovid. Faſt. 1. 61:

Hæc mihi dicta ſemel, totis
rentia faſtis,
Ne ſeriem rerum ſcindere
gar, erunt.

Aliter tamen Siſenna, apud nium, verbo *Saltuatim.* Freins-

a

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

aratim proferentur: priusque, ut cœpimus, juſta lla, & pia cum exteris gentibus bella, memorabinus: magnitudo creſcentis in dies imperii appareat. um ad illa civium ſcelera, turpesque & impias punas revertemur.

CAP. XX.

Bellum Aſiaticum.

VIctâ ad Occaſum Hiſpaniâ, populus Romanus ad Orientem pacem agebat: nec pacem modo; ſed inuſitata & incognita quadam felicitate: relictæ regiis hæreditatibus opes, [b] & tota inſimul regna veniebant. Atalus rex Pergamenorum, regis Eumenis filius, ſoii quondam commilitonisque noſtri, teſtamentum eliquit: *Populus Romanus bonorum meorum hæres eſto.* [c] in bonis regis fuerant. Adita igitur hæreditae, provinciam populus Romanus, non quidem bel, nec armis; ſed, quod eſt æquius, teſtamenti jue retinebat. Sed hanc, difficile dictu eſt, utrum faci-

V *Ictâ ad Occaſum*] Alter Palatinus ab hoc capite exortur librum tertium hujus operis: ii libri tantum à ſequenti, ut hatenus omnes editi. *Salmaſius.*

b *Et tota inſimul regna*] Nazaanus, *inſemel.* & fortaſſe melius, qua voce in librum primum diimus. *Idem.*

c *In bonis regis fuerant*] Larga uidem & liberali interpretatione omanorum. nam aliter ſecus videri poſſit; ut privatum tantum inſtrumentum intellexerit Attalus. Regna enim, niſi quæ aliquis acquiſiverit armis, regum ita non eſſe videntur, ut in externos tranſmitti poſſint, abſque conſenſu populi. Eodem tamen modo poſtea Romanis legata dicuntur regna: *Ægypti*, apud Cicer. de L. Agrar. *Bithyniæ*, Vellei. 2. 4. *Cappadociæ*, Jordan. de ſucceſſ. regn. c. 55. &c. *Freinshemius. Salmaſius* putat legendum: *In bonis regis hæc fuerunt.* Sed *Virdungus* exiſtimabat

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

facilius amiſerit, an recuperaverit. [d] Ariſtonic[...] regii ſanguinis ferox juvenis, urbes regibus pare[...] conſuetas, partim facile ſollicitat: paucas reſiſte[...]tes, [e] Myndum, Samon, Colophonem, vi recep[...] [f] Craſſi quoque prætoris cecîdit exercitum, ipſu[...]que cepit. ſed ille memor & [g] familiæ, & Roma[...] nominis, cuſtodem ſui barbarum virgula excœc[...] in exitium ſui, quod volebat, ita concitat. Mox Perperna domitus, & captus, & per deditionem [...] vinc[...]

poſt hæc verba deeſſe non pauca, regionum puta, urbium, aliarumque ditionum nomina, quæ in hæreditatem venerant, aut in bonis fuerant Attali. Convenientior tamen eorum ſententia eſt, qui ad ſuperiora hæc referunt; ſcilicet *Tota inſimul regna veniebant*, & paulo poſt, *Populus Romanus bonorum meorum hæres eſto*. Hermann.

d *Ariſtonicus*] Ariſtonicus Eumenis, cui Attalus ſucceſſerat, ex pellice filius, Aſiam, ut paternum regnum, multorum regum opibus & favore adjutus invadit. P. Licinius Craſſus conſul & Pontifex Maximus extra Italiam, quod nunquam antea factum fuerat, profectus, prœlio, inordinata acie, cum Ariſtonico ad Leucas commiſſo, victus & captus, inde à barbaro in ſui cędem proritato occiſus eſt. Caput Ariſtonico oblatum, cadaver Smyrnæ ſepultum eſt. *Stad.*

e *Myndum*] De his Strabo, ubi ſupra *Plin.* 2.28. Ex Camer. *Herm.*

f *Craſſi*] Hujus tria nomina apud Livium Epit. 59. 2. *P. Licinius Craſſus*: quartum *Mucianus* apud Gellium 1. 13. Hunc omnes eſſe putant Craſſum, quem in Chro[...]cis conſulem invenies ſcriptum [...] U. C. DCXXIII. Craſſus ille qu[...] Aſiam conſul venerat, fortaſſe in[...]quenti anno, qui M. Perpernam [...]buit conſulem, non jam conſul, [...] procos. aut prætor, cæſus fuit, [...]tequam Perperna in Aſiam per[...]niſſet, ei in illa provincia ſucceſ[...]rus. Vellejus enim quando h[...] Craſſum procos. cæſum dicit, [...]dit decedentem ex Aſia. *Vinetus*

g *Familiæ*] Non tam adopti[...] quam agnatæ, Muciæ nimirum, [...]de *Mucianus* appellatus eſt: ſo[...]bant enim Romani adoptantis q[...]dem adſumere nomen, ſed & [...] familiæ retinere, quamvis aliqu[...]tum deflexum. *Freinsh.* M. Perp[...]na, qui conſul fuit antequam ci[...] Craſſo in Aſiam ſucceſſit: hic A[...]ſtonicum recenti victoria graſſa[...]tem & exultantem inopinato pr[...]lio aggreſſus fudit & in fugam v[...]tit, atque Stratonicen, qua ſe ex [...]ga Ariſtonicus receperat, obſed[...] fameque eum ad deditionem co[...]git. Perperna Pergami ex morb[...] antequam de bello confecto triu[...]pharet, mortuus eſt. *Stadius.*

h *Aqu*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

inculis habitus. h Aquilius Aſiatici belli reliquias confecit, mixtis (nefas!) i veneno fontibus ad deditionem quarundam urbium. Quæ res ut maturam, ita infamem fecit victoriam. quippe quum, contra fas deum moresque majorum, medicaminibus impuris, in id tempus ſacroſancta Romana arma violaſſet.

LIBER

h *Aquilius*] Manius Aquilius onſul Perpernæ ſucceſſor, ordinata cum decem legatis provincia Attalicas gazas Romam deportavit, t de victoria alterius labore parta, t capto Ariſtonico triumphavit; riſtonicus in carcere juſſu Senatus ſtrangulatus eſt. Aquilium ante triumphum ordinaſſe provinciam Aſiam, eamque magnis mulisq; vectigalibus & ſervitute quoque multaſſe conſtat: denique poſt riennium lege Sempronia tribunitia, incertum vectigal, utpote, quod Cenſoribus Romæ locaretur, Aiæ fuiſſe impoſitum; quod in decimis, portoriis, ſcripturis exercerent, ex Verrinis actionibus manifeſtum eſt: eandem, tanta proventuum copia nobilem extraordinaris tributis frequenter fuiſſe vexatam, ex Cicerone, tum ex impotenti Antonii Triumviri tyrannide conſtat. *Idem.*

i *Veneno*] De fontium aquis veneno inficiendis refert *Philo in Poliorcetico*; ſed qui adhuc ineditus latet in Bibliothecis, *Caſaubonus ad Æn. Tact. cap.* 7. Rup. Confer *Hug. Grot.* lib. 3. de J. Belli ac Pac. cap. 4. §. 16. & Notas ad illum. *Hermannides.*

LIBER TERTIUS.

CAP. I.

Bellum Jugurthinum.

HÆc ad Orientem. ſed non ad Meridi nam plagam eadem quies. Quis ſper ret poſt Carthaginem aliquod in Afri bellum? Atqui non leviter ſe Numid concuſſit: & fuit in [a] Jugurtha, quod poſt Annib lem timeretur. Quippe rex callidiſſimus populu Romanum, armis inclytum, & invictum, [b] opib aggreſſus eſt: & citra ſpem omnium fortuna ceſſi ut rex fraude præcipuus, fraude caperetur. Hic vo Maſiniſſa, Micipſa patre per adoptionem, quu interficere fratres ſtatuiſſet, agitatus regni cupidit te, nec illos magis, quam ſenatum populumque R manum, quorum in fide & clientela regnum era metueret: primum ſcelus mandat inſidiis: potitu que Hiempſalis capite, quum ſe in Adherbalem co vertiſſet, isque Romam profugiſſet, miſſa per leg tos pecunia, traxit in ſententiam ſuam Senatum. haec fuit de nobis ejus prima victoria. Miſſos d inde

a *Jugurtha*] Jugurtha ex pellice Manaſtabilis filius, Maſſaniſæ nepos erat, quem Micipſa Numidiæ rex Scipioni Aimiliano rem cum Numantinis gerenti auxilio miſit, cumque ibi res magnas feliciter & fortiter geſſiſſet, eaſque Scipio litteris etiam ad Micipſam datis teſtaretur, rex eum, etſi A herbalem, & Micipſam filios hab ret, tamen in filium adoptavit, a que dum ſuis tutorem & patronu hoc beneficio ſibi demereri para percuſſorem in ſuos immiſit. *Sta*

b *Opibus aggreſſus eſt*] Pl occulta liberalitate, quam ape ta perficiuntur acie. Hac arte lu Philip

ıde, qui regnum inter illum Adherbalemque divi-
ſerent, ſimiliter aggreſſus, quum c in Scauro ipſos
Romani imperii mores expugnaſſet, inchoatum ne-
as perfecit audacius. Sed diu non latent ſcelera.
orruptæ nefas legationis erupit: placuitque bello
erſequi parricidam. Primus in Numidiam Calpur-
ıius Beſtia Conſul immittitur: ſed rex, peritus, for-
ius adverſus Romanos aurum eſſe, quam ferrum,
acem emit. Cujus flagitii reus, quum, interve-
iente publica fide, à ſenatu accerſeretur, pari au-
lacia & venit, & competitorem imperii Maſiniſſæ
Maſſivam, immiſſo percuſſore, confecit. Hæc al-
era contra regem fuit cauſſa bellandi. igitur ſe-
quens ultio mandatur Albino. Sed hujus quoque
pro dedecus!) ita corrupit exercitum, ut volunta-
ia noſtrorum fuga vinceret Numida, caſtrisque po-
iretur. addito turpi fœdere d in pretium ſalutis,
quem

Philippus Alexandri Magni pater, de quo ita *Horatius lib.3. Od.16.*

—— diffidit urbium
Portas vir Macedo, & ſubruit æmulos
Reges muneribus. munera navium
Sævos illaqueant duces. Herm.

c *In Scauro*] Cum Scaurus Majorum abſtinentiæ & veræ antiquæ virtutis fuerit ſpecimen; hic autem, ab ejus tramite defecerit; vere dici poteſt, quod *Cicero* ſcribit *Verr.1. Nihil tam ſanctum eſſe, quod non violari; nihil tam munitum, quod non oppugnari pecunia poſſit.* Idem.

d *In pretium ſalutis, quod prius emerat*] Nemo facile dixerit, quid ſit *emere pretium ſalutis.* itaque legam, *addito turpi fœdere in pretium ſalutis, quem prius emerat, exercitum dimiſit.* Emerat exercitum Albini Jugurtha, quem corruperat pecunia, ut facili victoria potiretur. Hæc lectio eſt alterius Palatini bonæ notæ. Nazarianus autem habet: *quod prius emerat:* Hoc etiam explicemus licet. Primus Jugurtha ſalutem ſuam pretio redemerat, corrupto Albini exercitu; ne ſcilicet vinceretur à Romanis. poſt illi ipſi Romani, cum voluntariam fugam feciſſent, turpi fœdere in pretium ſalutis ſancito, à Jugurtha dimiſſi ſunt; & ita ſalutem etiam redemerunt, quod prius fecerat Jugurtha: *quod* igitur retinendum cenſemus. *Primus*, an *prius*? *Prius* malo. *Salmaſius.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

quem prius emerat, exercitum dimiſit. Eode tempore in ultionem non tam imperii Romani quam pudoris, Metellus aſſurgit: qui callidiſſimu hoſtem nunc precibus, nunc minis; jam ſimulat jam quaſi vera fuga eludentem, [e] artibus ſuis a greſſus eſt. Agrorum atque [f] vicorum populatio ne non contentus, in ipſa Numidiæ capita imp tum fecit, & Zamam quidem fruſtra diu voluit: c terum Thalam, [g] gravem armis, theſauroſque r gis, diripuit. Tunc urbibus exutum regem, & ja finium ſuorum, regnique fugitivum, per Maur atque Getuliam ſequebatur. Poſtremo Marius [h] a ctis admodum copiis, quum, pro obſcuritate g neris ſui, capite [i] cenſos ſacramento adegiſſet, ja feſſu

e *Artibus ſuis aggreſſus eſt*] Ita circumventus fuit Annibal, apud *Livium*, *lib.* 21. *cap.* 33. Alanus apud *Claudianum* in VI. Honorii Conſulatu, *verſ.* 306. Notum proverbium, quod jubet ἀλωπεκίζειν πρὸς ἕτερον ἀλώπεκα, h.e. *cum vulpe vulpinari invicem.* Cui conſonat illud apud *Laërtium*: πρὸς κάρα καρίζειν, h. e. *cum Care carizandum.* Rupertus.

f *Vicorum populatione non contentus*] Omiſſa negatio in veteribus excuſis, & ſcriptis libris. In Nazarii libro, *populatione contemptus.* forte, *Virorum & vicorum populatione contempta, in ipſa Numidiæ capita impetum fecit.* Salmaſius.

g *Gravem armis theſauroq; regis*] Nihil eſt, quod hanc lectionem improbemus. ſed nec reſpuenda vetus, *Thalam gravem armis, theſauroſque regis diripuit.* quam libenter prætulerim vulgatæ. *Idem.*

h *Auctis admodum copiis*] *Auc inmodum copiis*, germanam Flo ſcripturam eſſe putamus, auctor bus libris. *Inmodum* idem quod *a modum*, quæ eſt Annæana χρῆσ Sic *in tempus*: de quibus ſupra d ximus. *Idem.*

i *Cenſos*] Servium regem diſti xiſſe ex cenſu populum Romanun hoc eſt, ex facultatibus in ſex cla ſes, primo lib. expoſitum eſt, ita tenuiſſimum quemq; civem in ſex tam claſſem ultimamque cenſeret quam ut ab omni onere publico immunem eſſe voluit, ita à militi eandem & honoribus excluſit. Eſt que ea claſſis diviſa in Proletario & capite cenſos. Proletarii, ut qu proli tantum procreandæ operan darent, cenſumque M D. æris ha berent. Capite cenſi, quorum nomina tantum veluti numero in cen ſoria

[f]eſſum & ſaucium regem adortus, non facilius ta[m]en vicit, [k] quam integrum & recentem. Hic & [u]rbem Herculi conditam Capſam, in media Afri[c]a ſitam, [l] anguibus areniſque vallatam, mira qua[d]am felicitate ſuperavit: & [m] ſaxeo inditam mon[t]i [n] Mulucham urbem, per Ligurem, aditu arduo [i]naccеſſoque, penetravit. Mox non ipſum modo, [ſ]ed Bocchum quoque Mauritaniæ regem, [o] jure ſanguinis

[...]orias tabulas relata erant, & ccc-[...]xxv. æris cenſentur. Hos Marius [c]onſul (quia ipſorum opera potiſ-[ſ]imum uſus homo novus, ad magi-[ſ]tratum curulem commendatus e-[r]at) primum hoc bello in legiones [R]omanas novo exemplo adſcripſit. [I]pſeque Marius, teſte Feſto, pri-[m]us legionem ſex millium pedi-[t]um conſcripſit, non ex Senatus de-[c]reto, ſed ex ſuo conſilio. Legio [e]nim antea, prout uſus Reipubl. [p]oſtulabat, & ex Senatus arbitrio, [m]odo quatuor, modo quinq; mil-[l]ium ſcribebatur. *Stadius.*

k *Quam integrum & recentem*] [P]robamus magis veterem, *quam ſi* [i]*ntegrum & recentem.* Jam, inquit, [f]uſum & ſaucium regem adortus, [n]on facilius tamen vicit, quam ſi [i]ntegrum & recentem: hoc eſt, ad-[o]rtus eſſet. Marcus nunquam vi-[c]erat Jugurtham integrum & re-[c]entem, ut ex comparatione dici [p]oſſet, tam facile de eo victoriam [o]btinuiſſe, cum integer & recens [e]ſſet, quam cum ſaucium, & fuſum multoties ab aliis Imperatoribus, adortus eſt. *Salmaſius.*

l *Anguibus areniſque*] Solitudo munimenti locum obtinet, dum hoſtis ejus aſperitatem ſuperare non poſſe præſumitur. Inde Mithridates apud Juſtin. 3. *Scythiæ præter arma, virtutemque animi locorum quoque ſolitudinibus, vel frigoribus instructa.* Gruter. Plinius Pan. Germaniam veterem *prope infinita vaſtitate interjacentis ſoli muniri dirimique* dicit. Herodian. l. 2. ſcribit, Imp. Auguſtum munivíſſe imperium, cum aliis rationibus, tum ἐρήμῳ γῇ καὶ δυσβάτῳ. *terra deſerta & ægre pervia.* Freinshemius.

m *Saxeo inditam monti*] Quidam libri, *editam.* eſſet legendum, *ſaxeo editam monte:* ſed non placet. *Salmaſius.*

n *Mulucham urbem*] Fluvius eſt *Mulucha* apud Plinium 5. 2. *Molochat* urbs apud Ptolemæum, quæ non ſatis mihi liquet, an ſit hujus auctoris *Mulucha.* Quum autem locum Marius Liguris opera cepiſſe bello Jugurthino legitur, eum Salluſtius caſtellum appellat, non longe à flumine *Mulucha* in monte ſaxeo ſitum. *Vinetus.*

o *Iure ſanguinis*] Etenim & adfinitatis jure obtineri auxilia, jus & fas ſuadet. Juſtin. 15. 3. 1. *In tranſitu hortatus Theſſalos fuerat, beneficiorum*-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

guinis Numidam vindicantem, apud oppidum C. tam graviter cecîdit. Qui ubi, diffiſus rebus ſui, alienæ cladis acceſſionem fieri timet, pretium fœderis, atque amicitiæ, regem facit. Sic fraudulentiſſimus regum, fraude ſoceri ſui in inſidias deductus eſt, & Sullæ in manum traditus; tandemque opertum p catenis Jugurtham in triumpho populus Romanus aſpexit. ſed ille quoque, quamvis victus & vinctus, q vidit Urbem; quam venalem, & quandoque perituram, ſi habuiſſet emptorem, fruſtra cecinerat. r Tamen ut venalis fuiſſet, habuit emptorem

ciorumque Philippi patris, maternæque ſuæ cum his ſub Æacidarum gente neceſſitatis admonuerat, cupide hæc Theſſalis audientibus. Hinc intelligenda illa Suetonii Julio, I. I. *Corneliam Cinnæ IV. Cos. filiam duxit uxorem; ex qua illi mox Iulia nata eſt. neque ut repudiaret illam compelli à dictatore Sulla ullo modo potuit, quare & ſacerdotio, & uxoris dote, & gentilitiis hereditatibus multatus, diverſarum partium habebatur.* Scilicet quia Cæſar adfinis erat Cinnæ, adverſario olim Sullæ, putabatur item alienus futurus ab eodem Sulla. *Gruterus.*

p *Catenis*] Jugurtham cum duobus filiis Marius in triumphũ duxit, teſte Plutarcho: atque Jugurtha in carcerem poſt triumphum tractus, nuduſq; in baratrum conditus eſt, ibidemque ſex dierum fame contabuit, ſuſpenſum ſemper ſpe vitæ ſpiritum trahens: ut ita manibus fratrum, quos ſcelerate enecaverat, egregie parentaret. Numidia hoc bello in provinciæ formam redacta non eſt, ut quidam ſcribunt: ob ſervo namque Numidiam regibus P. R. ſociis quatuor fuiſſe donatam Hiempſali, qui Marium exſulem fovit: teſte Plutarcho; Hiarbe, qui quod Marianas partes adjuverat, Sullæ auſpiciis per Cn. Pompejum victus & captus eſt, qui Numidiam cum Gætulia Hiempſali (ut Cicero in Agraria teſtatur) tradidit. Hiempſali Juba filius ſucceſſit, quem Cæſar (quod Pompeji partes ſequeretur) profligavit, vicit, Numidiamque occupavit, & provinciam fecit, ita Hirtius & Dio; Criſpumque Salluſtium ei primum præfecit. *Stadius.*

q *Vidit urbem*] Legitur in optimis Nazarii membranis, *ut vidit urbem.* facile conjicio legendum, *at vidit urbem, quamvis vinctus, & victus. at vidit urbem*, *u* pro *a.* quarum invicem literarum crebra mutatio eſt. *Salmaſius.*

r *Tamen*

[cert]em : & quum ille non evaſerit, certum erit eam [n]on eſſe perituram.

CAP. II.

Bellum [a] Allobrogicum.

SIc ad meridiem populus Romanus. Multo atrocius, [b] & multipliciter & magis à Septentrione ſævitum. Nihil hac plaga infeſtius. Atrox cœlum, [c] perinde ingenio.

1 *Tamen ut venalis fuiſſet*] Hæc [p]ro ſpuriis habent viri eruditione [p]ræſtantiſſimi. pace licet eorum di[c]ere, aliter cenſeo. ſi mendas ſuſtu[l]eris, quæ totam periodum inqui[n]arunt, hanc γνησίην ἐν τοῖς μάλιστα [p]ræſtabo. *Tamen ut venalis fuiſſet:* Nazarii optimus liber, *jam ut ve[n]alis fuiſſet.* optime. ſic igitur lege: *[j]am, ut venalis fuiſſet, habuit em[p]torem, & quum ille non evaſerit, [c]ertum erat, eam non eſſe perituram.* vulgo perperam legebatur, *certum erit.* Hoc ſenſu: Jugurtha venalem & quandoque perituram, ſi emptorem nacta eſſet, Romam prædixerat: ſed fruſtra. etiamſi, inquit, venalis fuiſſet Roma, emptorem habuit, Jugurtham: ſed cum ille emptor victus ſit & captus, certum erat, eam non eſſe perituram (quod fruſtra cecinerat Jugurtha,) ſublato emptore de medio. *Idem.*

a ALlobrogic.] Quatuor Tranſalpinæ Galliæ populi contagione quadam vicini belli à Salybis arma ſumpſerunt. Salyes in Maſſilienſes ab ortu proximos, & populi Romani ſocios latrocinia exercebant; eam injuriam armis vindicant Romani. Salyes autem, Arvernos, Rutenos, Allobroges; qui ut potentiſſimi huic bello nomen fecerunt Allobrogicum, ita poſtremo à Fabio Maximo victi ſunt. Salvii per Fulvium conſulem afflicti, per C. Sextium Calvinum conſulem debellati ſunt eo loci, ubi & coloniam Sextius ab aquarum copia, & de ſuo nomine Aquas Sextias dictas, haud longe ſupra Maſſiliam condidit anno DCXXIX. Elapſum ex ea pugna Teutomalum Salviorum regem Allobroges recipiunt & protegunt, & Æduorum pop. R. ſociorum agros devaſtant, quare bellum in ſe convertunt, & ipſi ſocios Avernos quoque armant contra Romanos. Cn. Domitius Ahenobardus conſul elephantis in prœlio uſus, ex ipſorum exercitu ad Vindalium urbem, ubi Sulga & Rhodanus confluunt, XX. millia

cecidit,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

genio. Omni igitur tractu violentus hoſtis, à dextris atque lævis, & medio Septemtrionis, erupit. Prima trans Alpes arma noſtra ſenſere Salyi; quum de [d] incurſionibus eorum fidiſſima atque amiciſſima civitas Maſſilia quereretur. [e] Allobroges deinde, & Arverni, quum adverſus eos ſimiles Æduorum querelæ opem & auxilium noſtrum flagitarent. [f] Varus quoque victoriæ teſtis, Iſara & Vindelicus amnis, & impiger fluminum Rhodanus. Maximus barbaris terror elephanti fuere, immanitati gentium pares.

cecîdit, III. millia cepit. Q. Fabius Maximus conſul, Arvernos, Rutenos, & Allobroges apud Iſaram fluvium prœlio congreſſos ante diem VI. Idus Auguſti fudit, CXX. millia Gallorum, ut Plinius & Appianus numerant, occidit. Bituitum ſive Betultum (ut nomen ejus in fragmento marmoreo legitur, quod anno MDLXIII. erutum eſt) Arvernorum regem captum in triumphum duxit: ipſe à gente devicta Allobrogicus dictus eſt: nepos hic fuit Paulli Aimilii ex filio Q. Fabio Maximo Aimiliano, quem gens Fabia ſibi adoptaverat: eo bello Narbonenſis Gallia in provinciæ formam redacta eſt, ut Cæſar lib. 7. teſtatur. *Stadius.*

b *Et multipliciter magis, & à Septentrione, ſævitum*] Particula &, leviter trajecta: tu ſcribe, *& multipliciter, & magis à Septentrione, ſævitum.* Salmaſius.

c *Perinde ingenio*] In aliis editionibus erat, *Pervicaci ingenio. Perinde* ex prima editione vidit ſummus vir, J. Gruterus, quem honoris cauſa nomino. nondum tamen ex toto menda vacat. emendo, *atrox cœlum perinde ingenia*, vel *perinde ingenium.* omnino aut *ingenium*, aut *ingenia*, ſcribendum. *Idem.*

d *Incurſionibus*] Vicini quippe erant, & præter ſolita inter accolas odia, antiquitus hoſtes. vide Liv. 5. 34. Talibus autem de cauſis Romani pluries bella ſumpſerunt. vid. infra 3. 10. *Freinshemius.*

e *Allobroges*] Allobroges cis Rhodani ripam ab ortu habitabant ad Juram montem, & Lemannum lacum: iis Ruteni propius mare dextrum latus claudebant, Arverni verſus ſeptemtrionem ſiniſtrum: ultra Arvernos Ædui, erant Salvii vel Salyes, primi Gallorum ultra Varum incolebant, juxta Nicæam. *Stadius.*

f *Varus victoriæ teſtis*] Cum ſcripti libri, tum veteres excuſi, *Varusque victoriæ teſtis.* forte, *Varus quoque victoriæ teſtis.* mox lego, *Iſara & Vindelicus amnes*, ex fide librorum. *Salmaſius.*

g *Rex*

pres. Nil tam conſpicuum in triumpho, quam rex ipſe Bituitus, diſcoloribus in armis, argenteoque carpento, h qualis pugnaverat. Utriusque victoriæ quod quantumque gaudium fuerit, vel hinc æſtimari poteſt, quod & Domitius Ænobarbus, & Fabius Maximus, ipſis quibus dimicaverant in locis, ſaxeas erexere turres, & deſuper exornata armis hoſtilibus i trophæa fixere: quum hic mos inuſitatus fuerit noſtris. Nunquam enim populus Romanus, hoſtibus domitis victoriam ſuam exprobravit.

CAP. III.

Bellum Cimbricum, Theutonicum, ac Tigurinum.

CImbri, Theutoni, atque Tigurini, ab extremis Germaniæ profugi, quum terras eorum inundaſſet Oceanus, novas ſedes toto orbe quærebant, excluſique Gallia

g *Rex ipſe Bituitus*] *Biſuiſus*, quod obtinuerat in pleriſque editionibus, ex verbi ſcriptura manavit, *Biſuiſus* pro *Bituitus*. *ſ*, pro *t*, frequens erat in illius optimis membranis, quibus uſi ſumus, ut *poſitus* pro *potitus*. *ulſus* pro *ultus*. & ſimilia. reliqui libri corruptiſſime aut *bis victus*, duabus vocibus, aut *bis viſus*, præferunt. Hic *rex Betuitus* dicitur in veteri inſcriptione. *Idem*.

h *Qualis pugnaverat*] Quid, ſi, *argenteo carpento, quali pugnaverat?* Sed nihil mutamus. vetus: *ô qualis pugnaverat!* inepte. *Idem*.

i *Trophæa*] Trophæa appellantur ſpolia fixa in ſtipitibus, teſte Nonio: inde etiam monumenta victoriæ erigi cœpta ex marmore ſaxoque in jugis montium, & editioribus locis. Erecta hæc trophæa juxta Cemmenum montem ad confluentem Iſaræ & Rhodani. *Stadius*.

k *Exprobavit*] Ut jugum patientius ferrent. vide Juſt. lib. IX, 4.

a C*Imbri*] Cimbri ex Cimbrica Germaniæ Cherſoneſo & Teutoni per Galliam ab Oceano in Illyrium profecti irrumpunt anno DCXL.

Gallia & Hiſpania, [b] quum in Italiam remigraret, miſere legatos in caſtra Silani, inde ad ſenatum, p- tentes, *ut Martius populus aliquid ſibi terræ dat quaſi ſtipendium: cæterum, ut vellet, manibus atq armis ſuis uteretur.* Sed [c] quas daret terras pop-

DCXL. Cn. Carbonem conſulem, cui ea provincia evenerat, ad Norbejam oppidum cum exercitu occurrentem, acie fundunt & profligant. Arma inde in Gallos, qui Romanis nondum patebant, & Hiſpanos convertunt: à quibus repulſi adverſus M. Junium Silanum conſulem ob cauſſas à Floro enumeratas movent, quem congreſſum magna calamitate fundunt fugantque. Inde M. Scaurus contra illos in Galliam miſſus tertiam cladem accipit. Scauro Craſſius Longinus conſul ſuccedit, qui à Tigurinis in finibus Allobrogum cum L. Piſone legato ſuo & exercitu cæſus eſt. Hujus ſucceſſor Q. Cæpio cum Tectoſagibus Gallis ſive Toloſanis bellum facit, theſaurumque Toloſanum è templo Apollinis diripit, auri CX. millia librarum, argenti libras quinquies decies centena millia, atque hujus ſacrilegii pœnas paulo poſt à Cimbris victus dediſſe putatur. Cæpioni proconſuli inde cum C. Manilio conſule prorogatum in Gallia imperium eſt, qui dum inter ſe privatis odiis certant, exercitum quoque & provinciam inter ſe partiuntur: atq; ita à Cimbris, quibus Theutoni, Ligurini & Ambrones ſeſe conjunxerant, magna clade pridie Non. Octobris & miſerabili victi ſunt: in eo enim prœlio M. Aurelius conſularis captus, & pa poſt occiſus eſt, duo filii conſ cæſi, LXXX. millia militum, ca num & lixarum XL. millia occ, & bina caſtra capta ſunt. Cæpi fortuna iſtius prœlii crimini, & vidia populi calamitati fuit no que exemplo ob rem male geſt populi judicio condemnatus in c cere mortuus, ejuſque cadaver Gemoniis à carnifice project eſt, & bona publicata. Cimbri victoria potiti, iter per Gallian terum in Hiſpaniam convertu. Interim C. Marius iterum conſu Galliam profectus Tectoſages muit, Sullaque Marii legatus C pilum ejus gentis regem cepit. P rogato deinde per biennium M conſulatu ob impendentem ſem à Cimbris metum; ipſi à Celtib repulſi in Galliam ſeſe Theuton, Ambronibus conjungunt, eo co ſilio, ut Alpibus ſuperatis Itali occuparent. *Stadius.*

b *Quum in Italiam remigrare*] Eodem modo corruptum hoc v bum, infra, libro quarto, emen mus; nam hic ſimiliter, *regyrare* corrigendum: nec *remigarent* p cet. vide quæ de hac voce *regyr* alibi dicemus. cujus ignorantia cit, ut bis corrupte legeretur in ptimo auctore. *Salmaſius.*

c *Quas daret*] Friſios eod mo

ls Romanus agrariis legibus intra ſe dimicaturus? epulſi igitur, quod nequiverant precibus, armis etere conſtituunt. Sed nec primum quidem imetum barbarorum [d] Silanus, [e] nec ſecundum Ianlius, nec tertium Cæpio ſuſtinere potuerunt. mnes fugati, exuti caſtris. Actum erat, [f] niſi Maus ille ſæculo contigiſſet. Ille quoque non auſus ongredi ſtatim, militem tenuit in caſtris, [g] donec ivicta illa rabies, & impetus, quem pro virtute barari [h] habent, conſeneſceret. Receſſere igitur inepantes, & (tanta erat capiendæ Urbis fiducia) onſulentes, *ſi quid ad uxores ſuas mandarent.* Nec gnius, quam minati fuerant, tripertito agmine per lpes, id eſt clauſtra Italiæ, ferebantur. Marius mia ſtatim velocitate, occupatis compendiis, præveit hoſtem; prioresque Theutonos, ſub ipſis Alium radicibus, aſſequutus, in locum quem Aquas Sextias vocant, [k] qua fide numinum! prœlio oppreſ-

odo terram petentes, quam jam cupaverant, *Nero decedere agris ſſit:* apud Tacit. 13. 54. *Freinsh.*

d *Silanus*] Omittit ergo cladem arbonianam, quæ prior Silaniana cidit. item Caſſianam. Vellej. 2. *lem.*

e *Nec ſecundum Manlius*] *Ma-ilius* ſcripti omnes. *Salmaſius.*

f *Niſi Marius*] *Niſi M. Marius* altero Palatino. *Idem.*

g *Donec &c.*] Prudens conſium, quod imitaturus erat Pomejus, ſi licuiſſet. infra 4. 2. Adde pra 2. 6. *Freinsh.*

h *Habent*] Hoc eſt, non habent eram virtutem, ſed illius loco rabiem iſtam, ne quis *habere* pro putare vel æſtimare capiat. *Idem.*

i *Sextias*] Urbem C. Sextio ſitam bello quod ſuperiori capite deſcribitur. Epit. Liv. 61. Strabo lib. 4. p. 124. De hac Sidonius carm. 23. 13.

—— *Phocida, Sextiaſq; Bajas,*
Illuſtres tituliſque prœliiſque
Vrbes, per duo conſulum trophæa:
Nam Martem tulit iſta Iulianum,
Et Bruto duce, nauticum furorem:
Aſt, hæc Teutonicas cruenta pugnas,
Erectum & Marium cadente Cimbro. Idem.

k *Qua fide numinum, prœlio oppreſſit*] Hic locus & varie vexatus à doctis,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

oppreſſit? Vallem fluviumque medium hoſtes t-
nebant. noſtris aquarum nulla copia. conſultone
egerit imperator, an errorem in conſilium verter,
dubium. certe neceſſitate aucta virtus, cauſſa vict-
riæ fuit. Nam flagitante aquam exercitu, *Viri*, i-
quit, *eſtis*, *en illic habetis.* Itaque tanto ardore p-
gnatum eſt, eaque l cædes hoſtium fuit, ut vict-
Romanus de cruento flumine non plus aquæ bib-
rit, quam ſanguinis Barbarorum. Certe rex ip-
m Theutobochus quaternos ſenosque equos tran-
lire ſolitus, vix unum quum fugeret aſcendit: pr-
ximoque in ſaltu comprehenſus, inſigne ſpectac-
lum triumphi fuit. quippe vir proceritatis exim-
n ſup-

doctis, & varie ipſos vexavit. me non multum, ſi verum licet dicere, exercuit. optimus liber, *quaſi de numinum prœlio.* mendoſiſſime: ſed ne nugas agam, aut fruſtra tempus teram, legendum ajo, *quo, fidem numinum! prœlio oppreſſit?* *qua* corruptum pro *quo*, ut libro quarto, *qua poſſet aſcendere.* ubi repoſuimus, *quo poſſet aſcendere.* & contra *a* in *o* degeneraverat, ut *ingenio* pro *ingenia.* locum hunc tetigimus, notis in librum primum, in quo ſimile vitium inhæſerat: *fide numinum*, pro *fidem numinum.* itaque vide quæ ibi ſcripſimus. *Salmaſius.*

l *Cædes*] Cæſa ſunt CL. millia Theutonum primo ac poſtero die, teſte Vellejo. Oroſius ducenta millia armatorum trucidata, LXXX. millia capta, vix tria millia effugiſſe ſcribit, & Theutobochum occiſum. *Stadius.*

m *Theutobochus*] Sine aſpirat-
ne in veteribus, *Teutobius.* Saln-
ſius. Hic *Oroſio* & *Eutropio* dici-
Teutobodus. Hieronymo in Chr-
nico num. 1916. *Teutomodus*, qu-
Ioſephus Scaliger veram lection-
putat. *Teutomotus* enim, inqu-
vel *Teutomodus* eſt nomen vir-
Gallicum: quo nomine vocaba-
Rex Nitiobrigum, Aloviconis fili-
qui amicus populi Romani à Se-
tu vocatus eſt, teſte *Cæſare Lib*
de Bell. Gall. Nam noſter Cod-
ſcriptus *Teutomotus*, non, ut vulg-
ri, *Teutomatus* habebat. Hæc il-
Cæterum & *Teutobocchus* non a-
verſatur veteri Teutoniſmo. Vi-
tur enim iſte rex quaſi *Leuth-*
cher. Nam *Theud* & *Leut* pro e-
dem dixêre antiquiſſimi illi G-
mani. Hinc *Theudericus.* i. e. *h-*
minum ſeu *populorum dives*, qui-
dem eſt & *Theudoricus*, & *Thie-*
ricus, & denique *Liedericus.* H-
eni-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

n ſuper trophæa ipſa eminebat. Sublatis funditus Theutonis, in Cimbros convertitur. Hi jam (quis crederet?) per hiemem, quæ altius Alpes levat, o Tridentinis jugis in Italiam provoluti ruina deſcenderant. p Ateſim flumen non ponte, nec navibus, ſed quadam q ſtoliditate barbarica primum corporibus aggreſſi, poſtquam retinere amnem manibus & clypeis fruſtra tentaverant, ingeſta obrutum ſilva tranſiluere: &, ſi ſtatim infeſto agmine Urbem petiiſ-

enim nomen ita ſcriptum in *Chronicis Vetuſtis* legiſſe teſtatur *Iuſtus Lipſius*. Ex Rupert. *Hermannides*.

n *Super trophæa ipſa eminebat*] *Super trophæa ſua*, ex fide Nazariani & alterius Palatini reſcribe. *Trophæa ſua*, eleganter, quæ de ipſo victo & ſuis ſpoliis inſtructa erant: minus recte & concinne *ipſa* vulgo editum eſt. *Salmaſius*.

o *Tridentinis jugis in Italiam provoluti ruina deſcenderant*] Plutarchus, ad verbum, in eadem Hiſtoria: εἶτα ἀφέντες αὐτοὺς κατὰ κρημνῶν ὀλισθήμασι καὶ λισσάδας ἀχανεῖς ἐχόντων. perperam in meo libro, ut hoc obiter moneam, ſcribitur, καὶ λυσσάδας· & in uno aut altero ejuſdem Plutarchi locis, λυσσάδες vitioſe legitur. ſed puto emendatum in recentioribus editionibus. verum neſcimus tamen: nam eas ad manum non habemus. *Idem*.

p *Ateſim flumen non ponte*] *Ad hoſteſim flumen*, quod nobis exhibet Nazariana ſcriptura, non facile inveni quid eſſet. *Atiſonem*, vel *Natiſonem* tranſpoſititie poſſet eſſe, qui fluvius in illis tractibus reperitur: Plutarchus ſane *Atiſonem* nominat, cum eandem rem tractat. at qui putant, *Ateſim*, & *Atiſonem*, eundem eſſe, falluntur. Plutarchus ἀτισῶνα vocat, Ptolemæus Νατισῶνα. ſed redeamus ad veterem ſcripturam noſtram. *hoſteſim* pro *Ateſim* mendoſe exaratum: *o* loco *a*, deinde aſpiratio. *ſ* pro *t*, aliquando ſimul poſita: itaque *hoſteſim* eſt *Ateſim*. ſed quid faciemus illo *ad*? ſic cenſeo: *ad flumen adgredi*, ἀρχαϊσμὸς, ut *ad aliquem adire*, & ſimilia: videndus Gellius. *Adgredi* igitur *ad Ateſim flumen*, proba & antiqua loquutio eſt, quales multas in hoc auctore reſtituimus. aliud dicimus: *ad* pro *ac* videri poſſet corruptum: libro quarto, *imaſque valles earum, ad quaſi clauſtra quædam cuſtodiebant*, ibi docemus legendum, *ac quaſi clauſtra quædam*, idem accidere potuit hoc loco: videamus igitur, num ita legi & diſtingui debeat, *Tridentinis jugis in Italiam provoluti ruina deſcenderant, ac Ateſim flumen non ponte, nec navibus, &c.* & hanc in partem inclinamus magis. *Idem*.

q *Stoliditate*] Idem fere Germanis adfingit Ælianus 12. 23. ſed libet

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

petiiſſent, grande diſcrimen eſſet: ſed in r Ven tia, quo fere tractu Italia molliſſima eſt, ipſa ſoli cœ lique clementia robur elanguit. ad hoc panis uſu carniſque coctæ, & dulcedine vini mitigatos, M rius in tempore aggreſſus eſt. ſ Jam diem pugnæ noſtro imperatore petierunt, & ſic proximum d dit. In patentiſſimo, quem t Raudium vocan campo concurrêre. u Millia inde ad ſexaginta c cid

bet potius adſcribere imperitiæ; quod putarent flumina Italiæ ſuis ſimilia. ita eoſdem excuſat Herodian. 8. 4. *Gruterus.*

r *Venetia*] Venetia Togatæ Galliæ pars, ab occaſu Atheſi, ab ortu Adriatico ſinu, à meridie Pado, à ſeptemtrione Natiſone claudebatur. *Stadius.*

ſ *Iam diem pugnæ à noſtro Imperatore*] Ante hæc verba deeſſe aliquid, ſi qui antea non adverterunt, nunc cogentur ſaltem fateri. ſtatim poſt *aggreſſus eſt*, ſequitur in illo laudatiſſimo & inculpatiſſimo libro, *venere illi quam & in barbaris multa veſtigia, diem pugnæ à noſtro Imperatore petierunt.* quæ ſcribæ imperiti, ut corruptiſſima, abſcindere maluerunt, quam infelices conatus in corrigendo prodere. verum quid ex illis, quæ poſuimus, poſſit elici, parum me ſcire, ingenue fateor: nec enim auſim dicere, me ipſa verba Flori ponere, ſi ita legam: *venere illi. quam metus in barbaris nulla veſtigia! diem pugnæ ab Imperatore noſtro petierunt.* non, inquam, auſim affirmare, αὐτοτελῶς ſic ſcripſiſſe Florum; puto tamen, ab ea ſententia, quam olim reliquit, hac lectione me minimu abeſſe. *Salm.* Cimbri ſeſe à The tonis in Noricum converterant, inde ipſi in Italiam irrumperent. Catulus Marii collega eo, ut e ab Alpium tranſitu arceret, cu exercitu miſſus eſt: qui cum tan hoſtium ferociæ ſe diffideret re ſtere poſſe, à jugis Alpium in pla deſcendit, atque ripam utramq Atheſi fluvii juxta Veronam flue tis Præſidio firmavit, ponte etia inſtrato, ut ſuos tutius ex adver ripa, ſi urgeret hoſtis, reciper Sed Cimbrorum vis propulit Cat lum. Marius ab Urbe ſtatim traj cto Pado accurrit, conjunctoq cum Catulo exercitu, hoſtib diem prœlii deſignari ferociter p ſtulantibus vicit, cæſa ſunt c x millia, capta XL. millia: diem co flictus III. Nonas Sextileis fui Plutarchus in Mario ſcribit. *Stad*

t *Raudium vocant*] *Raudiu* quidem *campum* Plutarchus no nominat, ſed tantum χώραντε κὴ π δίον τὸ περὶ Βερκέλλας. alter Palat nus *Kandium* legit, cui non aſſe tior, mox non *procurrere*, ſed *co currere*, optimi habent libri; & m lius: nam *procurrere* neſcio an l geri

:iderunt; hinc trecentis minus: per omnem diem
onciditur barbarus. Iſtic quoque imperator addi-
erat virtuti dolum; ſequutus Annibalem, artem-
ue Cannarum: primum, nebuloſum nactus diem,
t hoſti inopinatus occurreret, tum ventoſum quo-
ue, ut pulvis in oculos & ora ferretur: tum acie
onverſa in Orientem, ut, quod ex captivis mox
ognitum eſt, ex ſplendore galearum, ac repercuſ-
ı, quaſi ardere cœlum videretur. Nec minor cum
xoribus eorum pugna, quam cum ipſis fuit: quum
objectis undique plauſtris, atque carpentis, altæ
eſuper quaſi è turribus, lanceis contiſque pugna-
rent.

:rim pro *concurrere*. Salmaſius.
u *Millia inde ad ſexaginta ceci-
:runt; hinc trecentis minus*] Ma-
hæc adfecta ſunt. quæ nemo ad-
ıc ſanare quitus eſt. Prava non
inus diſtinctione laborant, quam
ava lectione. utrumque, puto,
orrigemus. *hinc*, *inde*, perperam
tellecta. *Inde*, eſt ex parte Barba-
orum; *hinc*, ex parte Romano-
ım. non aliter loqui ſolet An-
eus. ſexaginta millia ex Barbaris
:ciderunt in ipſo conflictu, ex Ro-
ıanis vix trecenti. locus ſic debet
ıſtigari: *Inde ſexaginta millia ce-
derunt. Hinc trecentis minus. per
mnem diem conciditur Barbarus.*
lutarchi rationes huic numero
onveniunt: qui ſcripſit, Barbaro-
ım ſex myriadas in ardore prœlii
bſumptas. quæ, ut nemo neſcit,
ficiunt ſexaginta millia. Sed im-
ıaniorem longe numerum eorum
uiſſe, qui interfecti ſunt finito prœ-
o, hinc & inde variis locis diſper-
. ideo etiam Florus dicit, *per o-
mnem diem conciditur barbarus*:
hoc eſt, poſt prœlium uſque ad no-
ctem, quo ſpatio temporis infinita
barbarorum multitudo cæſa eſt.
Quod autem, pro *tertio*, *trecentis*
ſcripſimus, hoc recte fecimus; er-
ror enim ex notis numerorum na-
tus. *Hic III minus*, pro *hinc CCC
minus*. Idem. Recepi lectionem
Palter. & v. e. quam & Salmaſius
ſequitur. præſertim cum abſurda ſit
aliarum lectionum ſententia, hæc
bona imprimis & vera. Idem enim
Eutrop. 5. 3. prodidit: *Romani mi-
lites ex utroque exercitu trecenti pe-
riere*, quamvis in reliquo numero
diſcrepent auctores, quos tamen
optime conciliat noſtro Salmaſius,
eum numerum prœlio cœſorum
eſſe, quod ſuperſit, comprehendi
Floro verbis ſequentibus; *per to-
tum diem conciditur barbarus.*
Freinshemius.

x *Objectis undique plauſtris, at-
que carpentis*] Germanorum alio-
rumque more, quem vide apud

rent. y Perinde ſpecioſa mors earum fuit, quar
pugna. Nam quum, miſſa ad Marium legatione
libertatem ac ſacerdotium non impetraſſent, (ne
fas erat) ſuffocatis eliſiſque paſſim infantibus ſuis
aut mutuis concidêre vulneribus, aut vinculo è cr
nibus ſuis facto, z ab arboribus, jugiſque plauſtro
rum pependerunt. a Beleus rex in acie dimicans
impigre b nec inultus occubuit. Tertia Tigurino
rum manus, quæ quaſi ſubſidio Noricos inſedera
Alpium tumulos, in diverſa lapſi, fuga ignobili & la
trociniis evanuit. Hunc tam lætum, tamque fel
cem liberatæ Italiæ, aſſertique imperii nuncium
non per homines, ut ſolebat, populus Romanus ac
cepit; ſed per ipſos, ſi credere fas eſt, deos. Qui

pe c e

Cæſar. de bellis Gallicis. Veget. 3. 10. *Omnes barbari, carris ſuis in orbem connexis ad ſimilitudinem caſtrorum, ſecuras à ſupervenientibus noctes exigunt.* Id genus munimenti appellabant *carraginem.* Ammianus 31. 20. *Freinshemius.*

y *Perinde ſpecioſa mors earum*] Sic illa ætas loquebatur, & *ſpecioſam mortem* vocabat, ſummum ſcelus, quo libertas quærebatur. Hujuſmodi ſpecioſa mors fuit Uxorum *Chaltorum* & *Alamannorum* temporibus Caracalli. V. Dion. *in Excid. Peireſc. p.* 748. Hermann.

z *Ab arboribus pependerunt*] Species αὐτοχειρίας, quam ſequior iſte ſexus plerumque eligit. Hinc *Drepanus in Paneg. XII. cap.* 28. de *Vallionis* indigna morte: *Manibus Satellitum Britannorum gulâ fractâ, & inuſta fœmineæ mortis infamia: ut ſcilicet maluiſſe Vir ferri amantiſſimus videretur laqueo perire quam gladio.* Ex Rup. *Idem.*

a *Beleus rex*] Corrupte *Bele* optimæ membranæ, *Bœleris.* veri eſſet *Bœoris*, vel *Bœorix.* Nam Plutarcho vocatur hic rex Barb rus, in Mario: Βοιώριξ δ' ὁ τῶν Κι βρων βασιλεὺς ὀλιγοστὸς προσιππεύ σας τῷ στρατοπέδῳ, προὐκαλεῖτο Μάριον ἡμέραν ὁρίσαντα καὶ τόπον, & quid, ſi in Plutarcho Βοιλήριξ leg mus? habebimus noſtrum *Bœl ris*; nam *Bœleris* pro *Bœlerix*: infra, cap. x. *Vercingetoris*, ſcri libri pro *Vercingetorix*: ſed in ptum eſt diſputare de his nomi bus barbaricis, quæ aliter atque liter apud alios atque alios enu tiantur. *Salmaſius.*

b *Nec inultus*] Livius de Sic 3. 43. *Haud inultum interfecere* Magnum id morientis ſolamen i ultum non mori; Hinc illæ adho tati

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

e c eodem die, quo geſta res eſt, viſi pro æde Ca-
toris & Pollucis, juvenes laureati Prætori literas tra-
dere: frequensque in ſpectaculo rumor, d *Victoriæ Cimbricæ feliciter*, dixit. Quo quid admirabilius, quid inſignius fieri poteſt? Quippe velut e elata montibus ſuis Roma ſpectaculo belli intereſſet, quod n gladiatorio munere fieri ſolet, uno eodemque nomento, quum in acie Cimbri ſuccumberent, populus in urbe plaudebat.

CAP.

ationes, miſerationes, querelæ, &c. Virg. Æn. 2.670. —— *nunquam omnes hodie moriemur inulti.* Curtius 5.3. *miſerrimum fortibus viris erat, quod inulti ferarum ritu, velut in fovea deprehenſi, caderentur.* Freinsh.

c *Eodem die &c.*] Juſtinus 20.3. de prœlio ad Sagram. *eadem die qua in Italia pugnatum eſt, & Corintho, & Athenis, & Lacedæmone nuntiata eſt victoria.* Sed & arte juvari poteſt adeo famæ celeritas, ut miraculo ſimilis ſit, exempli ergo, per continuos curſores, quam rem Cyrus primum inſtituiſſe legitur apud Xenoph. lib. 8. clamore ab aliis excepto, ſicut Galli. Cæſar de bell. Gall. 7. 3. avibus. Plinius 10. 24. quod hodieque non inſolens nec inauditum eſt: aliiſque multis modis. Inprimis autem fidem excedit, quod Cleomedi in libro de contemplatione orbium cœleſtium memoratur, Xerxem cum in Græcia bellum gereret, à Suſis Athenas uſque diſpoſitas habuiſſe ſtationes, per quas excepta voce, aliiſque tradita, quadraginta octo horarum ſpatio in Perſia ſciri potuerit, quid in Græcia Xerxes gereret. Alterius cujuſdam modi, per faces incenſas meminit Apulejus de Mundo. *Idem.*

d *Victoriæ Cimbricæ feliciter*] Diſtinxerim; *victoriæ Cimbricæ, feliciter.* ut videlicet tria iſta verba in theatro ſonuerint. *Gruterus.* Ita certe apud Sueton. Claud. cap. 7. *feliciter patruo imperatoris, feliciter Germanici fratri.* & Domitio, cap. 13. *domino & dominæ feliciter.* quapropter ita diſtinxi, ut Gruterus voluit. Ex *Freinsh.* Hermann.

e *Elata montibus ſuis Roma*] Sic Cicero: *Mihi ipſa Roma, prope ſedibus ſuis convulſa, obviam procedere viſa eſt.* In Piſon. cap. 22. Sic D. Hieron. epiſt. ad Lætam: *Movetur urbs ſedibus ſuis, & inundans populus ante delubra ſemiruta, currit ad martyrum tumulos.* Ex Eodem Idem.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

CAP. IV.
Bellum Thracium.

POſt Macedonas, ſi diis placet, [a] Thraces rebellabant, ipſi quondam tributarii Macedonum: nec in proximas modo provincias contenti incurrere, Theſſaliam, atque Dalmatiam; [b] in Adriaticum mare uſque venerunt: eoque fine contenti, quaſi interveniente natura, contorta in ipſas aquas tela miſerunt. Nihil interim per id omne tempus reſiduum [c] crudelitatis fuit in captivos ſævientibus: [d] litare diis

a *THraces*] Obſcura eſt & impedita omnium de Thracio bello relatio, tum quia gentem eandem modo cum Illyricis, modo cum Pannoniis & Myſis, mox etiam Macedonibus confundunt: periit etiam apud alios ſcriptores rerum cum Thracibus geſtarum memoria: nos quantum exſtare obſervavimus, tantum adferemus. *Stadius.*

b *In Adriaticum mare uſq; venerunt: eoque fine contenti, quaſi interveniente natura, contorta in ipſas aq. tela miſerunt*] Sic cum univerſam Borealem Jutiam, quæ Cimbrica olim Cherſoneſus fuit, occupaſſet Otho magnus Imperator, & ulterius victor pergere aquarum interjectu prohiberetur, in litore conſiſtens ac Septentrionem proſpectans relinquendi monumenti gratia lanceam in maritimos fluctus conjecit, unde pars iſta maris nomen ab eo accepit. *Zevecotius.* Tali ſtoliditate *Xerxes* Perſarum Rex pedicas aureas in profundum jecit, *Neptunum* ſe dictitans *alligare*, ut ſcribit *Herodotus lib.* 7. Adde *Richterum Axiom. Polit.* 306. *Valeſ. ad Ammian. p.* 289. Xerxi per omnia ſimilis fuit *C. Caligula*, qui contra *Iovem* tonabat Machinis, & fulgurabat, teſte *Xiphilino.* Hermannides.

c *Crudelitatis*] Qua nota infames olim Thraces fuiſſe, vel inde liquet, quod Alexandrum regem ſuum *Thracidam* cognominavere Judæi, propter crudelitatem, auctor Joſephus antiquit. 13. 22. Adde Thucydidem. 7. 4. 16. *Freinshemius.*

d *Litare diis ſanguinem humanum*] Rem multis nationibus, ipſisque adeo Romanis uſitatam, ut potuiſſet tacere de aliis auctor, quod in ſuam civitatem retorqueri poſſet.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

‹is ſanguinem humanum : [e] bibere in oſſibus capitum, & cujuſquemodi ludibrio fœdare mortem ‹m igni quam fumo : partus quoque gravidarum ‹xtorquere tormentis. Sæviſſimi omnium Thracum [f] Scordiſci fuere : ſed [g] calliditas quoque ac robur

‹ſſet. Tertullianus in Scorp. c. 7. *‹ytharum Dianam, aut Gallorum* *‹ercurium, aut Afrorum Satur‹m hominum victima placari, a‹d ſæculum liquet. Et Latio in ho‹ernum Iovi, media in urbe huma‹s ſanguis inguſtatur.* Idem.

e *Bibere in oſſibus capitum*] Ho‹e adhuc in multis Indiæ regioni‹s poſt occiſos hoſtes, oſſa capi‹m formantur in ſcyphos. Ceſſit ‹olim male Alboino, qui cum ‹epidarum Regem Gunimundum ‹peraſſet perempti cranium auro ‹ſſit obduci, infuſoque in id vino ‹iæ illius Roſimundæ quam in u‹orem duxerat propinavit,& ex eo ‹bere coëgit. Illa quamvis con‹meliæ impatiens, doloris tamen ‹onfeſſionem diſtulit in occaſio‹em vindictæ; quæ cito ſe obtulit. ‹rat inter Longobardos vir nobilis ‹lelmiges, cui cum una ex pediſſe‹uis Reginæ frequens ſtupri con‹etudo erat: Nec id latebat Roſi‹undam. Ignaro igitur per noctem ‹illi pro amica obtulit, & poſt ‹ommiſſum crimen tum metu pœ‹æ, tum regni ac conjugii ſpe im‹ulit in cædem mariti. *Zevecotius.* ‹o refero verba hæc, ut intelligan‹r Thraces ex craniis interfecto‹m feciſſe ſibi pocula more bar‹arico: quem & Livius exponit, ‹. 24. 15. Boji *purgato capite* Poſthumii, *ut mos iis eſt, calicem auro cælavere, idque ſacrum vas iis erat, quo ſolennibus libarent, poculumque idem ſacerdoti eſſe* (quæ vox forte rectius omitteretur) *ac templi antiſtitibus.* & Silius, 13. 481:

At Celtæ vacui capitis circumdare gaudent:
Oſſa (nefas) auro, & menſis ea pocula ſervant.

de ſimili re, & forte eâdem Poſthumii hiſtoriâ, Gellius, lib. 30. apud Priſcian. lib. 7. p. 239. Seneca Tragœdus, Thyeſte, verſu 453:

Venenum in auro bibitur.

(Maccab. 1. 11. 50.) Virgilius ſine præpoſitione:

Vt gemma bibat —— Ex Freinshemio *Hermannides.*

f *Scordiſci*] Scordiſci gens Gallica, latiſſime citra & ultra Iſtrum habitabant: qui citra, Scordiſci magni, Pannoniis & Illyricis montibus vicini: qui ultra, Scordiſci parvi, Myſis & Triballis proximi. Cum Scordiſcis primum bellum geſtum eſſe, quia in Macedoniam latrocinatum irruperant, M. Coſconio prætore invenio anno DCXVIII. quid interea cum ea gente uſque ad annum DCXXXIX. geſtum fuerit, nondum in Annalibus veterum ſatis deprehendi. *Stadius.* Gens originis Gallicæ, Epit. Liv. 63. Juſtin. 23. 3. 5. De ea, quæ ſupra de Thracibus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

robur acceſſerat. [h] Silvarum & montium ſitus cu ingenio conſentiebant: itaque non fuſus [i] modo his, aut fugatus, ſed ([k] ſimile prodigio) omni totus interceptus exercitus, quem duxerat [l] Cat. Didius vagos, & libera populatione diffuſos, int ſuam repulit Thraciam. Druſus ulterius egit, vetuit tranſire Danubium. [m] Minutius toto vaſt vit Hebro, multis quidem amiſſis, [n] dum per in-

du

cibus in commune dicuntur, recenſet Marcellin. 28. 7. & alii qui addunt, *in oſſibus capitum humanorum, ſanguinem libere ſolitos.* Meminit hujus gentis Dio, pag. 622. B. Sneyro, in verſione Velleji, facit eos, *Pueblos de la Pannonia inferior. Caſtaldo* (addit) *los attribue la Raſcia; llamanſe, ſegun Dominico Negro, Bosnachi, en Tudeſco Boſſen.* Ex Freinsh. *Hermannides.*

g *Calliditas quoque ad robur acceſſerat*] Ita ſupra, 1. 3. 4. Horatius ſolus tres Curiatios vicit, *addito ad virtutem dolo.* infra, 3. 11. 3. Parthi *præter armorum fiduciam ſimulant trepidationem, & in capos fugam.* Ex Eodem *Idem.*

h *Silvarum & montium ſitus cum ingenio conſentiebant*] Supra, 3. 2. 2. *Atrox cœlum, perinde ingenia.* Ex Eodem *Idem.*

i *Modo*] Puto ab aliena manu eſſe: nec enim juvat ſenſum; ſed aperte turbat. *Ex Eodem* Idem.

k *Simile prodigio*] Sic editio Stadiana, quemadmodum ante eam viſam legendum conjecerat Gruterus. Ex eod. *Idem.*

l *Cato*] C. Porcius Cato conſul infeliciter cum gente pugnav ſed eam cladem T. Didius Præ accurrens uſque adeo feliciter c rexit, quod de eadem triumpha rit. Catoni ſucceſſit C. Metel Caprarius Coſ. qui etiam, te Eutropio & Vellejo, de Thra triumphum duxit. *Stadius.*

m *Minutius*] M. Minutius R fus proconſul cum à Scordiſcis I ciſque premeretur, quibus imp erat numero, præmiſit fratrem, paucos equites una cum æneatc bus, præcepitque, ut cum vidiſſe contractum prœlium, ſubitus diverſo ſe oſtenderet, juberetc æneatores concinere: reſonanti montium jugis ſpecies inger multitudinis offuſa eſt hoſtibu qua perterriti dedere terga. Frc tinus libro undecimo, Eutropi Epit. LXV. Vellejus. Piſonis iſt nec mentionem apud alios obſ vare potui, nec tempori, in cu imperium iſta victoria caderet, quis è Piſonum familia æqualis e eſtque longum intervallum in Rhodopem Thraciæ & Caucaſu Scythiæ montes, quare nos ha Piſonis victoriam in dubio reli quimus. *Idem.*

n *Du*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

dm glacie flumen equitatur. Piſo Rhodopen Cauſumque penetravit. o Curio Dacia tenus venit: ſd tenebras ſaltuum expavit. Appius in Sarmatas ıque pervenit; p Lucullus ad q terminum gentinTanaim, lacumque Mæotim. Nec aliter cruatiſſimi hoſtium quam ſuis moribus domiti: quip: in captivos igne ferroque ſævitum eſt. Sed nil Barbaris atrocius viſum eſt, quam r quod abſciſſis

n *Dum perſidum glacie flumen uitatur*] Flumen equitare, aut mpum equitare, pro per campum t flumen equitare, neſcio an Laıum ſit. nemo ſane ita loquitur. ribimus, *dum per perſidum glacie imen equitatur.* præpoſitionem r abſorpſerat prima ſyllaba diionis *perſidum.* id in aliis locis ctum quam multis, alibi oſtenmus. *per perſtrictum glacie fluen* ediderat optimus Vinetus, ex pinione ſua, ut ſuſpicor. nam in bris non extat. *perſidum glacie fluen* vocat, quod Minucius, dum umini congelato exercitum ſuum deret, multos amiſerit, propter laciei nondum ſatis firmatæ fragi: & lubricum. Hoc ſi penſitaſſet ir doctiſſimus, nihil temere muaſſet. *Salmaſius.*

o *Curio*] Pertinet huc fragmenum illud Salluſtianum. H. 2. 1. *Eodem anno in Macedonia C. Curio, rincipio veris cum exercitu profefectus in Dardaniam:* & forte illud alterum H. 3. 5. *Atque eum Curio laudatum accenſumque præmiorum ſpe, quibus cum optaviſſet, ire jubet.* Cicero in Piſon. c. 19. etiam hunc triumphaſſe refert. Videtur autem hic poſtponendus Appio, nam ei ſucceſſit. *Freinsh.* C. Scribonius Curio Proc. primus intra triennium Dardanis & Mœſis debellatis, arma Romana ad Danubium uſque promovit, ultra quem Dacia in ripam ſeptentrionalem Danubii porrigitur, Appio Claudio, qui Rhodopæis edomitis morbo conſumptus erat, Curio (ut in aliorum Annalibus eſt) ſucceſſit, qui re bene geſta proc. triumphavit a. DCLXXXI. *Stadius.*

p *Lucullus*] M. Terentius Lucullus Thraces Æmimontanos edomuit, & quæ ad littora Ponti Iſtrique, oſtiaque ejus ſunt urbes, Tomoſque Ovidii exſilio nobiles expugnavit, & Scythis arma Romanorum primus oſtendit. Triumphaſſe Lucullum de Thracibus, Beſſis, ex triumphorum Annalibus anno DCXXC. invenio. *Idem.*

q *Terminum gentium Tanaim*] Non intelligit ultra Tanaim nullas gentes colere; ſed Thraces omnem eum tractum habitare ad uſque Tanaim: Tanais enim *Europam & Aſiam medius interfluit.* Curt. 6. 8. *Freinshemius.*

r *Quod abſciſſis manibus, &c.* jube-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

ſciſſis manibus relicti; f vivere ſuperſtites pœnæ ſu[æ]
jubebantur.

CAP. V.

Bellum [a] Mithridaticum.

PONticæ gentes ad Septentrionem in [b] m[a-]
re ſiniſtrum jacent, à Pontico cognomin[a-]
tæ mari. Harum gentium atque regionu[m]
[c] re[x]

jubebantur] Ita Vineti ed. & placet præ aliorum *videbantur*, quod extat quidem in Pal. tert. non etiam in pr. ac ſec. De re ipſa ſic quoque Zeno, in ſermonibus: *Incidantur ab articulis manus, à cruribus pedes: vivum ſe cadaver inſpiciat*. Gruterus. Iſtud autem pœnæ genus apud Perſas olim uſitatum fuiſſe, liquet ex Curtio, 5. 5. 6. Eodem Fabius Æmilianus latrones Hiſpanos affecit apud Appian. in Hiſp. pag. 293. & Joſephus Clitum quendam tumultuantem, de bell. Jud. 2. 26. Alia exempla vide apud Tacit. 12. 14. 8. Marcellin. 29. 26. f. Zonar. to. 2. p. 85. Poſſent vero Thracibus iſtis applicari verba Lamachi, apud Appulej. lib. 4. *Cur enim manui, quæ rapere & jugulare ſola poſſet, fortem latronem ſupervivere?* In eodem Appuleji loco mendum e[ſt], quod eadem opera tollemus. L[e]gitur; *Vix enim Thebas Heptapy[los] acceſſimus, quod eſt huic diſcipl[inæ] primarium ſtudium: ſed dum ſed[ulo] fortunas inquirebamus populare[s], nec nos deniq; latuit Chryſeros qu[i]dam, &c.* ridicule. quaſi ſumm[um] latronum ars eſſet Thebas acced[e]re. malim; *Vix enim Th. Hept. a[c]ceſſimus, quum (quod eſt huic diſ[ci]plinæ primarium ſtudium) ſed[u]lo fortunas inquirebamus populare[s], nec nos deniq; latuit Chryſeros qu[i]dam, &c.* ubi adverte, vocabulu[m] *denique* eodem etiam modo uſu[r]patum, ut notavimus in Indic[e]. *Idem.*

f *Vivere ſuperſtites*] Vide Sen. Controv. *Vir fortis non habens ma[]nus.* Idem.

---

a *Mithridaticum*] Mithridates regum Orientis poſt Alexandum Magnum maximus, bello Ariſtonici auxilia Craſſo Conſuli ut populi Romani ſocius ſubmiſit: deinde hunc ambitio & regnandi libido in diverſa conſilia diſtraxit: dum enim bello Cimbrico, Serv[i]li. Sociali civilibus armis ſeditio[]nibuſque Romanos veluti oppre[ſ]ſos laborare videret, utendum e[ſſe] ſibi occaſione ad regna Aſiæ Euro[]pæque invadenda occupandaqu[e] veluti injuriis obnoxia ratus, pulſ[o]
Ario[]

rex antiquiſſimus Atheas: poſt Artabazes, à [d] ſeptem Perſis oriundus: inde Mithridates omnium longe maximus; quippe quum quatuor Pyrrho, decem & ſeptem Annibali ſuffecerint; ille per quadraginta annos reſtitit, donec tribus ingentibus bellis ſubactus, felicitate Syllæ, virtute Luculli, magnitudine Pompeji conſumeretur. Cauſſam quidem illius belli prætenderat apud [e] Caſſium legatum,

iobarzane Cappadocum rege P. omani ſocio, primas belli cauſſas ovit anno DCLIX. quem Sulla ætor ex Senatus conſulto, profligato armis Corthio Mithridatis ice, in regnum reſtituit. Eſtque oc bellum à Cn. Pompejo terminatum anno DCXC. hoc eſt, anno iam ceperat triceſimo ſecundo, cto annis ante quadrageſimum. ætera per partes Mithradates pro ithridates edere Faſtos Capit. oltzii obſervavi, quod imitanım duximus. *Stadius.*

b *Mare ſiniſtrum*] Mare ſiniſtrum Pontus Euxinus erit à Roma Aſiam minorem proficiſcentiis, gentes omnes quæ littora eis accolunt in genere Ponticas voit: quo tractu ad Propontidem, ima Bithynia, inde Paphlagonia, ıox Pontus proprie dicta, cui ad ıeridiem Cappadocia, ab ortu Arıenia eſt. *Idem.*

c *Rex antiquiſſ. Atheas*] Scytharum rex quidam, apud Frontinum, *Atheas*, qui hic non eſt, niſi vehementer fallimur. *Ateas* ſine aſpiratione ſcribendum. nam ille Scytharum Rex, *Anteas*, vel *Antias*, à Plutarcho vocatur. optimæ membranæ hoc loco legunt *ætas.* nimirum eſt *Æëtas.* vetus ille Rex Ponti, Medeæ pater Αἰήτης. nam *Æetes* & *Æetas* extulerunt Latini. Ovidio etiam *Ætas* - *Pater Æta relictus.* Quin de *Æete* accipiendum ſit, nolim dubitare, qui fuit antiquiſſimus Rex Ponticarum regionum. vulgo *Atheas* vel *Ethas.* male. *Salmaſius.*

d *Septem Perſis*] Septem Perſarum proceres, Magis qui regnum fraude & conſpiratione à Cambyſis morte occupaverant, interfectis, de nova regis ex Septemviratu ſuo creatione ita convenerant, ut cujus equus primum oriente ſole ante palatium equis conſcenſis, hinnitum edidiſſet, is rex ſalutaretur; equini hinnitus prærogativa Darius Hyſtaſpis filius regnum obtinet. Ex his ſeptem proceribus Mithrades unus nomine fuiſſe creditur, à quo gentem & nomen Mithradates ille Ponticus numeraret. *Stadius.*

e *Caſſium*] L. Caſſius Aſiæ prætor Nicomedem Bithyniæ regem populi Romani ſocium, à Mithradate profligatum in regnum reſtituit, & Nicomedem inſtigat, ut hanc Mithradatis in ſe injuriam armis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

gatum, *attrectari terminos ſuos à Nicomede Bithyno*: cæterum elatus animis ingentibus, Aſiæ totius, ſi poſſet, Europæ cupiditate flagrabat. f Spem fiduciam dabant noſtra vitia. quippe quum civi bus bellis disjungeremur, * invitabat occaſio: dumque imperii latus oſtentabant procul Mari Sylla, Sertorius. Inter hæc Reipublicæ vulne & hos tumultus, repente, quaſi captato temp re, in laſſos ſimul atque diſtrictos, ſubitus tu Pontici belli, ab ultima veluti ſpecula Septe trionis erupit. Primus ſtatim impetus belli Bith niam rapuit. Aſia deinde pari terrore corre eſt. Nec cunctanter ad regem ab urbibus noſ populisque deſcitum eſt. Aderat, inſtabat, ſæ tia quaſi virtute utebatur. Nam quid atrocius u ejus g edicto, quum omnes, qui in Aſia fore Roma

mis ulciſcatur: invadit itaque in Pontum, eamque late uſque ad Amaſtrim populatur, permittente id Mithradate, ut belli cauſſas juſtiores haberet. Quare de hac Nicomedis in agrum ſuum incurſione Pelopidem legatum ſuum Mithradates conqueſtum miſit ad L. Caſſium: Appian. in Mithradat. *Idem*.

f *Spem ac fiduciam dabant noſtra vitia*] *Civilis, non minus vitiis hoſtium, quam virtute ſuorum, fretus*: Tacit. H. 4.34.10. & Agr. 32.2. ubi Galgacus de Rom. *Noſtris illi diſceſſionibus* (al. *diſſenſionibus*) *clari, vitia hoſtium in gloriam exercitus ſui vertunt*. h. e. ſuæ virtuti imputant victos hoſtes, cum ipſorum diſſenſionibus debuiſſent. Sic infra, 4.2.62. hujus Mithrid. filius magis diſcordiæ Romanæ *fidu quam ſua virtutis*, bellum co Inde Plinius, 7.27. *bello civili, q omnia externa conciebat*. Liv. 3 4. *Sabini ſpem in diſcordia Rom ponentes*. Adde infra, 4.12.1. *Fre hemius*.

* *Invitabat occaſio*] Terent. nucho, 3.5.57.

—— An ego occaſionem
Mihi oſtentatam tantam, tam l vem, tam optatam, tam ſperatam,
Amitterem? ——

Pertinet huc quod Ariſtot. Rhet refert, προφάσεως δεῖται μόνον ἡ πονηρία. Suet. Cæſ. 35. 4. *occaſion temporum bellantem*. Vid. cap. in pr. *Idem*.

g *Edicto, quum omnes*] Idem b

.omanæ civitatis homines interfici juſſit? Tum uidem domus, templa & aræ, humana omnia :que divina jura violata ſunt. Sed hic terror A-æ, Europam quoque regi aperiebat: itaque miſ-s Archelao Neoptolemoque præfectis, h exce-:a Rhodo, quæ pro nobis ſtetit, cæterum Cycla-:es, Delos, Eubœa, & ipſum Græciæ decus i A-ıenæ, tenebantur. Italiam jam, ipſamque urbem .omam regius terror afflabat. Itaque Lucius Syl-la feſti-

:r, *ut quum omnes.* legerim, *ut quo* *ıes. quid atrocius uno ejus edi-* ›? *ut quo omnes, qui in Aſia fo-* *nt, Romanæ civitatis homines, in-* *rfici juſſit.* nec malum eſſet, *uno* *us edicto, quo omnes, &c.* aſſen-ntibus quibuſdam libris. *Salm.* dictum Mithridatis hujuſmodi e-t, ut ad triceſimam diem obſer-tionis, omnes pariter Romanos ıi apud eos eſſent, & Italos, eo-mque mulieres cum pueris & li-:ris, qui Romani ſanguinis eſſe nſerentur, interficerent. Auctor ppianus. Interfecta autem ſunt ominum 150000. auctore Plut. lla cap. 48. Val. autem Max. 9. 2. ext. dicit 80000. civium Rom. uguſt. ubi ſupra. *Camers.* Idque ıdem die atque hora. Vellej. 2. 18.). Hieron. de errorib. Orig. *qua-* *ad Mithridatis literas, omnis ve-* *tas uno die de voluminibus ejus* *raderetur.* Eo tempore Coi cives .om. templo Æſculapii inductos ılvos præſtiterunt, Tac. 4. 14. Si-nile huic edictum fuit, quod Ha-nan adverſus Judæos procurave-at, Eſther. 3. 13. Joſeph. Antiqu. 1. 6. Imitatus videtur Mithrida-tem Julius magiſter militiæ trans Taurum, qui Gothos per Thracias diſperſos *datis vectoribus literis ad rectores civitatum & caſtrorum Romanos omnes, uno eodemq; die mandavit occidi.* Marcellin. fine hiſtoriar. *Freinsh.* Q. Oppium proconſulem & M. Aquilium legatos captos & fœde cruciatos enecavit: idque dum Sulla civili Mariano Romæ occupatus eſt: ut intelligas Mithradatem non pro regno & gloria, ſed odio etiam cum Romanis certaſſe. *Stadius.*

h *Excepta Rhodo*] Rhodus excepit omnes, protexitque quicunque Romani nominis vitæ ſuæ fuga contra Regis edictum conſuluerant; inter cæteros & L. Caſſium Aſiæ prætorem. Movit itaq; in Rhodios claſſe Mithradates, ſed fortiter navali prœlio à Rhodiis profligatus, multaque terreſtri oppugnatione fruſtra conatus, obſidionem ſolvit. *Idem.*

i *Athenæ*] Hinc Piſo, *hos eſſe Mithridatis adverſus Sullam ſocios.* apud Tacit. 2. 25. Quos tamen defendit Vellejus 2. 23. *Freinshemius.*

k Vir

la feſtinat, k vir armis optimus: parique violent[ia] ruentem ulterius hoſtem, quadam quaſi manu, r[e]pulit: primumque Athenas urbem (quis crederet) l frugum parentem, obſidione, ac fame ad hum[a]nos cibos compulit. Mox ſubruto m Piræei po[r]tu, ſex quoque & amplius muris, poſtquam d[o]muerat *ingratiſſimos*, ut ipſe dixit, *hominum*, n [in] honorem tamen mortuorum, ſacris ſuis famæq[ue] donav[it].

k *Vir armis optimus*] Idemque pace peſſimus. Inde Valer. Max. 9. 2. 1. *L. Sylla, quem neque laudare, neque vituperare quiſquam ſatis digne poteſt: quia dum quærit victorias, Scipionem ſe populo R. dum exercet, Annibalem repræſentavit.* Simile Marii elogium in ep. Liv. 80. *haud facile eſt dictu, utrum bello melior, an pace pernicioſior fuerit.* & Antonii primi apud Tacit. H. 2.86. *Pace peſſimus, bello non ſpernendus.* *Syllæ* autem cognomentum unde tranſierit in Cornelios, diſce ex Macrob. Saturn. 1. 17. *Idem.*

l *Frugum parentem*] Ita loquitur propter fruges Athenienſibus primitus inventas aut invectas, vide Diodor. 5. 69. *Idem.*

m *Piræei*] Piræeus Athenienſium portus è quadrangulis ſaxis, quæ laminis ferreis connectebantur, à Pericle bello Peloponneſiaco munitus eſt, ad ſexaginta fere pedum altitudinem, latitudinem vero tantam, ut onuſti duo currus ſibi occurrentes ſine offenſione mutua prætergrederentur. Hujus muri partem cum magno militum labore Sulla & cuniculis ſubruiſſet, Archelaus Mithradatis præfectus novas iterum intus munitiones [e]rexit, ita ut oppugnantium & d[e]fendentium mutua clade, cum m[ul]tum temporis traheret obſidio, S[ul]la totum impetum in Athenas co[n]verterit, ubi fames tanta fuit, ut m[e]dimnus tritici veniret mille drac[h]mis (atque cum modius ſit me[di]mni ſexta pars, veniſſet ea ratio[ne] modius $166\frac{2}{3}$ drachmis: & ead[em] ratione panis unius libræ emeb[a]tur $6\frac{1}{3}$ regalibus Hiſpanicis) lor[a], calceos, vaſaque aquis macerata [in] alimentum verterent, nec deeſſe[nt] qui cadaveribus vitam ſuſtinere[nt]. Tot calamitatibus fractas Ather[nas] Sulla Kalend. Martiis expugnavi[t] anno DCLXVII. *Stadius.*

n *In honorem mortuorum*] M[a]jorum nempe, rebus pace belloq[ue] geſtis, adhæc artium multarum i[n]ventione cultuq; nobiliſſimoru[m]. Ob eandem cauſam poſtea etia[m] Cæſar his pepercit. Appian. de be[llo] civil. lib. 2. pag. 482. *Athenienſib[us] quoque ſupplicibus dedit veniam, h[is] verbis: Quoties tandem vos veſtr[a] pte culpa pereuntes ſervabit maj[o]ru[m]...*

onavit. Mox quum Eubœa, atque Bœotia, prædia regis diſpuliſſet, omneis copias, uno apud Chæroneam, apud p Orchomenon altero bello iſſipavit: ſtatimque in Aſiam transgreſſus, ipſum pprimit. & debellatum foret, q niſi de Mithrida-: triumphare cito, quam vere maluiſſet. At tunc uidem hunc Aſiæ ſtatum Sylla dederat. Ictum um Ponticis fœdus: recepit Bithyniam regi Ni-omedi, Ariobarzani Cappadociam: ac ſic erat A-a rurſus noſtra, ut cœperat: r Mithridates tantum

m veſtrorum gloria. Ceterum thenienſes excuſat Vellej. 2. 23. 5. *einshemius.*

o *Chæroneam*] Chæronea Bœo-æ urbs ad Citheronem montem utarchi patria eſt, juxta quam lla Archelaum Mithradatis im-:ratorem CXX. millium exercitu ffultum præruptiſque locis valla-m, cæſis centum decem millibus dit, fugavitque; ipſe autem XIV. ntum milites ſe in eo prœlio de-deraſſe ſcribit. *Stadius.*

p *Orchomenon*] Dorylao Mi-radatis præfecto iterum cum XXC illium exercitu in Græciam ve-ienti ſeſe Archelaus ad Orchome-um urbem Achajæ conjungit, cum uibus Sulla caſtra confert, & ut ævalidi equitatus hoſtium impe-m tardaret, frequentes foſſas X. edes latas fodere jubet, irruente ndem hoſtium equitatu nonnihil epidatum eſt à Sullanis, ſed acuit le ſuos ad reſiſtendum dum ſi-num à ſuis correptum, magno im-etu in hoſtes, infert, vicitque feli-iter cæſis XV. hoſtium, & Dioge-e Archelai filio. *Idem.*

q *Niſi de Mithridate triumphare cito, quam vere maluiſſet*] Tot cladibus & Sullæ felicitate territus Mithradates, pacem per Archelaum à Sulla petit, quam à Sulla tempeſtivius & facilius ideo impetravit, quod Romæ abſente Sulla, Marius & Cinna adverſæ factionis principes, Rempublicam crudeliter & fœde dilacerarent, & quod Cinnæ jam in conſulatu regnantis auctoritate L. Valerius Flaccus (qui in Marii conſulis VII. in magiſtratu mortui, locum ſucceſſerat) Sullæ ſucceſſor, cum Fimbria legato mitteretur. Sed Flaccus propter avaritiam inviſus exercitui ſuo à C. Fimbria occiſus eſt: iſque exercitu occupato cum Mithradatis copiis bene pugnavit. Ilienſes, quia Sullanarum partium erant, expugnatos crudeliſſime funditus igne delevit. Ipſe autem, Sulla in Aſiam è Græcia veniente, exercituque ſuo ad Sullam tranſeunte deſertus. Pergami ſibi manus cum intuliſſet, à ſervo ſuo adjurante ictum, interfectus eſt. *Idem.*

r *Mithridates tantum repulſus:*

X *itaque*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

tum repulſus: itaque non fregit ea res Pontic[os], ſed incendit. Quippe rex Aſia & Europa quoda[m]modo ineſcatus, non jam quaſi alienam, ſed ſ q[u]ia amiſerat, quaſi raptam belli jure repetebat. Igi[tur] ut t extincta parum fideliter incendia majore fla[m]ma reviviſcunt; ita ille u de integro, auctis in m[o]dum copiis, tota denique regni ſui mole, in Aſi[am] ru[...]

itaque non fregit ea res Ponticos, ſed incendit] Plena victoria obtineri non poteſt, niſi vel omnino debellatum ſit vel bona utrimque fide pax inita. Multi non pacem volunt, ſed blanda illius ſpecie aliis imponunt ac avidum nocendi animum euſque diſſimulant, dum reparatis viribus, aut meliori occaſione oblata, periculoſius quam ante bellum poſſint movere. Verum hic non prior fœdus rupit Mithridates, ſed relictus à Sylla prætor Muræna, qui Haly flumine ſuperato quadringentos in Ponto vicos incendit, & ne quidem monenti ut deſiſteret Senatui auſcultavit, donec victus tandem & caſtris à Mithridate exutus, revocatus fuit à Sylla. Et quidem tunc iterum pax inita eſt; ſed quam nova injuria violarunt Rom. qui de Ponto & Mithridate triumphare permiſerunt fædifragum Murænam. *Zevecotius.*

ſ *Quia amiſerat, quaſi raptam*] Ea nimirum humani ingenii conſuetudo eſt, quę ſemel poſſiderunt, jure ſive injuria, putare pro ſuis. Quadrat huc Livii locus 33. 32. ubi de principibus Carthaginenſibus qui Remp. aliquamdiu peculati, induſtria Annibalis eo compendio exciderant: *Tum vero iſti, quos [...]verat per aliquot annos publicu[...]culatus, velut bonis ereptis, non [...]to eorum manibus extorto, infenſ[i] irati &c:* Simile eſt illud Cice[ro] Verr. 4. 18. *quia non potuerat [ar]gentum eripere, ipſe à Diodoro [...]pta ſibi vaſa optime facta dice[...]* Freinshemius.

t *Extincta parum fideliter in[cen]dia*] Eodem ſimili de incendio [...]tur auctor ſupra 2. 15. & infra [...] Eodem Curtius 6. 3. *Parva [...] ſcintilla contempta, magnum e[xci]tavit incendium.* Idem.

u *De integro*] L. Murena p[ræ]tor à Sulla relictus, Mithridati [bel]lum adverſus fœdus infert. H[aly] flumine ſuperato quadringen[tos] Mithradatis in Ponto vicos inc[en]dit Murena, legatis à Roma r[e]rentibus non placere Senatui, q[ui] regi fœderato bello moveret non ſolum ab incepto non deſti[tit,] ſed majori conatu iterum cum [re]ge congreſſus, caſtris ac exer[citu] exſutus in Phrygiam fugit. Mith[ra]dates Cappadociam pulſo iter[um] Ariobarzane occupavit. Sulla [...]quum ratus ſi Mithradates co[ntra] fœdus vexaretur, Murenam à b[el]lo revocavit. Mithradati, reſtit[...] Ar-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

urſus mari, terra, fluminibuſque veniebat. [x] Cy-
icum nobilis civitas, arce, mœnibus, portu, tur-
ibuſque marmoreis, Aſiaticæ plagæ litora illuſtrat.
anc ille quaſi alteram Romam toto invaſerat bel-
o: ſed fiduciam oppidanis reſiſtendi nuncius fecit,
ocens adventare Lucullum qui (horribile dictu!)
er medias hoſtium naves [y] utre ſuſpenſus, [z] &
pedibus

riobarzani Cappadocia, pax da-
eſt. Tenuit hoc bellum bien-
um, Murena de Ponto & Mithra-
ate rege triumphavit. Mithrada-
s iterum nova interea bellorum
onſilia, novos belli apparatus mo-
ebatur. Cum Sertorio quoque
lverſus Romanos ſocietatem jun-
t, L. Magio & L. Fannio, qui à
alla ad Mithradatem transfuge-
nt, internuntiis. Sertorius M.
arium ad regem, ut eo belli du-
uteretur, mittit. Rex ineunte ve-
in Bythiniam, quæ populo Ro-
ano à Nicomede teſtamento re-
ta erat, irrumpit. M. Cottam
ud Chalcedonem terra fudit,
ari claſſe pulcherrima exſuit, in-
ad Cyzicum obſidendam ſeſe
nvertit. *Stadius.*

x *Cyzicum*] Cyzicum inſula
Propontide, quæ duobus pon-
ous continenti adhæret, eſtque
ea urbs clariſſima, de qua Flo-
s. L. Licinius Lucullus, Mithra-
tis exercitu terra marique ea fru-
entatione intercluſo, urbem ob-
ione liberavit. Rex præmiſſa
ampſacum copiarum parte, claſſe
rum fugit. Lucullus hoſtes ad
ſapum fluvium (ita enim Æſa-
s, non Aſopus ex Strabone, He-
ſiodo, & Ptolemæo ſcribendum
eſt) aſſecutus cecidit, partem ad
Granicum juxta Lampſacum à ſe-
ptemtrione ex Ida fluentem proſe-
cutus interfecit: uterque fluvius ex
Cyzico terreſtri itinere Lampſa-
cum petentibus occurrit. Plutar-
chus ſcribit ad Rhindacum flu-
vium Mithradatis exercitum à Lu-
cullo cæſum, juxta Apolloniam
Myſiæ, alterum ad Granicum; per-
iiſſe in utroque conflictu trecenta
millia hominum. *Idem.*

y *Vtre ſuſpenſus*] Suetonius de
Cæſare 57. *ſi flumina morarentur,
nando trajiciens, vel innixus infla-
tis utribus, perſæpe nuncios de ſe præ-
venit.* Hi utres vel inflabantur folli-
bus, ut Suetonius indicat, vel ſtra-
mentis inferciebantur; ut apud
Curtium VII. Poſtea inventi ſunt à
Romanis aſcogephri, hoc eſt, pon-
tes utribus junctis conſtantes. *Ca-
ſaubonus.* Similia de Cæſare *Sue-
tonius* in ejus vita *cap.* 57. Ubi vi-
dendus *Caſaubonus*: & addenda
quæ de his Utribus obſervatunt *Li-
pſius lib.* 2. *Poliorcet. cap.* 5. & *Ste-
vvech. ad Veget. lib.* 3. *cap.* 7. Ex
Rup. *Hermannides.*

z *Et pedibus iter adgubernans*]
Frontinus: *& pedibus velut guber-*
X 2 *nantis*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

pedibus iter adgubernans, videntibus procul qu-
ſi marina priſtrix evaſerat. Mox clade converſ,
quum ex mora obſidentem regem fames, a & e
fame peſtilentia urgeret, recedentem Lucullus
ſequitur: adeoque cecidit, ut Granicus b & Æ-
ſapus amnes cruenti redderentur. c Rex callidu
d Ron

nantis dimiſſis. Lego: *demiſſis.* Sequitur, *velut marina piſtrix.* Piſtores, ſeu piſtrices, an mare habeat, neſcio. Legendum *priſtrix.* In optimo libro *iſtris, piſtris* pro *priſtis*, & melius eſt. *Priſticem* tamen dixerunt veteres, & *priſtim. Priſtis* & *priſtrix*, pro quo corrupte ſemper ſcribitur *piſtrix.* Actius *priſtices* etiam dixerat. Noſtræ Gloſſæ: *Priſtrix bellua maris. Actius priſtices dixit.* Paulus, mutilator Feſti: *Balenam, belluam marinam, ipſam dicunt eſſe priſticem, & cetum.* Locum illum ita legimus. Nec mirum debet videri, ſi *priſtix* Latini dixerunt. πρίστις *priſtix*, ut αἴας *Ajax.* In veteri inſcriptione *Tigrix.* Vide indicem inſcriptionum Gruterianarum. Apud Suidam πρῆστις pro bellua marina. Unde & πρήστιδες νῆες, quæ & πρίστεις apud Polybium. Latinis *priſtes*, quæ etiam dicebantur *Cetenæ* à Ceti magnitudine. Heſychius: κητλώη εἶδος πλοίου. *Salm.*

a *Et ex fame peſtilentia urgeret*] Particula & non adeſt melioribus libris; manifeſto vox excidit, ſine qua ſenſus non poteſt eſſe integer. ſuſpicor deeſſe verbum *fames.* verba Flori: *mox clade converſa, quum ex mora obſidentem regem fames, ex fame peſtilentia urgeret.* vocem *fames*, ut arbitror, recte ſupplevimus; ut vulgo hactenus ... ctum eſt, nihil cohærere facil... nimadverti. *Idem.*

b *Et Æſapus amnes*] *Exop*, *etopus, eſopus, Æſopus*: tot mo... corruptum hujus fluvii nomen ... antiquis libris. *Idem.*

c *Rex callidus, &c.*] Lucu... Mithradatem ſeſe in Aſiam r... pientem juxta Cabira Ponti urb... ad Paryadræ montis radicem ſi... aſſecutus, feliciter pugnavit, c... hoſtium LX. millibus. Mithrad... è regno fugiens maximam vim ... ri atque argenti, pulcherrima... que rerum omnium ſuppellecti... ſparſit: quæ dum milites Ro... ni colligunt omnia diligenti... rex ipſe, qui idem in poteſtat... veniſſet, è manibus effugit. Lu... lus inde Ponticas urbes partim ... ditione accepit, partim vi expug... vit, Macharem Mithradatis fil... Boſpori regem in amicitiam re... pit. Iterum cum Mithradatis & ... granis Armeniæ regis copiis ... conflixit pridie Non. Octob. at... regem Tigranem, qui Mithra... tem ſocerum adjuverat, fudit. ... grano certa regiam Armeniæ ... pit. Armeniæ partem occup... Mithradates, Triarium Lucull... gatum è Cabiris moventem ... omnibus fere copiis in itinere ...

pre

Romanæque avaritiæ peritus, e ſpargi à fugienti- ıus ſarcinas & pecuniam juſſit, qua ſequentes mo- aretur. Nec felicior in mari, quam in terra fuga. uippe centum amplius navium claſſem, appara- ıque belli gravem, in Pontico mari aggeſſa tem- eſtas, tam fœda ſtrage laceravit, ut navalis belli ıſtar efficeret: plane quaſi Lucullus quodam cum uctibus procelliſque commercio, debellandum radidiſſe regem ventis videretur. Attritæ jam o- nnes validiſſimi regni vires erant: f ſed animus ma- s augebatur. Itaque converſus ad proximas gen- es, totum pœne Orientem ac Septemtrionem, uina ſua involvit. Iberi, Caſpii, Albani, g & u- ræque ſollicitabantur Armeniæ: perque omnia & decus,

eſſit. Lucullus militum ſuorum ditione impeditus, & ab iis de- tutus, eam injuriam ulciſci non tuit. Miſſuſque eſt Lucullo, cum tem annis hoc bellum geſſiſſet, ceſſor Cn. Pompejus, vel quia m diuturna poteſtate imperiis aſ- eſcere ſuos duces nollet populus omanus, vel quia ab æmulis ac- ſatus erat Lucullus, ipſum de duſtria bellum quod conficere ſſet, cum Mithradate protrahe- *Stadius.*

d *Romanæ avaritiæ*] Adde ſupra 1. Idem crimen Romanis Gal- cus objicit apud Tacit. Agr. 30. *locuples hoſtis eſt, avari ſunt Ro- ani.* Freinshemius.

e *Spargi à fugientibus &c.*] I- m Triphon Syriæ rex feciſſe di- ur, qui victus per totum iter fu- ens pecuniam ſparſit, eaque in- ctanda Antiochi equites mora- tus effugit. *Frontin.* 2. 13. Idem fe- cit Alaricus Gothorum rex à Stili- cone victus. Lege *Claudian.* de ſexto conſul. Honorii. Item de bel- lo Getico verſ. 610. ubi plura di- ctavimus. *Camers.* Tribuit hoc et- iam Mithridati ſatrapæ Polyænus lib. 7. & Frothoni ſuo Saxo Sia- lan. primo Hiſt. Dan. pag. 23. Per- tinet eo Syrorum exemplum in ſa- cris literis, 4 Regum. 7. 7. *Freins- hemius.*

f *Sed animus malis augebatur*] Magnæ indolis ſignum eſt ſperare ſemper. *Hermannides.*

g *Et utræque ſollicitabantur Ar- meniæ*] *Sollicitantur.* Paulo poſt le- gendum, *per quæ omnia decus & nomen & titulos Pompejo ſuo fortu- na quærebat. Pompejo ſuo*, elegan- ter. quod conjectura primum ſcri- pſeram; poſtea aſſenſerunt aliquot ſcripti. *Salmaſius.*

decus, & nomen, & titulos [h] Pompejo ſua fortu na quærebat. Qui ubi novis motibus ardere Aſiam videt, alioſque ex aliis prodire reges; nihil cu ctandum ratus, [i] priuſquam inter ſe gentium ro bora coïrent, ſtatim ponte navibus facto, omnium ante ſe primus tranſit Euphratem: regemque fu gientem media nactus Armenia (quanta felicitas vi ri!) uno prœlio confecit. [k] Nocturna ea dimica tio fuit, & [l] luna in partibus. quippe quaſi comm litan

h *Pomp. ſua fortuna*] Pall. *Pomp. ſuo fortuna.* ſequerer, niſi illud *ſua* heic uſurparetur, ut apud Curt. 3.2. 17. *niſi ſuam naturam plerumque fortuna corrumperet.* Gruterus. Id. pluribus hoc demonſtrare ſatagit ad Livium, 5.21.13. Mihi videbatur leg. *ſuo.* Sic enim & Lucan. 8. 730. cui ut plurimum eadem cum noſtro verba:

Pompejus, fortuna, tuus. ——

De Pompejo ſcripſit etiam L. Ampel. ſi ſic legatur: *per Lucullum item eoſdem Ponticos & Mithridatem: per Pompejum item eoſdem Ponticos & Mithridatem, item Cilicos piratas.* Freinshemius.

i *Priusquam inter ſe gentium robora coirent*] Magnum boni Ducis τεκμήριον, diſcretos viribus aggredi: ut enim tunc validiſſimi ſunt hoſtes, cum omnes ſuas vires conjunxêre; ita infirmiſſimos eſſe liquet, cum diſperſas habent copias. Hinc & *Ap. Claudius Caudex* ſeparatos aggreſſus eſt, *Hieronem Syracuſanum* & *Carthaginienſes*, apud *Polyb. lib.* 1. *capp.* 11. & 12. Antonius I. Vitellianos, *Tacit. lib.* 3. *Hiſt. cap.* 15. Ex Rup. *Hermannides.*

k *Nocturna ea dimicatio fui*[t] Noctem aliis in audaciam, aliis [in] formidinem oportunam eſſe Ta[ci]tus ſcribit, *Ann.* 11. Cave igi[tur] quiſquis es Imperator rebus om[ni]bus non exacte perpenſis te exp[o]nere diſcrimini. Quid ſi tiron[es] ant ſuſpectos ſub ſignis habea[s] noli, ſaltem nocte, pugnare, te[ste] enim Cæſare *lib.* 2. *de bel. civ.* e[x]ercitus pudore ac timore refræn[a]tur, quibus rebus nox maxime a[d]verſaria eſt. Quid ſi ſitus locoru[m] ignotus ſit? noli occaſionem in[si]diantibus dare; illis nox, tibi di[es] opportunior eſt. *Zevecot.* De N[o]cturnis prœliis omnia diligent[er] excuſſit *Bernegg. quæſt. in Tac.* 19 Potes addere prœlium *Gorgopæ* n[a]vale ad Lunam, apud *Xenoph. lib Hiſt. Græc. p.* 545. Hermannides

l *Luna*] Quotquot auctores h[u]jus belli habeo, ſcribunt lunam occaſum devergentem Romanis tergo fuiſſe, & hinc ut propius [ad] Horizontem prolabitur, ita pr[o]ductiores Romanorum umbr[as] porrigit, deceptos inani imagi[ne] Ponticos, in umbrarum ſpectra irritum tela conjeciſſe, Plutarch[us]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

tans, quum m à tergo ſe hoſtibus, à facie Romanis, ræbuiſſet, Pontici, per errorem longius cadentes, mbras quaſi hoſtium corpora petebant. Et Mithridates quidem nocte illa debellatus eſt: nihil eim poſtea valuit, quanquam n omnia expertus, nore anguium, qui obtrito capite, poſtremum caua minantur. Quippe quum effugiſſet hoſtem Colhos, Siciliæ quoque litora, & Campaniam notram ſubito adventu terrere voluit: o mox ſubruo Piræei portu Colchis tenus jungere Boſphoron; nde per Thraciam, Macedoniam & Græciam tranlire; ſic Italiam nec opinatus invadere, tantum coitavit. nam per defectionem civium, Pharnacisque filii

ı Pompejo, Oroſius, Frontinus b. 11. & Romanos in Ponticos ita karmatos irrupiſſe, victoriaque otitos eſſe. Prœlium hoc ad Daracum montem in Armenia miore accidit. *Stadius.*

m *A tergo hoſtibus, à facie Romanis*] Ita Pallo. ut videatur ita ripſiſſe auctor, cujus equidem ntentiam firmet Plutarchus, Nia, cap. 44. *Habebant lunam à tero, unde ſemet ipſi inumbrantes multudinem ſuorum & fulgorem inolvebant armatorum. Hoſtes vero clipei, objecta refulgentes luna, ulto plures repræſentabant & validiores.* Plures tamen, immo fere mnes, corrigendum cenſent, *à acie hoſtibus, à terg. Romanis.* & ſi on ita ſcripſerit auctor, debuiſſe ribere, quod & Plutarch. Pomp. . 53. Frontinus, 2. 1. 12. de hac ipſa pſa hiſtoria; & de ſimili Tacitus, d. 3. 23. 6. ubi Lipſii notam vide. *Freinshemius.*

n *Omnia expertus*] Quod magnopere laudat, & imitandum bellatoribus cenſet Gruterus ad Tacit. diſcurſu nono. Ex eadem ſchola eſt illud Britannorum apud Tac. Agr. 15. *Virtutes majorum ſuorum æmularentur, neve prœlii unius aut alterius eventu paveſcerent.* De Romanis vide ſupra 1. 18. *Idem.*

o *Mox ſubruto Piræei portu*] Recte feceris, ſi mihi expungas hæc quatuor verba: quæ ex ſuperioribus illis irrepſere; *mox ſubruto Piræei portu. ſex quoque & amplius muris, &c.* quis vero aut qui ea in hunc locum tranſtulerit, non poſſum ſcire. lego igitur, & diſtinguo, illis ejectis quæ diximus: *Quippe cum effugiſſet hoſtem Colchos, Siciliæ quoque litora, & Campaniam noſtram ſubito adventu terrere voluit, Colchis tenus jungere Boſphorum, inde per Thraciam, Macedoniam,*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

filii ſcelere præventus, p male tentatum veneno ſp[i]-
ritum q ferro expulit. Cnæus interim Magnus i[n]-
bellis Aſiæ reliquias ſequens, per diverſa gentiu[m]
terrarumque volitabat. Nam ſub Orientem ſequ[u]-
tus Armenios, captis ipſo capite gentis Artaxat[is],
ſupplicem juſſit regnare Tigranem. At in Septe[n]-
trionem Scythicum, iter tanquam in mari r ſtel[lis]
ſequutus, Colchos cecidit. ignovit Iberiæ. ſ pepe[r]-
cit Albanis. regem Colchorum t Orodem, poſi[tis]
ſub ipſo Caucaſo caſtris, juſſit u in plana deſcend[e]-
re: Arthocen, qui Iberis imperabat, & obſides [li]-
beros dare. Orodem etiam remuneratus eſt, ult[ro]
ab Albania ſua lectulum aureum, & alia dona m[it]-
tentem. Nec non & in meridiem verſo agmin[e]
Libanum Syriæ, Damaſcumque transgreſſus, p[er]
nemora illa odorata, per turis & balſami ſilvas, R[o]-
mana circumtulit ſigna. Arabes, ſi quid imper[a]-
re[t]

niam, & Graciam, tranſilire, ſic Italiam nec opinatus invadere tantum cogitavit. in Palatinis: *tamen cogitavit.* Salmaſius.

p *Male tentatum veneno ſpiritum*] Nam antidota ſæpius bibit, & ita ſe adverſus inſidias exquiſitis tutioribus remediis munivit, ut eſt apud *Iuſtin. lib. 37. cap. 2.* Sic & Agrippina, Neronis mater, præſumendo remedia, contra venena munierat corpus, auctore *Tacit. lib. 14. An. cap. 3.* Ex Rup. *Herm.*

q *Ferro expulit*] Rex Mithradates cum invalido ictu ſemetipſum percuſſiſſet, uſus ſervi ſui manu, vel ut alii volunt à Bithocu Gallo precibus ab ipſo ad id exorato, confectus eſt. *Stadius.*

r *Stellis*] Proverbio Græci di[ce]-
bant, de iis qui longum iter, & p[er]
deſertas terras faciebant διὰ τ[ῶν]
ἀστέρων ὑποσημαίνεσθαι τὴν ὁδὸν: c[u]-
jus meminit ſcholiaſtes Æſchyli [in]
Agamemnone. vide etiam S[ui]-
dam. Simile eſt illud Lucia[ni]
pr. Icaro Menippi: εἶπε ὦ γαθ[έ]
καθάπερ οἱ Φοίνικες, ἄστροις ἐτεκμαι-
ρου τὴν ὁδὸν. *Salmaſius.*

ſ *Pepercit Albanis*] Quippe fr[a]-
tribus: Juſt. 42. 2. 4. *Freinshemiu[s].*

t *Orodem*] *Olthacem* vocat Ap-
pianus pag. 253. & in triumpho d[u]-
ctum ſcribit. *Idem.*

u *In plana deſcendere*] Ne vid[e]-
licet fiducia montium rebellare[t]
ita factum ſupra 1. 35. & infr. 4. 1
Similia denique exempla paſſim i[n]
hiſto

ıt, præſto fuere. Hieroſolymam defendere tenıvere Judæi: verum hanc quoque intravit; & vidit ıud grande impiæ gentis arcanum patens, x ſub ıreo vitem cœlo. diſſidentibusque de regno fraıbus, arbiter factus, regnare juſſit Hircanum. Ariɔbulo, quia renovabat eam rem, y catenas dedit. Sic Pompejo duce populus Romanus totam, qua tiſſima eſt, Aſiam pervagatus, a quam extremam habe-

ſtoria Romana invenias. *Idem.*

x *Sub auro vitem cœlo*] Nihil ctius hac conjectura Lipſiana, ıam vide Elector. 2. 5. *Gruterus.* ız. *uti cœlo*. ex quo Salmaſius *vicœlo.* Quæ porro de Judæis hic ırrantur, recenſet Joſephus. 14. 5. &c. *Freinsh.* Vitis aurea magnæ ɛis & pretii, in Judæorum templo ſt, quam Pompejus illic, ſive reprit, ut Florus & Tacitus volunt, ie oblatam ab Ariſtobulo recepit, Joſephus & Zonaras narrant. In nc vitem ludit & dentem ſtringit ınc Florus: & En inquit, hoc ild ſecretum & grande arcanum, ıod templi ſui adytis Judæi cæıt & colunt. Nam Græci pleriıe & Romani, quoniam ſacra ilgens aliena à ritibus receptis & ofanis nec ſtatuas in templo harent aut ſimulacra: mira & progioſa de religione eorum & myɛriis ſuſpicati. Alii mundum cont, alii nubes, alii Bacchum, ıidam aſinum & ſuem. At Flos quaſi rem acu tangens, prot de vite. De qua ipſa Tacitus lio 5. Hiſt. cap. 5. *Sed quia ſacerdos Iudæorum tibia tympaniſque conıebant, vitiſque aurea in templo reperta, Liberum patrem coli domitorem Orientis quidam arbitrati ſunt.* ubi hoc amplius diſcis, vitem hanc tractam in argumentum Liberi culti. Vitis hæc non ſimplex fuit, ſed monti aureo implexa, totumque opus in formam horti flexum. Ideo in Floro *vitis ſub aureo cœlo.* Lipſius. Cur ait, patuiſſe grande impiæ gentis arcanum, ſi vidit *ſub aureo vitem cœlo?* Fuit Gentilibus incognitum, quem *Deum* colerent *Iudæi.* Sed cum viderent in templo *auream vitem*, credebant jam illud arcanum patere, & deprehendi *Iudæos in Bacchi* cultu. Judæi ad alienigenum cultum exhorreſcebant, lib. 2. Macchab. cap. 6. ubi ita: *Ducebantur cum amara neceſſitate natalitio feſto Regis*, &c. *& cum Liberi ſacra celebrarentur.* Hermannides.

y *Catenas dedit*] Et in triumpho duxit. *Plut. Pompejo cap.* 73.

z *Sic Pompejo duce, &c.*] Geſta Pompeji compendioſe habes à Plinio, 7.26. & 37.1. Val. Max. 8.15.8. Auctore de vir. illuſtr. cap. ult. Geſta Pompeji eleganter ſcribit Lucanus, 2.576. *Camers.*

a *Quam extremam &c.*] Plinius 7.26.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

habebat imperii provinciam, mediam fecit. Exceptis quippe Parthis, qui fœdus maluerunt, & Inis, qui adhuc nos non noverant, omnis Aſia inter Ru-brum mare, & Caſpium, & Oceanum, Pompe-nis domita, vel oppreſſa ſignis, tenebatur.

CAP. VI.

Bellum [a] Piraticum.

INnterim dum populus Romanus per i-verſa terrarum diſtractus eſt, [b] Cili-invaſerant maria: [c] ſublatiſque co-merciis, [d] rupto fœdere generis hun-

7.26. *Summa ſummarum in illo gloria fuit (ut ipſe in concione dixit, cum de rebus ſuis diſſereret) Aſiam ultimam provinciarum accepiſſe, andemque mediam patriæ reddi-* Freinshemius.

le gentis infirmitas ſuſpecta erat, rturat in Germanicam expeditiorn, confirmatque Gallorum anios jam utcunque labefactos: Gerrnos qui jam trajecerant Rhem, dum legatos ipſorum pro as petendis miſſos retinet, ex imoviſo nec tale quid opinantes adus, ccccxxx. millia hoſtium non ige à Confluente Moſæ & Rheprofligat, caſtris exſuit, & diſſi-, & perpaucis ſuorum vulnerar, periculoſiſſimo bello defungi-. Ubi qui ultra Rhenum habitant, Suevis vectigales & nunc obibus Cæſari datis populi Romaamici, Cæſaris auxilium contra evorum injurias orabant: quare æſar ut Ubios defenderet, ut Geranos etiam propiore periculo & llo domeſtico frangeret, Rhem ponte ſublicio intra decimum em confecto ſuperavit, & in Simbros ſigna convertit: illi & cæri Germani Suevique ſeſe in ſyls & paludes una cum rebus caſimis receperant: Cæſar late polatis igne ferroq; ipſorum agris, Ubiis liberatis, XVIII. die iterum Galliam exercitum reduxit, ponnque reſcidit. Hujus pontis ſtruuram ut Cæſar elegantiſſime & ſolutiſſime deſcribit, ita eum Jondus Veronenſis corrupte depint, Cardanus in ſubtilitate ſua ſubiter. Jo. Buteo in Geometricis digenter & fideliter. Cum Pompes & Craſſus Cæſaris etiam faione Coss. eſſent declarati; id em ſuperioris anni conventu Lue per coïtionem optimatium conceptum fuerat, provincias lege Trebonia, fruſtra intercedente Catone, in quinquennium Pompejus Hiſpaniam, Craſſus Syriam & Parthicum bellum, Cæſar Gallias & Germaniam in alterum quinquennium novo exemplo per vim obtinuerunt. Julia uxor Pompeji è partus doloribus etiam periit, atque ita neceſſitudinis vinculum illud, quo Cæſar & Pompejus ſolum in amicitia tenebantur, abruptum eſt, cum filiola etiam quæ nata erat, ſtatim matrem ſequeretur: anno proximo id accidiſſe, cum Cæſar Britanniam peragraret, teſtatur Seneca de conſolatione ad Marciam, & Cicero ad Quintum fratrem l. III. *Idem.*

u *Vltro*] Dicit Florus, jam ſua ſponte tranſiiſſe Cæſarem, non laceſſentibus Germanis. Sic Tacitus 13. 7. 2. *Duoſq; veteres reges Agrippam & Iocchum expedire copias queis Parthorum fines ultro intrarent.* Sic etiam noſter ſæpius. *Freinshemius.*

x *Moſulam*] Hoc repoſuit Vinetus, cum ſervarent MSS. ejus, *Maſſiliam*, quod & in V. C. & Pall. tribus; ita tamen, ut reſtet à prima manu in tertio, *Moſellam.* Gruterus. *Moſula* flumen nuſquam lectum mihi, niſi quod Guliel. Brito lib. 10. Philippidos:

Vt miraretur fieri ſe Moſula rubrum
Sanguine ſanctorum. ———

Totum autem locum ita corrigit doctiſſimus Cluverius Germ. ant. 2. 14. *infra Moſellam navali ponte tranſ-*

lam [y] navali ponte transgreditur, ipſumque Rh-num: & Hercyniis hoſtem quærit in ſilvis: ſed n ſaltus & paludes genus omne diffugerat; tantum a-voris incuſſit intra ripam ſubito Romana vis. [z] Nec ſemel Rhenus, ſed iterum quoque, & quidem [a] pon-te facto, penetratus eſt. Sed major aliquanto t-pidatio: quippe quum Rhenum ſuum ſic pon- quaſi jugo captum viderent, fuga rurſus in ſilvas ac paludes: &, quod acerbiſſimum Cæſari fuit, n fuere qui vincerentur. Omnibus terra marique ptis, reſpexit Oceanum: & quaſi hic [b] Romanus orbis non ſufficeret, alterum cogitavit. Claſſe i-tur comparata, [c] Britanniam tranſit, mira celeri-

tranſgreditur ipſum Rhenum. Cujus tamen rationes curatius expendere jam non vacat. *Idem.*

y *Navali ponte*] Hujus pontis ſtructuram Cæſar de bell. Gall. 4. 17. elegantiſſime & abſolutiſſime deſcribit.

z *Nec ſemel, &c.*] Jactat Cæſar apud Julianum, *ſemel ille* (Alexander) *Iſtrum tranſit; ego bis Rhenum.*

a *Ponte facto*] *Nota atque inſtituta ratione*, ait Cæſ. de bell. Gall. 6. 9. Quomodo autem Romani quam facilime fluvios tranſgredi conſuevurint, refert Suidas in voce ζεῦγμα, De hiſtoria Sueton. Cæſ. 25. 3. *Germanos qui trans Rhenum accolunt, primus Rom. ponte fabricato aggreſſus, maximis cladibus affecit.* Freinshemius.

b *Romanus*] Romanum orbem vocat τὴν οἰκουμένην. nam ita Romanos vocat *gentium dominos, orbis Dominos.* Cæſaris ambitionem & φιλαρχίαν tangit: cui exſaturata non erat ſatis orbis terrarum & quicquid parebat Romanis, niſi alterum orbem quæſiiſſet. Alterum orbem Britanniam intelligit, qua in continenti ſequitur, quam novum orbem & alterum orbem appellant Romani, ut notum. *Salmaſius.*

c *Britanniam*] Cæſar quia intelligebat Britannos hoſtibus po Romani auxilia ſubminiſtrare, profugos etiam excipere, in proficiſci decrevit. Bis itaque de cauſſa in Britanniam inſu trajecit, Primo ſub Autumni æq noctium, cum tertia vigilia è M rinorum portu ſolvens, hora ci ter diei quarta in Britanniam ap lit, Pompejo & Craſſo Coſſ. Britannos, facto prœlio, ut ſe clementiæ permitterent, impu ſed cum claſſis ejus quæ equitat tranſportabat, ob incognitum l

ma

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

te: quippe qui tertia vigilia [d] Morino ſolviſſet à portu, minus quam medio die inſulam ingreſſus eſt. Plena erant tumultu hoſtico litora; & trepidantia ad conſpectum rei novæ [e] carpenta volitabant. itaque trepidatio pro victoria fuit. Arma, & obſides accepit à trepidis: & ulterius iiſſet, niſi improbam claſſem naufragio caſtigaſſet Oceanus. Reverſus igitur n Galliam, claſſe majore, auctisque admodum copiis, in eundem rurſus Oceanum, eosdemque rurſus Britannos, Calidonias ſequutus in ſilvas, unum quoque è regibus Cavelanis in vincula dedit. Contentus his (non enim provinciæ, ſed nomini ſtudebatur) cum majore, quam prius, præda revectus eſt; pſo quoque Oceano tranquillo magis, & propitio, quaſi imparem ſe fateretur. Sed maxima omnium, eadem-

nanis æſtum Oceani circa plenam unam & circa æquinoctia, quod tiam Tacitus teſtatur, ſæviſſimum, œdiſſima tempeſtate disjecta eſt. Quæ res Britannos ad rebellanlum erexit, ſed iterum fuſi fugatique, imperata datis obſidibus facee coacti ſunt. Cæſar cum ſuis incolumis in Galliam rediit. Atque um Britanni quos promiſerant obſides non miſiſſent, iterum Cæſar in Britanniam navigat, ſolvitque ab Iccio portu ad ſolis occaum, Africo ſpirante, & ad inſulam magno cum militum labore acceſit meridiano fere tempore; oborta enim malacia ad terram remigandum erat. Hoſtes navium multitudine (erant enim octingentæ) perterriti, à littore diſceſſerant; eos Cæſar inſecutus, Caſſivellaunum regem, quem ſuis Copiis Britanni præfecerant, profligat Trinobantas & alias Britanniæ civitates in deditionem & ipſum Caſſivellaunum accipit: vectigalemque populo Romano Britanniam facit, & quia in Gallia hiemare decreverat, ſub æquinoctium Autumnale VI. Kal. Octobris, ſecunda inita cum ſolviſſet vigilia, prima luce cum claſſe incolumi Galliam attigit L. Domitio, Appio Claudio conſulibus. Cæſar lib. 5. Dio, Plutarchus. *Stadius.*

d *Morino ſolviſſet à portu*] Apparet hinc iter fuiſſe Britanniam petentibus: quo reſpexerit Virg. Æn. 8. 777. & ex eo D. Hieron. & magis Gratius Cynegetici verſ. 147.

Quid freta ſi Morini dubio refluentia ponto
Veneris, atque ipſos libeat penetrare Britannos? Freinsh.

e *Carpenta*] Vide Cæſar. de bell.

eademque noviſſima [f] conjuratio fuit Galliarun
quum omnes pariter Arvernos atque Biturigas, Ca
nutas ſimul Sequanosque contraxit, ille corpore
armis, ſpirituque terribilis, nomine etiam quaſi te
rore compoſito, Vercingentorix: [g] ille feſtis di
bus, & comitialibus, quum frequentiſſimos in luc
haberet, ferocibus dictis ad jus priſtinum libertat
erexit. Aberat tunc Cæſar, Ravennæ delectum
gens: & hieme creverant Alpes: ſic intercluſu
putabant iter. Sed ille [h] qualis erat ad nuncium r
feliciſſim

Gall. 4. 33. adde ſup. 3. 2.

f *Conjuratio Galliarum*] Gallia tota pro libertate contra Romanos conjurant, Cn. Pompejo ſine collega conſule an. DCCI. dum Cæſarem civilibus motibus remoratum, & nivium, quæ in Alpibus ceciderant, altitudine à Gallia excluſum opinantur, initium à Carnutibus cepit, qui reliquorum ſocietatem jurejurando ſibi adſtringunt, ac die condicta Genabum profecti, cives Romanos, qui negotiandi cauſa ibidem conſtiterant, interficiunt, ea fama eodem die ad Arvernos per CLX. millia paſſuum perlata, eos etiam ad arma duce Vercingentorige Arverno incitat, qua contagione & ceteri Galliæ populi in bellum trahuntur. *Stadius.*

g *Ille feſtis diebus, & comitialibus*] ἴχνια φωρὸς φὼρ ἔμαθεν, ut Græci dicunt: ſic ego novi correctorum veſtigia. *concilialibus* erat in veteri ſcriptura, quam in *comitialibus* converterunt. omnino cum feſti dies præceſſiſſent, comitiales ſequi debere ſibi perſuaſerunt:
quod falſiſſimum eſt. Vercinge
torix & ejuſdem factionis hom
nes dies tantum feſtos, quibus ſ
conciliabula indicerent, eligebar
ut melius latere poſſent. quod c
mitialibus diebus non ita facile
lis factum fuiſſet. Cæſar eadem
re loquens, *indictis inter ſe princip*
Galliæ conciliis ſylveſtribus ac r
motis locis. conciliabulis igitur v
rum eſt. Feſtus, *conciliabula ſu*
loca ubi in concilium convenitu
Cæſar *concilia* vocat. *Salmaſius*

h *Qualis erat ad nuncium rei f*
liciſſimæ temeritatis?] Bellè qu
dem Salmaſius locum ſcribit & e
plicat: *qualis erat, ad nuncium r*
feliciſſimæ per invios &c. cum ita l
gatur in optimo Pall. *qualis erat*
εἶχεν. quomodo loquitur Appian
de bell. civ. 3. pag. 568. ſive *feliciſ*
ma temeritate. Videtur tamen ali
ſentire Florus, & tribuere Cæſar
quod Alexandro Seneca de ben
1. 13. *felicem temeritatem*, ut ita ſcr
bendum ſit; *qualis erat feliciſſin*
temeritatis ad nuncium rei, hoc eſ
ut erat fel. tem. fateor quidem no
ſuccu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

licissimæ temeritatis? i Per invios ad id tempus ontium tumulos, per intactas vias, & nives, expedita manu k emerſus, occupat Galliam; & ex diantibus hibernis caſtra contraxit; & ante in mea Gallia fuit, quam ab ultima timeretur. Tum ipſa capi-

currere, vocem *qualis* uſpiam c modo uſurpatam, ſed nec iſto ero ſenſu legiſſe me memini; vem ſemper, *ut*, vel *ſicut*. Liv. 27. 53. *actos ut erant*: Ovid. amor. 2. 5.

icut erant, & erant compti, laniare capillos,
Et fuit in teneras impetus ire genas.

em in epiſt. Paridis.

Et ſoror effuſis ut erat Caſſandra capillis,
Quo ruis? exclamat. ——

artius 8. 3. *ſicut erat, cruenta ve*. Sueton. Othone 8. *ſicut erant uenti*. Porro ne quid deſideret leor, etiam Gruteri conjecturas onectam. arbitrabatur autem leposſe: *Sed ille, qualis erat, ad ntium rei (feliciſſima temeritati r) invios ad id tempus montium mulos, intactas vias emenſus &c.* *per* ſecundum natum fuerit à ori *par*, poſtea degenerante in . ſane *emetiri per tumulos, per as*, inſolens locutio. Aut ſi iſtud pliceret, forte fuiſſe: *ſed ille, qua- erat, ad nuncium rei feliciſſimæ meritatis, per invios ad id tempus mulos, per intactas vias emerſus*: q; plane exhibet Pal. ſec. *Freinsh.*

i *Per invios ad id tempus mon- um, &c. exp. manu emerſus, occu- t Gall. &c.*] Gebennam montem iArvernos ab Helviis dividit, durissimo anni tempore altiſſima ad ſex pedes nive impeditum Cæſar ſummo militum labore ſuperat, & in Arvernorum fines pervenit: hinc Vellaunodunum Senonum oppidum per deditionem recipit, inde ad Genabum Carnutum ad Ligerim oppidum proficiſcitur, quod, dum Genabenſes fuga ſibi conſulere parant, occupat, oppidoque potitur, diruit, incendit, ut civium Romanorum cædi ibidem perpetratæ, parentaret; prædam militibus donat, & Ligerim exercitu traducto, movet in Bituriges, oppidum ipſorum Noviodunum ex itinere capit. Vercingentorigis equitatum fundit fugatque. Galli xx. & amplius Biturigum urbes, ut Cæſarem frumentatione & commeatu excluderent, publico conſilio incendunt. *Stadius.*

k *Emerſus*] Similis prope locus apud Cicer. pro Sextio cap. 5. *cum è pruina Apennini atq; nivibus illis emerſiſſet*. Ibid. cap. 9. *emerſum ſubito ex tenebris*. Idem de divin. 2. 68. *ſubito ſum viſus emerſus ex flumine*. Valer. Max. 1. 4. 1. ext. *ingens avium multitudo proxime lacu emerſa*. Utitur hac voce Livius 1. 13. 8. 7. & Tacitus 1. 65. *paludibus emerſum* dixit. Forſitan & apud eundem Liv. 38. 17. legendum ſit: *per aſperrimam Illyrici oram, Pæo-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

pſa capita belli aggreſſus, urbes: l Avaricum cu
quadraginta millibus propugnantium ſuſtulit: m
lexiam ducentorum quinquaginta millium juvent-
te ſubnixam flammis adæquavit. n Circa Gerg-
viam Arvernorum, tota belli moles fuit: quip
quum octoginta millia muro, & arce, & abrup
defenderent; maximam civitatem, vallo, ſudibu,
& foſſa, inductoque foſſæ flumine, ad hoc dece
& octo caſtellis, o ingentique lorica circundatar,
primum fame domuit: mox audentem eruption
in vallo, gladiis, ſudibusque concîdit: noviſſime
deditionem redegit. Ipſe ille rex, maximum vict-
riæ decus, ſupplex quum in caſtra veniſſet, tum
phaler

niam inde & Thraciam pugnando cum ferociſſimis gentibus emerſi. pro quo vulgo legitur, *emenſi.* Sic apud Frontin. 3. 1. 2. & apud Sen. natur. quæſt. 5. 13. *eruptus.* Freinsh.

l *Avaricum*] Avaricum Biturigum oppidum trans Ligerim, fere ab omni parte flumine aut palude circumdatum, ab ea parte ubi aditum anguſtum habebat, Cæſar, fruſtra renitente Vercingentorige, maximo militum labore, difficillimo anni tempore, exercitu etiam ſuo rei frumentariæ difficultate affecto expugnavit, ex XL. M. armatorum vix octingenti, primo captæ urbis clamore audito, fuga elapſi ad Vercingentorigem incolumes pervenerunt. Cæſar lib. VII. *Stadius.*

m *Alexiam*] Meminit præter citatos auctores Polyænus lib. 8. ubi idem hoſtium numerus, qui apud noſtrum, nempe μυριάδες κέ, hoc eſt, ducenta quinquaginta (non ut vulgo editur, quinque) millia.

n *Circa Gergoviam*] Gergo Arvernorum oppidum ſecund flumen Elaver, in altiſſimo mo ſitum eſt, quod Cæſar oppugna omiſit, & ad Alexiam Mandub rum oppidum in colle ſummo, jus radices duo duabus ex parti flumine ſublevabant, contend Vercingentorigem equeſtri prœ congreſſum fundit, fugatque in ſtra; equitatu dimiſſo ad coger auxilia Vercingentorix ſeſe cum ctoginta millibus in Alexiam re pit: quem variis munitionibus (ſar obſeſſum circumvallatumc incluſit, & ab omni externo au lio, quod Galliæ totius conſpi tione ab obſidione Alexiam c venerat, excluſit: quare in deſ rationem Alexienſes coacti, V cingentorigem ſeſeque Cæſari dunt, & arma projiciunt. *Idem.*

o *Ingentique lorica*] De lori inc

haleros, & ſua arma ante Cæſaris genua projecit: *abes*, inquit, *fortem virum, vir fortiſſime, viciſti.*

CAP. XI.

Bellum Parthicum.

DUm Gallos per Cæſarem in Septemtrione debellat, interim ad Orientem grave vulnus à Parthis populus Romanus accepit. Nec de fortuna queri poſſumus. aret ſolatio clades. Adverſis & diis, hominibus, upiditas conſulis [a] Craſſi, [b] dum Parthico inhiat urô, undecim ſtrage legionum, & ipſius capite mulata eſt. Et tribunus plebis Metellus, exeuntem ducem

credibili labore per maximum acium ductis, exempla ſunt in noſtro ſupr. 2. 18. & infr. 4. 2. vide etiam Veget. 4. 28. *Freinshem.*

C *Raſſi*] M. Craſſus cum Pompejo iterum conſul, lege Trebonia per vim perrogata, Syiam & Parthicum bellum in quinquennium obtinuit, quare Craſſus n conſulatu ab Urbe paludatus in Syriam delectu habito properat, nihil dirarum Ateji Capitonis tribuni plebis devotionibus commotus, cum in Syria omnia quieta eſſe ofendiſſet, ipſe belli gerendi gloria & avaritiæ morbo ardens, in Parthos paulo ante pacatos, & tum etiam Orode regnante quietos, ſine Senatuſconſulto aut populi juſſu movit, ipſorum opulentia ſolum, quæ celebris erat, ad prædandum invitatus. Trajecto Euphrate, ac pleriſque Meſopotamiæ locis evaſtatis, aut occupatis, ejus regionis ſatrapam Talimenum Ilacem, equeſtri prœlio ad Ichnias (id caſtelli nomen eſt) facile vicit, atque eodem impetu uſus Nicephorum & aliquot Græciæ originis urbes in poteſtatem redegit: Zenodotiam, quæ præſidiarios quos petierant Romanos obtruncaverat, exercitui ſuo diripiendam dedit. Ea victoria contentus Craſſus, urbibuſque, quas ceperat, præſidio firmatis, in Syriam in hiberna conceſſit, ac imprudenter Parthis jam à ſe irritatis ſpatium ad belli apparatum dedit. Dio, Plutarchus, Appianus. *Stadius.*

b *Dum Parthico inhiat auro*] Plinius 33. 10. *M. Craſſus negabat divi-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

ducem hoſtilibus diris devoverat: & quum [c] Zeugma tranſiſſet exercitus, [d] rapta ſubitis ſigna turbinibus hauſit Euphrates: & quum apud Nicephorum caſtra poſuiſſet, miſſi ab Orode rege legati denunciavere, *percuſſorum cum Pompejo fœderum, Syllaque, meminiſſet.* Regiis inhians ille theſauris, i-

h,

divitem eſſe, niſi qui reditu annuo legionem [*exercitum* habet Cicero Offic. 1. 8. & Plut. Craſſo cap. 3. ut appareat *legiones* in Plinio reſcribendum] *tueri poſſet. In agris ſuis ſeſtertium M M. poſſedit. Quiritium poſt Syllam ditiſſimus. Nec fuit ſatis niſi totum Parthorum eſuriſſet aurum.* Camers.

c *Zeugma*] Zeugma Aſſyriæ urbs ad citeriorem Euphratis ripam poſita, nomen habet, quod ibi Alexander Magnus ponte catenis juncto exercitū tranſportaverat. Cum Craſſus ibidem copias trajiceret, tam fœda tempeſtate & profunda caligine circumfuſus eſt, ut ſenſus aurium & oculorum omnibus adimeretur, & ut veluti prodigio hoc præmonentibus diis ab incepto itinere deſiſteret, nec ſigna etiam, tamquam ſequi nollent, terra evelli poterant: pons etiam, quaſi iter ipſorum reditui præcluderet, tempeſtate disjectus eſt. Sed Craſſus iis contemtis ab Euphrate, qui ſolus commeatus ſubvehere & hoſtem à latere ſummovere poterat, in Parthos movit, nec legati Vogeſis ab Orode miſſi, qui contra fœdus, quod ipſis cum Lucullo & Pompejo erat, bellum cum ſociis & fœderatis ſuſciperet, deterritus eſt. *Stadius.*

d *Rapta ſubitis ſigna turbinis hauſit Euphrates*] Obſequens c. 1. 23. Multa in hac expeditione mina notarunt Cicero de divin. 40. Plin. 15. 19. quibus Plutar. cap. 36. Appian. pag. 1. 39. Dio 40. pag. 144. ipſius etiam Craſſi cem addunt; qua *ſe pontem ideo ſcindere* militibus dixit, *ne quisrum reverteretur.* Quæ vox va terruit animos Rom. Nam ar quitus ex verbis temere prolap captabantur omina. ut ejus rei xemplum eſt in Valer. Max. 1. 5 Quapropter ſedulo dabant op ram, ne quid ominoſæ vocis ex deret. *Sic arbitionem antiqui di bant mortem.* Feſtus. Hinc urbiu etiam immutata vocabula, *Hirnorum colonia una Beneventun auſpicatius mutato nomine, q quondam appellata Maleventu* Plinius 3. 11. adde Livium 9. 27. *pidamnum colonia, propter inauſ catum nomen à Romanis Dyrr chium appellata.* Idem Plinius 3. Adſcribam Helladium in Biblio Photii Cod. 279. pag. 1594. *An qui ſolliciti fuerunt, ne male omin ſa dicerent, maxime vero Athenie ſes, ideo* καὶ δεσμωτήριον, οἴκημα *pellant*; δήμιον, κοινὸν *vocabant*; ἐριννύας, εὐμενίδας, vel σεμνὰς θε μῦσος vocabant ἄγος· ὄξος,

λιν

il, ne [e] imaginario quidem jure; ſed [f] *Seleuciæ ſe eſponſurum eſſe,* reſpondit. Itaque dii fœderum ulores, nec inſidiis, nec virtuti hoſtium defuerunt. am primum, qui ſolus & ſubvehere commeatus, & munire poterat à tergo, relictus Euphrates. tum mulato transfugæ cuidam [h] Mezeræ Syro crediur, dum in mediam camporum vaſtitatem eodem uce ductus exercitus, undique hoſti exponeretur. taque vix dum venerat [i] Carras, quum undique præfecti

ɩ nominabant; χελὴν, γλυκεῖαν· ὀρβορον, ὀχετὸν, &c. Huc pertinet uod in religioſis locis dedicandis *uſta nomina requirebantur.* vide 'acit. Hiſt. 4. 53. 3. *Freinsh.*

e *Imaginario jure*] Sic Antonius ıfra 4. 10. *neque cauſſa, neque conlio, ac ne imaginaria quidem belli ıdictione, in Parthos impetum fecit.*

f *Seleuciæ ſe reſponſurum*] Simis ſuperbiæ ſimiles eventus habue-, Democritus Ætolorum prætor, ui reſpondit Quintio, *decretum eſponſumque brevi in Italia, caſtris uper ripam Tiberis poſitis daturum:* .iv. 35. 33. poſtea captus. Idem 36. 5. & ſuamet manu interfectus *in adem ripa Tiberis.* Idem 37. 46. Et Manuel Comnenus Imp. qui Sulano Turcico pacem petenti per leatos, *Iconii ſe reſponſurum* dixeat, ab eodem poſtea maximis clalibus attritus, & ad extrema dedutus. Auctor Choniates. *Freinsh.*

g *Munire pot. à tergo*] Ita conunxi. prius diſtinguebatur *munire oterat, à tergo relictus Euphrates,* ıt ſenſus eſſet Euphratem à tergo relictum; contra hiſtoriam, & menem Flori: quæ eſt, Euphratem, niſi relictus, & in aliam partem iter verſum eſſet, potuiſſe rurſum præſtare Rom. exercitum à tergo. *Idem.*

h *Mezeræ Syro*] *Agbarum Arabum præfectum,* Appian. Parth. pag. 140. a. vocat: *Augarum Oſroënum,* Dio l. 40. pag. 145. *Ariamnem,* Plutarch. Craſſo cap. 37. *Marachum & Macorum,* Sextus Ruffus. Conſtat apud omnes, hunc transfugam, quocunque nomine fuerit, ſubornatum à Perſis fuiſſe, ut Craſſi credulitate in ipſius perniciem abuteretur. *Stadius & Vinetus.* Et hæc quidem tuta frequenſque via eſt fallendi hoſtem; qua uſi Riſaces Darium, Æthis Lyſimachum, apud Polyæn. lib. 7. Popedius Cæpionem apud Appian. de bell. Civ. lib. 1. pag. 377. Perſa quidem Julianum apud Jordanem de reg. ſuccen. cap. 89. in loca iniqua deductos hoſtibus ſuis cædendos capiendoſque præbuere; Alii urbes cepere, quos notamus ſupra 1. 7. Alii, (ut Hannibal) per numeroſiores transfugas, ipſos ad quos transfugerant cecidere. *Freinshemius.*

i *Carras*] Carræ urbs Meſopotamiæ cis Chaboram flumen ſita, ea in

præfecti regis, Sillaces & Surenas, oſtendere [k] ſi-
gna auro ſericeiſque vexillis vibrantia. Tum ſine
mora circumfuſi undique equitatus, in modum gra-
dinis atque nimborum, denſa pariter tela fuderu.
Sic miſerabili ſtrage deletus exercitus. Ipſe in co-
loquium ſollicitatus, ſigno dato, vivus in hoſtium
manus incidiſſet, niſi tribunis reluctantibus, fuga
ducis, barbari ferro occupaſſent. Sic quoque rel-
tum caput ludibrio hoſti fuit. Filium ducis, pœ
in conſpectu patris, eiſdem telis operuêre. Re-
quiæ infelicis exercitus, quo quemque rapuit fug
in Armeniam, Ciliciam, Syriamque diſtractæ, [l] v
nuncium cladis retulerunt. Caput ejus reciſum cu
dexte

ea in Bibliis Haram ſive Charam dicitur, ex Abrahami Patriarchæ hiſtoria ſatis celebris. Ad Carras à Surena & Syllace Orodis ducibus Craſſus circumventus, totum fere exercitum cum P. Craſſo filio, qui ad eum à Julio Cæſare cum lectiſſimis mille equitibus è Gallia miſſus venerat, amiſit, cujus reliquiis in collem receptis, evocatus à Surena in colloquium tamquam de pace acturo, captus, atque, ne vivus in hoſtium poteſtatem veniret, repugnans occiſus eſt. Qui è calamitate evaſerant, fuga in Armeniam, Ciliciam, quo quemque metus averſum egit, diſſipati ſunt. Caſſius Longinus quæſtor cum aliqua parte in Syriam incolumis rediit: accidit ea clades VI. Idus Junias, ut ex Ovidio ſexto Faſtorum notum eſt. *Stadius.*

k *Signa auro ſericeiſque vexillis vibrantia*] Vir doctus ad poëtas ſenaticos cenſet alludi hoc lo morem Romanum. at cur Parth item non conveniat, fateor me n ſcire. cum enim ſigna vexillaq; h buiſſe ratio & ſcriptorum loca ctent, cur eadem auro ſerico facta fuiſſe non potuerint? apud pulentiſſimam certe gentem, qu que divitias ſuas, ut Juſt. 41. 2. auctor eſt, nuſpiam magis quam armis oſtentavit. *Freinsh.*

l *Vix nuncium cladis ret.*] Sic lim in clade Cyri à Scythis accep *etiam illud memorabile fuit, q ne nuncius quidem tantæ cladis perfuit:* Juſt. 1. 8. Exceptum Vell ex Gallica hiſtoria, quod Laz reperit, & genuinum credidit, pugnante Welſero in Vindeli pag. 147. *Legionem divinam, ut nuncius ſupereſſet, funditus de runt:* talia quidem paſſim occu runt in auctoribus. Quanta por hæc fuerit clades, ſatis explicat A pian

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

extera manu, ad regem reportatum, ludibrio fuit, eque indigno. m Aurum enim liquidum in rictum is infuſum eſt; ut cujus animus arſerat auri cupiditate, ejus etiam mortuum & exangue corpus auureretur.

CAP. XII.

Anacephalæoſis.

HÆc eſt illa tertia ætas populi Romani transmarina, qua Italia progredi auſus, orbe toto arma circumtulit. Cujus ætatis ſuperiores centum anni, ſancti, pii, ut diximus, *aurei*; ſine flagitio, ſine ſcelere, dum ncera adhuc & innoxia· a paſtoriæ illius ſectæ integritas, dumque Pœnorum hoſtium imminens meis diſciplinam veterem continebat. Poſtremi centum,

anus de bell. civil. 2. pag. 438. a. *um ex centum millibus vix decem illia refugerunt in Syriam.* Idem.

m *Aurum liquidum in rictum is infuſum eſt: ut cujus animus ar- rat auri cupiditate, ejus etiam ortuum & exangue corpus auro reretur*] Sic Scytharum regina Tonyrus avulſum Cyri caput in utrem umano ſanguine plenum abjecit; iatia, inquiens, te ſanguine quem itiſti. Crudele hoc nimis & inhunanum plane videri poſſet, niſi deignata hujuſmodi in vivos ſuppliia, quæ in mortuos commiſſa ſunt liquantum excuſarent. Sigiſmundus Imperator ægre, ut decebat, ferens Piponem, quem exercitui ſuo præfecerat, hoſtium donis ſe ſiviſſe corrumpi, in viventis adhuc os aurum juſſit infundi: Chilenſes quoque, qui ad mare pacificum in America agunt, infenſiſſimi Hiſpanorum hoſtes, Valdiviam ut regionem Hiſpanis omnino ſubjiceret, arces ſtruentem, ac ducentem colonias, poſt occiſos omnes qui eum comitati fuerant milites, vivum ceperunt, infuſoque in os ejus liquefacto auro, ut metallo quod tanto ſtudio quæſiverat, tandem ſe ſatiaret miſerũ monuerunt. Nec minus horrendo mortis genere periit nuper Algiri in Africa Maurus, qui quia præſcriptum Turcarum lege jejunium vinum aduſtum bibens violarat, ut liquido plumbo in os effuſo occideretur, damnatus fuit. *Zevec.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

tum, quos à Carthaginis, Corinthi, Numantiæque excidiis, & Attali regis Aſiatica hæreditate deduximus in Cæſarem & Pompejum, ſequutumque hos, de quo dicemus, Auguſtum, [b] ut claritate rerum bellicarum magnifici, ita domeſticis cladibus miſeri & erubeſcendi. Quippe ſicut Galliam, Thraciam, Ciliciam, Cappadociam, uberrimas validiſſimasque provincias, Armenios etiam, & Britannos, ut non in uſum, ita ad imperii ſpeciem magna nomina acquiſiiſſe, pulchrum atque decorum; ita eodem tempore dimicaſſe domi cum civibus, ſociis, mancipiis, gladiatoribus, totoque inter ſe ſenatu, turpe atque miſerandum. Ac neſcio an ſatius fuerit populo Romano, Sicilia, & Africa contento fuiſſe, aut his etiam ipſis carere, dominanti in Italia ſua quam eo magnitudinis creſcere, ut viribus ſuis conficeretur. Quæ enim res alia furores civiles peperit, quam [c] nimia felicitas? Syria prima nos victa corrupit: mox Aſiatica Pergameni regis hæreditas. Illæ opes atque divitiæ afflixere ſæculi mores: merſamque vitiis ſuis, quaſi ſentina, rempublicam peſſumdedere.

a P*Aſtoriæ illius ſectæ integritas*] Simile quid exprimit *Seneca* in *Hippolito*:

Non alia magis eſt libera & vitio carens,
Ritusque melius vita quæ priſcos colat,
Quam quæ relictis mœnibus ſilvas amat.

Et mox:

Nec ſcelera populos inter atq; urbes ſita
Novit. Herman. ex Rupert.

b *Vt claritate*] V. e. *& celerit*[ate], quod & in Pal. pr. ſecundus eni[m] *in claritate*. Gruterus. Haud o[b]ſcurum eſt, ex priori ſcriptura [le]gendum *celebritate*. Freinsh.

c *Nimia felicitas*] Prima ca[uſa] ex qua, ut multa ſuppullulant vit[ia], ita & quæ inde naſci ſolent va[riæ] naſcuntur calamitates. Facere [ad] hunc uſum poſſunt verba *Salluſ[tii]* *in Catil. cap.* 10. *Sed ubi labore [ac] que juſtitia Reſp. crevit, Reges m[a]gni bello domiti, nationes feræ & p[opuli]* p

ı. Unde enim populus Romanus à tribunis agros
‹ cibaria flagitaret, niſi per famem, [d] quam luxu
ſcerat? Hinc ergo Gracchana & prima & ſecunda,
ı illa tertia Appulejana ſeditio. Unde [e] regnaret
Iudiciariis legibus divulſus à ſenatu eques, niſi ex
aritia, ut [g] vectigalia reipublicæ, atque ipſa judi-
a in quæſtu haberentur? Hinc rurſus & [h] promiſ-
ı civitas Latio, & per hoc arma ſociorum. Quid
atem bella ſervilia? unde nobis, niſi [i] ex abun-
dantia

li ingentes vi ſubacti. Carthago a-
ıla Imperii Romani ab ſtirpe inte-
t; cuncta maria terraq́; patebant.
rtuna ſævire ac miſcere omnia ce-
. Hermannides.

d *Quam luxu fecerat*] Sic edidi,
›lentibus o. Pall. & ed. vetuſtiſſi-
a. Similis locutio in Livio, 2. 34.
. rapiant frumenta ex agris noſtris,
ıemadmodum tertio anno rapuere:
uantur utantur annona, quam
rore ſuo fecere. Ubi tamen non
ıbitem reſcribere, *quam furto*
am fecere. Sic Apulej. Metamor-
ıoſ. 7. pag. 223. *Piſtor ille, qui me*
etio ſuum fecerat. Prius erat, *quam*
xus fecerat. Adde infra, 4. 1. 1.
einshemius.

e *Regnaret*] Appoſite. *nam,* quod
Iemmius ait, apud Salluſt. Jug. 31
. impune quælibet facere, id eſt, re-
m eſſe. Jam autem tale erat *judi-*
orum hoc *regnum*, ut iterum ap-
ellat noſter, 3. 13. 3. ut ea *poteſtate*
ıbnixi, fata fortunasque principum
aberent in manu. infra, 3, 17. 3. to-
ım autem locum ſic edidimus, ut
at in veteri quodam impreſſo,
uem diligenter collatum fuiſſe
onæ notæ Mſſ. multis argumentis
deprehendimus. *Idem.*

f *Iudiciariis legibus*] De quibus
latius Livius, 70. 71. 97. Appianus,
bell. civ. lib. 1. Plut. Gracchis. Aſco-
nius, in divinationem Ciceronis.
Suetonius Cæſare, 41. 5. [ubi Ber-
neccerus] & noſter mox auctor. *Vi-*
netus. Adde Tacit. 11. 22. Plin. 33. 2.
6. Ex quibus auctoribus latius ap-
paret, quantum è rep. petitum ſit
iſtis legibus, quantumque turba-
rum ſæpius in urbe concitaverint.
Vide etiam Sigonium de antiquo
jure Italiæ, 2. 18. *Freinsh.*

g *Vectigalia reip.*] Infra, 3. 17. 3.
Equites Roman. interceptis vectiga-
libus ſuo jure peculabantur rempu-
blicam. Idem.

h *Promiſſa civitas Latio*] Per Dru-
ſum infra, 3. 17. 6. *Idem.*

i *Ex abundantia familiarum*]
Aliquot exempla huic rei congeſſit
Arniſæus, de rep. 1. 3. 29. Quibus
junge notam Bernecceri ad Juſtin.
18. 3. 6. e. & noſtrum ſupra, 1. 21.
Item Athenæum Caſaub. pag. 264.
& 265. Auctori belle accommodes
verba Plin. 33. 1. *Hoc profecere man-*
cipiorum legiones, & in domo turba
externa, ac ſervorum quoque cauſſa
nomen-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

dantia familiarum? Unde gladiatorii adverſus d-
minos ſuos exercitus, niſi [k] ad conciliandum pl-
bis favorem effuſa largitio, quum ſpectaculis [l] i-
dulget, ſupplicia quondam hoſtium artem faci
Jam ut [m] ſpecioſiora vitia tangamus, nonne [n] a-
bitus honorum ab iiſdem divitiis incitatus? [o] Atq
inde Mariana, inde Syllana tempeſtas. Aut magi-
ficus [p] apparatus conviviorum, & ſumptuoſa lar-
tio, nonne ab opulentia, paritura mox egeſtate
Hæc [q] Catilinam patriæ ſuæ impegit. Denique
la ip

nomenclator adhibendus. Juvenalis, 14.305. vocat *cohortes.* Seneca pater, Controv.2.9. & Petronius, *greges ſervorum*, & *ancillarum greges.* idem Sen. pater, Epit. Controv. 2. 7. Filius, de tranqu. animi, cap. 8. *exercitus.* Tacit.12.65.1. *agmina.* & 14.44.6. G.38.1. *nationes.* Confer Ammianum, 17.27. & Tacitum. 4. 27. 4. *Idem.*

k *Ad conciliandum plebis favorem*] Vide Lipſium, Saturnal. 1. 9. Plebs enim Romana talibus ſpectaculis ad furorem uſque dedita fuit; eoque nomine paſſim apud ſcriptores vapulat, quos inter inſignis cumprimis locus eſt, quem adſcribimus ex auctore de cauſſis corruptæ eloquentiæ, 29. 4. *Propria & peculiaria hujus urbis vitia pene* [malim, *vitia, quæ pene*] *in utero matris concipi mihi videntur, hiſtrionalis favor, & gladiatorum equorumque ſtudia.* Juven. Sat. 10. de pop. Romano:

—— Duas tantum res anxius
optat,
Panem, & Circenſes. —— Id.

l *Indulget, ſupplicia quondam* [cut off]
ſtium artem facit] Scripſerim,
dulget, & &c. Ceterum ſimile
coquinaria, in Livio, 39. 6. 9. *qu*
miniſterium fuerat, ars haberi c
pta. Quod *ſupplicia* vocat Floru
ea tempora reſpicit, *cum ſontes f*
ro depugnabant, ut ait Cic. Tu
quæſt. 2. 17. f. *Idem.*

m *Specioſiora vitia tangamu*
Non aptius quodquam vocab
lum. *Vitia* enim ita prope *virtut*
erant. *Hermannides.*

n *Ambitus honorum ab iiſdem d*
vitiis] Salluſt. Catilin. 10. 3. *Pri*
pecuniæ, dein imperii, cupido crev
ea quaſi materies omnium maloru
fuere. Nam, ut ait Tacit. H.2.38.
rebus modicis æqualitas facile hab
batur. Freinsh.

o *Atqui*] Malim, *atque.* Ide

p *Apparatus conviviorum*] O
via ubivis exempla, quæ recenſe
piget. Vide tamen Lipſium, adm
rand. 4. 7. *Idem.*

q *Catilinam patriæ ſuæ impegi*
Expunxi vocem, quæ erat in ali
ed. ſuaſu Pall. & v.e. nam ante, *Ca*
tilinam

ipſa principatus & dominandi cupido, unde, niſi
x nimiis opibus venit? Atqui hæc Cæſarem atque
ompejum, furialibus in exitium reipublicæ facibus
rmavit. Hos igitur populi Romani omnes dome-
icos motus, p ſeparatos ab externis juſtiſque bel-
s, ex ordine proſequemur.

CAP. XIII.

Seditioſitas tribuniciæ poteſtatis.

SEditionum omnium cauſſas b Tribunicia poteſtas excitavit: quæ ſpecie quidem plebis tuendæ, cujus in auxilium comparata eſt, re autem dominationem ibi acquirens, ſtudium populi ac favorem, c agrariis,

ilinam hoſtem patriæ ſuæ impegit. Gruterus.

r *Separatos ab externis juſtiſque bellis*] Vide ſupra, 2. 19. *Freinsh.*

---

a SEditionum omn. cauſſas] Ab hoc capite incipit Liber quartus in altero Palatino. titulus capitis conceptus in vetuſtiſſimo libro, *de legibus Gracchanis.* Salmaſius.

b *Tribunicia poteſtas*] Ti. & C. Sempronii Gracchi fratres Trib. pl. ſeditioſi & furioſi, ut optimatium potentiam, cui erant iniquiſſimi, frangerent, plebis opes confirmabant, eamque quoad omnia, quæ in Rempublicam molirentur, devinctiorem haberent, optimatium agros plebi dividebant, frumentum gratis largiebantur, ſocios civitate donabant, ut ita plebejorum ſuffragiorum multitudine facilius nobilitatis factionem in comitiis imminuerent. Atque dum judiciariis etiam legibus à Senatoribus ad equites judicia tranſtuliſſent, conſenſum illum civitatis optimum diſſolverunt. Ita plebis poteſtate eouſque invaleſcente, ut optimatium opes multis partibus inferiores eſſent, plebs ex libidine & Tribunorum impotentia dominari cœpit, atque dum nobilitas ab ea ſe vindicare conatur, tanta ſeditionum moles exſtructa eſt, ut audaciſſimo cuique, dum largitione plebem jam dominantem corrumpit, via ad lacerandam aut occupandam Rempublicam patefacta ſit. *Stadius.*

c *Agrariis, frum. jud.*] Agraria lex primum à Sp. Caſſio tertium conſule

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

riis, frumentariis, judiciariis legibus aucupabatu

Inera

conſule anno CCLXXVII. promulgata proferri non potuit, neque unquam ſine maximis motibus Reipublicæ agitata fuit: ejus varia fuiſſe capita invenio, ſed quæ huc facit potiſſimum, ea erat quæ poſſeſſores vetere agrorum poſſeſſione exturbabat, ut illa Licinia Tribunicia, ne quis plus D. jugera agri poſſideret, cætera plebi divideret: eam pertulit anno CCCLXXXV. atque mox quod filiũ emancipando mille jugerum poſſideret, & legi fraudem feciſſet, ſua lege X. mill. æris damnatus eſt: & ab hac agraria deinceps quieta civitas fuit uſque ad T. Gracchi tribunatum, qui legem Liciniam pertulit, quantumvis nobilitate, quæ patriæ ſedibus per eam movebatur, adverſante anno U. C. DCXX. Cajus Gracchus legem frumentariam tulit, ut frumentum in modios ſingulos plebi ſemis æris ac trientibus daretur: Ita enim victus plebi ſuppeditabatur ſine labore. Repugnabant boni, quia ea lege plebem ab induſtria ad deſidiam avocari putabant, & ærarium exhauriri videbatur. inde L. Saturninus in tribunatu conatus eſt perrogare legem qua frumentum plebi gratis daretur, eam perlatam à P. Clodio tribuno plebis, habeo auctores. Judicium eſt poteſtas de rebus aut publicis ex jure & legibus Romanis judicandi, qui judicia obirent, judices dicti ſunt. Judices à magiſtratu, hoc eſt, primum à regibus, inde à conſulibus, ſequenti tempore à prætoribus, ad quos juriſdictio tranſlata erat, è Senatorum ordine dabantur. Judic alia privata, alia publica: privata, ii juriam privato civi illatam vindica bant, publica Reip. In privatis, de jure actio eſſet, dabantur vel a bitri, vel decemviri, vel centumvir Si de facto controverſia erat, rec peratores, qui de rebus reddend vel recipiendis cognoſcebant. Si d neutro quæſtio erat, edictum præ toris interponebatur. Publicorum vero judiciorum dominus poſt ex actos reges populus Romanus u que ad annum urbis conditæ ſex centeſimum quartum fuit, publica quæſtiones, quibus ad populum accuſabat reum magiſtratus (ne mini enim alii licuit) fuiſſe inve nio, de majeſtate, parricidio, pe culatu, de quibus judicio popul condemnati puniebantur morte exſilio, multa. Majeſtatis crimin tenebantur, qui magiſtratus vel po puli amplitudinem læſiſſent, vel in rempublicam ſeſe hoſtiliter geſſiſ ſent, quod perduellionis crimen vocabatur. Parricidii accuſabantur qui cujuſque hominis cædem per petraſſent. Peculatus anquirebatur qui de publico furtum feciſſet: Perduellionis crimen ut maximum centuriatis comitiis à populo judicabatur: de ceteris autem omnibus comitiis tributis. Aut cum uſus poſtularet, Quæſitores ex Senatuſconſulto creabantur, qui de crimine publico quærerent, vel Dictator, vel Coſſ. ambo, vel alter, vel prætor, qui ita extra ordinem juſſus erat quærere. Quæſitor dicebatur, quouſque perpetuæ quæ-

ſtiones

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

ſerat omnibus ſpecies æquitatis. Quid enim tam jſtum, quam recipere plebem jus ſuum à patribus? [d] ne populus gentium victor, orbisque poſſeſſ, extorris [e] aris ac focis ageret. Quid tam æuum, quam inopem populum [f] vivere ex ærario ſo? Quid ad jus libertatis æquandæ magis efficax, quam

ones anno Urbis conditæ DCIV. nſtitutæ ſunt: tum enim pro uæſitoribus extraordinariis prætes ordinarii ſunt cœpti creari, i ſuas quiſque quæſtiones quotnis ſortirentur. Majeſtatis, pelatus, ambitus, repetundarum; ibus quæſtiones de falſo, de parcidio, de ſicariis, de injuriis, Suladjecit. Prætor qui quæſtionem rtitus erat, eam cum ſelectis jucibus exercebat, quæſitor, editius cum editiciis judicibus. Prær aut quæſitor ſortiebatur judices decuriis quas prætores urbani uotannis non ſorte, ſed judicio rati conſcribebant, & quia decuæ ex ordinibus iis, apud quos juicia eſſent, defigebantur, delecti idices appellati ſunt, & ipſorum œtus conſilium, at qui primus ex ſis ſententiam ferebat, is Judex uæſtionis, aut princeps judicum ocabatur. Concilium illud ex Seatoribus tantum conſtabat uſque d Caji Gracchi legem, qui judicia d equites tranſtulit, & tum ex equitum ordine decuriæ, & ex iſis concilium deſcriptum eſt, qua Gracchi lege univerſa Reipublicæ atio perverſa eſt, & Senatus dignite ſola præſtabat, equeſter ordo otentia, opibus, dominatione turpiſſima & ſuperbiſſima regnabat. Editicii judices erant, non quos quæſitor ſortitus eſſet, ſed accuſator edidiſſet, neque ex certis decuriis, ſed ex omni populo ſumti, quos delectis ſive ſelectis judicibus Cicero opponit. *Stadius.*

d *Ne pop. gentium victor &c.*] Quibus hæc periodus tota videtur exſecanda, tanquam quæ iiſdem concipiatur verbis cap. ſeq. auctoris partitionem exſecant. pertinet enim hæc ſententia ad ll. agrarias; ut ſequens ad frumentarias; tertia deinde ad judiciarias: quod ipſum tam clarum eſt, ut pudeat monere. ſequenti cap. iſthæc plane eſſe ſupervacua, omnia fere vociferantur. Et hæc quidem adhuc mea eſt opinio; eam mutare paratus, ubi rationes audivero. *Gruterus.*

e *Aris ac focis*] Ita quidem ſcripſere quibus nefas putabatur iſthæc duo dirimi, quod alias ſolerent conjungi. Sed huic loco nihil cum aris. quin igitur *agris* reſcribendum ſit, non dubito, nec quiſquam puto, dubitabit. *Freinsh.*

f *Vivere ex ærario ſuo*] Nam ex iſto depromebatur pecunia, qua coëmeretur frumentum, quod poſtea viliſſimo pretio vendebatur plebi. *Idem.*

quam ut ſenatu regente provincias, ordinis eqe-ſtris auctoritas ſaltem judiciorum regno niteretr Sed hæc ipſa in perniciem redibant: & miſera publica g in exitium ſuum merces erat. Nam à ſenatu in equitem translata judiciorum poteſſ, h vectigalia, id eſt, imperii patrimonium, ſupri-

meb

g *In exitium ſuum merces erat*] Acute. quomodo etiam Vellej. 2. 22. 7. *ut ſui quiſque periculi merces foret.* Idem 2. 28. *fieretque quiſque merces mortis ſuæ.* Seneca de benef. 1. 9. *qui pretium ſe ſui fecit.* Petron. carmine de bello civili verſ. 50. *Roma ipſa ſui merces erat.* Claudian. princ. Paneg. de conſ. Mallii Theodori: *Ipſa quidem virtus pretium ſibi.* Et elegantiſſimus Barclajus de populo ſuo Siculo, *proditor ſui & proditionis merces.* Idem plane cum noſtro dicit Val. Max. 7. 6. 4. *quo tempore non reip. victoria quærebatur. ſed præmium victoriæ res erat publica.* Idem.

h *Vectigalia*] Vectigal pecunia erat, quæ vel portus, vel venditionis, vel circumvectionis nomine exigebatur. Hinc nomina *vectigalium, Portorii, Decumarum,* & *Scripturæ,* vel *Salis* & *Macelli*, vel *Viceſimæ* apud ſcriptores obvia ſunt. *Portiora* pecuniæ erant, quæ portitoribus pendebantur, id eſt, iis qui mercedes ex mercibus devehendis aut trajiciendis exigebant. *Decumas* ſolvebant fructuum, qui agrum publicum arabant. *Scriptura* erat vectigal, quod ab iis pendebatur, qui ſilvis & paſcuis publicis fruebantur. *Macelli* nomine res omnes quæ ad victum hominum pertinebant, comprehenderu vectigalia ut civibus ditato æ remiſſa ſunt; ita *Viceſima*, qu iis qui manumittebantur exig tur, [de cujus origine Livius 7. 9.] ſemper remanſit. At vecti provinciis ſunt impoſita, qua certa erant, & *ſtipendia* diceba aut incerta, quæ iis, quæ expo mus, nominibus pendebantur que publicani ad haſtam à cen bus redimebant, idque quæſtu cauſa, ut ea à provincialibus periculo exigerent & reipubl. ſponſoribus repræſentarent, a quum publicani fere equites rint, & ad ipſos judicia lege G chi tranſlata eſſent, facile erat ſocietati favendo vel ludificar cationem, vel remittere, vel rec ptionis parte relevare: atque coitione pecuniam publicam peculari. *Stadius.* Porro eleg vectigalia, *patrimonium imperi* cat auctor. his enim *Reſp. ſuſt tur*, ut apud Tacitum 13. 51. 2. natores Neroni, abolitionem rum molienti inculcant. *Nam* (ba Taciti Hiſt. 4. 74.) *neque q gentium ſine armis, neque arm ne ſtipendiis; neque ſtipenda ſine butis haberi queunt.* Igitur au di potius quam minuendi redi ſi tamen honeſte, & abſque ſu

to

nebat: & emptio frumenti, ipſos Reipublicæ ner-
os, exhauriebat [i] ærarium. Reduci plebs in agros
nde poterat ſine poſſidentium everſione? qui ipſe
ars populi erant, & tamen relictas ſibi à majori-
us ſedes, [k] ætate, quaſi jure hæreditario, poſſi-
ebant.

CAP.

rum incommodo poſſit fieri. Per-
iet huc Auguſti factũ apud Dio-
ſ. lib. 56. pag. 674. Adrianus ta-
en Cæſar SESTERTIUM. NOVIES.
ILLIES. CENTENA. MILLIA.
co debita remiſit, teſte veteri in-
riptione apud Gruterum pag. 10.
m. 6. & Spartiano in vita cap. 7.
einshemius.

i *Ærarium*] Ærarium locus e-
t in quo pecunia publica in æde
turni cuſtodiebatur, quod tri-
ex apud ſcriptores obſervavi. U-
m, in quo civium tributa ac ſo-
orum vectigalia, & prædæ impe-
torum condebantur, quo ſumtus
llorum ordinarii ſuſtinebantur.
terum ſanctius ærarium, in quo
rum viceſimarium, ex viceſima
anumiſſorum collectum ad ulti-
os caſus ſervabatur. Tertium ſan-
ius Gallicum, in quo pecunia
allici belli cauſſa reponebatur.
adius.

k *Ætate, quaſi jure hæreditario,*
ſidebant] Lipſius dict. cap. XIX.
dicit abeſſe Ms. ſuo dictionem *æta-
te*, quo duce deinceps conjicit, *hæ-
reditario jure poſcebant*, tanquam
Florus exponat quid pro ejecta
plebe dici poſſet. at ego alibi in ſu-
ſpicionibus lib. 29. cap. 7. defendi
lectionem vulgatam; ſubnixam
nunc quoque Pall. trium auctorita-
te: arbitror enim omnino propu-
gnari à Floro poſſeſſores, utique
cum plebis jus ſupra explicuerit, il-
lis, *quid enim tam juſtum &c.* Gru-
terus. Cujus opinio vel inde firma-
tur, quod hac poſteriore capitis
parte recenſet incommoda & ini-
quitatem quæ ſequerentur leges i-
ſtas, cum prius commoda earum
æquitatemque propoſuiſſet. Hoc
addo, videri voculam *tamen* traji-
ciendam, ita; *qui tamen ipſi pars po-
puli erant, & relictas ſibi &c.* Porro
ſimiles in ſua Rep. turbas, optimo
ſane modo, ſed aliis non ſemper
perinde prompto, diſcuſſit Aratus
Sicyonius apud Ciceron. de officiis
2. 28. *Freinshemius.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

CAP. XIV.

Seditio Tiberii Gracchi.

PRimam certaminum facem [a] Tiberis Gracchus accendit, [b] genere, form, eloquentia [c] facile princeps. Sed hi, ſive Mancinianæ deditionis, quia ſpo-ſor fœderis fuerat, contagium timens, & inde p-pularis; ſive æquo & bono ductus, quia depulſa [d] agris ſuis plebem [e] miſeratus eſt, quacunq; me-te, re

a *Tiberius Gracchus*] Ti. Graccho invidia Numantini fœderis, cui feriendo quæſtor C. Mancini conſulis cum eſſet, interfuerat, & in eo fœdere improbando Senatus ſeveritas dolori & timori fuit, iſtaque res illum à gravitate patrum deſciſcere ad equites & plebem coëgit: de Mancini deditione in bello Numantino diximus. *Stad.*

b *Genere*] Nati enim ſunt Ti. & C. Gracchi fratres patre Tib. Sempronio Graccho, qui bis conſul fuit, biſque triumphavit, & cenſoria ſeveritate cum C. Claudio Pulchro nobilis eſt: matre Cornelia femina lectiſſima, moribus ſanctiſſimis, P. Cornelii Scipionis, qui Annibalem debellavit, filia. *Idem.*

c *Facile princeps*] Hoc eſt, egregius, eximius. Hoc enim verbum civiliter capiendum eſt, non ita ſtricte, quaſi Florus eum omnibus aliis, ipſique fratri præponat. Quem ei errorem vir doctus ad Vellejum impingit. Sic cum aliquem fortiſſimum, doctiſſimum, &c. dicimus, non continuo ſequitur, nemin ad idem fortitudinis doctrinæ perveniſſe. Sic Cicero pro Clu tio cap. 5. *A. Cluentius homo non lum municipii Larinatis, ex qu rat, ſed etiam regionis illius, & cinitatis, virtute, exiſtimatione, bilitate facile princeps.* Idem Ci ro Gracchum hunc *ſummum* O *torem* fuiſſe dicit. Bruto cap. *Freinshemius.*

d *Agris*] Agrum Romanum v cant ſcriptores, quidquid montiu camporumque extra urbem R manam ex omni arte ſociorum nes attingeret. Agros quos pop lus Romanus bello atque armis demiſſet hoſtibus, eos fere ſi c eſſent, civibus diviſerunt; ſi inc ti, Italicis hominibus, atque ad etiam plebi Romanæ per cenſo locabant fruendos, ea tamen co ditione, ut qui ararent, decima frumenti, quintam ceterarum f gum partem ſolverent: qui ve majora aut minora pecora aleren certum vectigal penderent. Cu aute

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

:, rem auſus ingentem, poſtquam rogationis dies
derat, [f] ingenti ſtipatus agmine [g] Roſtra conſcen-
t : nec deerat obvia manu tota inde nobilitas,
tribuni in partibus. Sed ubi intercedentem legi-
bus ſuis Cnæum [h] Octavium videt Gracchus, con-
tra

cem eveniſſet ut incredibili locu-
tum impudentia atque libidine
tores antiquis pulſi poſſeſſioni-
s, quas divites aliis temporibus
as ementes continuarunt, & P.
vectigalibus annuis, & paupe-
propriis alimentis eſſent exſuti,
fuit ad avaritiam locupletum
ërcendam neceſſaria; quam Li-
iam & Semproniam ſupra retu-
hus: Liciniam Gracchus auxit,
fraus legi fieret: ut dimidium
fis tribueretur; quod reliquum
et, id pauperibus, qui nihil ha-
rent, divideretur. Quod ſi quis
rum emptione latius patefaceret,
triumviri quotannis ad id creati
licarent, qua publicus, qua pri-
us eſſet: eam legem Tiberii mor-
neglectam, iterum frater ejus
jus retulit, quem cum pariter
res interfeciſſent, lex ipſorum
nſilio lata eſt, qua agrorum ven-
io permitteretur, atque ita agri
divitum à pauperibus ementium
teſtatem iterum redacti ſunt.
adius.

e *Miſer. eſt*] Sequebantur quæ-
m ex præcedenti capite repeti-
; *ne pop. gentium victor, &c.* quæ
niſi, ſecutus judicium Gruteri,
jus ipſa verba ſubnectam. Miror
hujus auctoris correctores, tot
itores, ne ſuſpiciatos quidem, &
rbulo uno indicaſſe, totam hanc
riodum tranſcriptam fere verbo-
tenus ex præcedenti capite. ego ſa-
ne id jam nunc enuncio, obelo et-
iam fixurus, niſi feſtinatio iſthæc
vetaret. Conſpiciuntur quidem in
Pall. ſed quid tum? non hodie &
heri primum nata librariorum ſini-
ſtra liberalitas. hactenus *Gruterus.*

f *Ingenti ſtipatus agm.*] A. Gell. 2.
13. recitans verba Sempronii Aſel-
lionis de Tib. Graccho, *Gracchus,*
inquit, *domo cum proficiſceretur,
nunquam minus terna aut quater-
na millia hominum ſequebatur.*
Camers.

g *Roſtra*] Suggeſtum in foro an-
te curiam Hoſtiliam exſtructum,
navium ab Antiatibus captarum ro-
ſtris adornatum fuiſſe, Roſtraque
ideo id templum fuiſſe appellatum,
Livius ſcribit. In roſtris magiſtra-
tus ſedentes jus dicebant, & ibidem
leges ferebantur, & conciones ha-
bebantur. *Stadius.*

h *Octavium*] Tribuni plebis de-
cem creabantur, quorum poteſtas
major ſemper erat in vetando, hoc
eſt, interdicendo quam jubendo:
nam etiamſi ceteri omnes rogatio-
nem alicujus legis ad populum fer-
rent, unius tamen Tribuni interceſ-
ſio, ne lex illa perferretur, impedie-
bat: cum itaque M. Octavius col-
lega diverſæ partis ſtudioſus Grac-
cho intercederet, ille in eum furo-
rem exarſit, ut novo exemplo ei
poteſtatem lege lata (nihil enim

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

tra fas collegii, jus poteſtatis, injecta manu depulit Roſtris: adeoque præſenti metu mortis exterritus, ut abdicare ſe magiſtratu cogeretur: ſic i triumvir creatus dividendis agris. Quum ad perpetranda cœpta, die comitiorum prorogari ſibi vellet imperium, obvia nobilium manu, eorumque, quos agris moverat, cædes à foro cœpit. Inde quum in Capitolium profugiſſet, plebemque ad defenſionem ſalutis ſuæ, manu caput tangens, hortaretur, k præbuit ſpeciem regnum ſibi & diadema poſcentis: atque ita l duce Scipione Naſica, concitato in arma populo, quaſi jure oppreſſus eſt.

C AP.

collegam, quod alii ſcribunt, violavit) adimeret, aliumque in ejus locum ſuæ factionis hominum Q. Mummium ſurrogaret, atque hac ferocia multum plebis animos à Graccho alienatos fuiſſe invenio. *Idem.*

i *Triumvir*] Triumviros, qui agros plebi lege ſua dividerent, quique quotannis crearentur, ut judicarent qua publicus, qua privatus ager eſſet, lege ſanxerat, ſeque & Cajum fratrem, & Appium Claudium ſocerum primos triumviros creavit. Imperium nimis improprie pro tribunatu dixit: eſt namq; imperiū belligerandi poteſtas populi juſſu alicui commiſſa. *Idem.*

k *Præbuit ſpeciem regnum ſibi & diadema poſcentis*] Similem ex geſtu errorem prodit Suetonius, Cæſar. 33. 2. & 3. ubi Cæſar *exiſtimatur equeſtres cenſus pollicitus ſingulis* (militibus:) *quod accidit opinione falſa. Nam cum in alloquendo exhortandoque ſæpius digitum lævæ ma-*
nus oſtentans, affirmaret ſe ad ſi
faciendum omnibus, per quos di
tatem ſuam defenſurus eſſet, a
lum quoque æquo animo detra
rum ſibi: extrema concio, cui ſ
lius erat videre concionantem, qu
audire, pro dicto accepit, quod
ſuſpicabatur; promiſſumque ju
nulorum cum millibus quadring
fama diſtulit. Freinſhemius.

l *Duce Scipione Naſica*] Sci
Naſica cum ſegniter P. Muci
geret, & ſeditio gliſceret, ſ
ſe juſſit qui Rempublicam ſal
vellent; atque ita auctore Sci
ne à nobilitate in Capitolio G
chus occiſus eſt, ictus fragme
ſubſelliorum, & inter alios, q
eadem ſeditione cæſi erant, i
pultus in Tiberim à Lucretio
li, qui inde Veſpillo cognomen
venit, projectus eſt: P. Mucius
ma, quæ privatus P. Scipio ſ
pſerat, ea, Ti. Graccho interem
jure optimo ſumpta fuiſſe de
dit. *Stad.*

a Gr

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

CAP. XV.

Seditio Caji Gracchi.

STatim & mortis, & legum fratris ſui vindex non minore impetu incaluit Cajus [a] Gracchus: qui, cum [b] pari tumultu atque terrore plebem in avitos agros rceſſeret, & recentem Attali hæreditatem in alinenta populo polliceretur; jamque nimius, & poens altero tribunatu, ſecunda plebe volitaret: obogare auſo legibus ſuis Minucio tribuno, fretus omitum manu, [c] fatale familiæ ſuæ Capitolium invaſit.

G*Racchus*] C. Gracchus decennio poſt fratris cædem 'ribunatum plebis capit, & ſedioſis legibus latis Rempublicam iennio perturbat. Cum Minucius Lufus tribunus plebis Gracchi le;es qui jam tribunatu abierat, abogaturus eſſet, occupatum eſt ab traque parte Capitolium: in ea urba Atilius, Opimii conſulis miiſter. Senatus ejus cæde graviter ffenſus, mandat L. Opimio conuli ut videat ne quid Reſpublica etrimenti capiat: ita Opimius potridie armato Senatu atque equiibus in forum deſcendit. Gracchus c Fulvius Flaccus, is qui ante de Gallis triumphaverat, cum ſuis Aentinum obtinuerunt. Cum de onditionibus pacis fruſtra per Fulii filium legatum actum eſſet, Gracchus ab Opimianis Aventino rmis pulſus una cum Fulvio & duobus ejus filiis interfectus eſt, caput ejus ad Opimium delatum auro redemtum eſt. Sunt qui Gracchum Philocratis ſervi ſui manu confectum ſcribant. L. Opimius, etſi crudeliſſime in Gracchanos ſæviſſet, & ob id à P. Decio tribuno pl. accuſaretur, tamen eum Populus Romanus ſemper periculo liberavit: ſed cum poſtea muneribus à Jugurtha Numidiæ rege corruptus populi Romani majeſtatem imminuiſſe accuſaretur, ejus ſævitiæ memoria adhuc eadem invidia deflagrans, judicio publico condemnatus, in exſilio & ignominia Dyracchii conſenuit & mortuus eſt. *Stad.*

b *Pari tumultu atque terrore*] Comparatio hic inter Gracchos eſt, non inter tumultum & terrorem. Vide ſupra 1. 13.

c *Fatale familiæ ſuæ Capitolium*] Sic ſupra 1. 14. *ſolemnem familiæ ſuæ conſecrationem.* & infra 4. 7. *fata-*

invaſit. Unde proximorum cæde pulſus, quum
in Aventinum recepiſſet; inde quoque obvia ſen
tus manu, [d] ab Opimio conſule oppreſſus eſt. I
ſultatum quoque mortis reliquiis: & illud [e] ſacr
ſanctu

7. *fatalis Cn. Pompejo harena.* Apud Lucan. 7. 591. *fatales Philippos.* apud Sueton. Cæſ. 59. *invictum in Africa fataliter Scipionum nomen.* Credebant enim veteres, quibuſdam gentibus, familiis, hominibus, loca alia aliis feliciora eſſe, aut iniquiora. *Freinsh.*

d *Ab Opimio Conſule oppreſſus eſt*] A ſpectro quod defuncti fratris imaginem exprimebat, admonitus fuiſſe ſcribitur, ne fato, quod evitare non poterat, ſe ignave ſubtraheret. Et ideo nec armis ſe tegere, nec fuga ſibi conſulere voluit, tenentiſque eum anxie uxoris Liciniæ preces periturus neglexit; ſatius eſſe judicans cadere honeſte quam malo more & civili bello injuriam vincere. Forte quidem ante cupidine victoriæ haud ſatis moderatus animus illi fuit. *Saluſt. in Iugurth.* & hoc perdidit multos. Quicumque inveteratos Reipublicæ mores emendare vis, ne nimium feſtina, & ab impetu te contine;

Differ, habent parvæ commoda
magna moræ.

Pedetentim illa corrigere oportet; quæ cum vitia ſint, longa conſuetudine pro illis haberi deſierunt. Galbam (*Tac. Hiſt.* 1.) Othoni prodidit nimium antiqui rigoris & ſeveritatis ſtudium, cui cum tunc Romani milites pares non eſſent, non trahendi eo ſubito, ſed mode-
ſte ac paulatim erant ducendi. 2
vecot. Refert Val. Max. 6. 8. 3.
ſervo ſuo interfectum, ne deve
ret in hoſtium poteſtatem, cu
rei exemplum infra 4. 7. de Caſ
& Bruto; & paſſim apud auctor
Auctor de vir. illuſtr. cap. 65. Gra
chum *ſua, vel ſervi manu* inter
ctum ſcribit. ut ita in medio reli
quat. *Freinsh.*

e *Sacroſanctum caput Trib. pl*
Tribuni quippe plebis ἱεροὶ erant
ἄσυλοι, verbis Appiani de bell. ci
lib. 1. pag. 370. Hinc apud Plin.
44. cum Catinius Labeo Trib.
ſummum virum & honoratiſſimu
Metellum ad Tarpejum præcip
tandi cauſſa raperet, *reſiſtendi, ſ*
croqueſanctum refellendi jus n
fuit. Sic ad Scipionem criminis i
ſimulatum miſſi tribuni pl. ut tu
comprehendere juberent: ac jure ſ
croſanctæ poteſtatis reducerent. Li
29. 20. De jure ſacrum ſancien
vide Liv. 3. 55. *Freinsh.* Errat in
Florus, quod caput hujus Gracc
ſacroſanctum vocat, jam enim tri
bunatu abierat Gracchus, qua
abdicato magiſtratu ſacroſanctu
eſſe deſierat. Promulgatum erat
quis Caji caput adferret, quod æ
quale auri pondus ipſi de public
rependeretur. Septimulejus itaqu
ejus familiaris illud pilo transfi
xum ad Opimium conſulem retu
lit, plumboque in cerebri detract
locum

ınctum caput Tribuni plebis percuſſoribus auro enſatum eſt.

CAP. XVI.

Seditio Appulejana.

NIhilominus [a] Appulejus Saturninus Gracchanas aſſerere leges non deſtitit. Tantum animorum viro Marius dabat. qui [b] nobilitati ſemper inimicus, conſulatu ıo præterea confiſus, occiſo palam comitiis [c] Annio

cum infuſo, ita ut ſeptemdecim rarum & ſemiſſis penderet, parricidio etiam ſuo Rempublicam avaritiaque circumſcripſit. *Stadius.*

---

a *Appulejus*] L. Appulejus Saturninus dolore factus eſt opularis, quia in annonæ caritaquæſtorem ſe à frumentaria proıratione ſenatus amoverat: cepit aque tribunatum plebis Mario I. conſule, atque ejus potiſſium opera conſul IV. factus eſt. um Saturninus à Q. Metello Nuidico cenſore, Senatu ob vitæ edecora motus eſſet, eam ignoiniam ulturus tribunatum plebis lario V. conſule petiit iterum, atue novem jam creatis tribunis am ipſi candidato A. Nonius cometitor obſtaret, ut ejus cæde ocupandi tribunatus facultatem adiiſceretur, eum è caupona, in quam ſe confugerat, extractum, auxiante C. Mario V. conſule interfeit, & tribunatum plebis occupait. *Stadius.*

b *Nobilitati inimicus*] Forte ſcripſerit auctor, *inicus*, hoc eſt, *iniquus.* Sicut apud Virg. 10. 889. *pugna congreſſus iniqua.* præterea hoc vocabulo in ea re uti amant ſcriptores. Varro apud Nonium in *Biceps: ſenatus iniquus.* Ut recte citatur à Stadio, infra 3. 17. Tac. 14. 52. *oblectamentis principis palam iniquum.* Horat. carm. 1. 2. *te noſtris vitiis iniquum.* Sic ex diverſo, *æquus* apud Tac. 4. 4. *Druſus æquus adoleſcentibus, aut certe non adverſus habebatur.* Rem quod attinet, teſtantur id omnes fere. Valer. Max. 2. 3. 1. *C. Marius civis alioquin magnificus, ſed novitatis ſuæ conſcientia vetuſtati non ſane propitius.* Tangit Sall. Jugurth. 8. 4. *hortandi cauſſa, ſimul & nobilitatem, uti conſueverat exagitandi, concionem populi advocavit.* Freinshemius.

c *Annio*] Advertendum, plurimum differre ſcriptores in nomine hujus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

nio competitore Tribunatus, ſubrogare conatus
in ejus locum [d] Cajum Gracchum, [e] hominem
ne tribu, ſine nomine: ſed ſubdito titulo, in fan-
liam ipſe ſe adoptabat. Quum tot, tantiſque l
dibriis exultaret impune, rogandis [f] Gracchoru
legibus ita vehementer incubuit, ut Senatum qu
que cogeret in verba jurare; quum abnuentib
[g] *aqua & igni interdicturum ſe minaretur.* Unus t
me

hujus. Auctor de vir. illuſtr. cap. 73. vocat *A. Mumium*. Livius epit. 69. *A. Numium*, (Valer. Max. 9. 7. 3. &) Oroſius 5. 17. Appianus de bell. civ. lib. I. pag. 367. c. *Nonium*. Camers. *A. Mumium* vocari etiam Gruterus mallet.

d *C. Gracchum*] *Quinctium* quendam, qui ſe Gracchorum fratrem ob oris ſimilitudinem mentiebatur, *Q. Metellus ut inſiticium cenſu, contra vim incitatæ multitudinis prohibuit*: cum Saturninus, quia populo gratum ob Gracchorum memoriam ſciebat, ſibi collegam, tertio quem ceperat tribunatu, cooptavit: quem primo magiſtratus ſui die periiſſe in ſeditione invenio. Hæc ex Cicer. pro Sextio cap. 47. Val. Max. 9. 7. 2. Appian. de bel. civ. lib. I. pag. 369. *Stadius*. Val. Max. citato loco & 3. 2. 18. & 3. 8. 6. hominem *L. Equitium* appellat: Cicer. pro Sextio cap. 38. *Numerium* & *Quinctium*. Freinshemius.

e *Hominem ſine tribu*] Hoc eſt ſervum, aut ut alii ſcribunt fugitivum. Libertini enim tribum habebant Eſquilinam, aut quamcunque urbanam, in qua cenſebantur. *Stad.*

f *Gracchorum legibus ita vel*
menter incubuit, ut Senatum q
que cogeret in verba jurare] In t
bunatu ſecundo legem ex Marii
conſulis auctoritate promulga
Saturninus, ut quem agrum M
rius in Gallia, pulſis Cimbris,
mis vindicaſſet, is populo Roma
divideretur, in eamque ubi à p
pulo accepta eſſet, à ſingulis ſen
toribus jurari voluit; qui non jur
ſet, ei xx. talentorum multam
rogavit; Metello in popularem l
gem jurare nolenti, cum à bo
civibus defenderetur, ne cædes e
rum fieret, maluit de civitate qua
de ſententia diſcedere: profecto
C. Marius conſul aqua & igni i
terdixit, atque captatam hucuſq
ultionis occaſionem Saturnin
exercuit. Metellus Smyrnæ exul
vit, ſed proximo anno ab exſili
ingenti civitatis favore reſtitut
eſt, M. Antonio & A. Poſtumi
Coss. anno DCLIV. In frumentari
etiam legis rogatione Q. Cæpic
nem, cum quæſtor urbanus eſſet
Saturnino reſtitiſſe, ſcribitur a
Herennium. *Idem.*

g *Aqua & igni*] Quibus aqu
& igni interdictum erat, iis pœn
exſil

…en extitit, qui mallet exilium. Igitur, poſt Me…tili fugam, omni nobilitate perculſa, quum jam …rtium annum dominaretur, eo veſaniæ progreſſus …e, ut conſularia quoque comitia nova cæde turba…r. Quippe ut [h] ſatellitem furoris ſui Glauciam, …nſulem faceret, Cajum Memmium competito…rem interfici juſſit: & in eo tumultu [i] *regem* ex ſa…tellitibus ſuis ſe appellatum, lætus accepit. Tum …ro jam conſpiratione Senatus, [k] ipſo quoque jam Mario

…ilii etſi non nomine, re tamen …a irrogabatur; ſiquidem earum …rum uſu privati, quæ maxime ad …am ſuſtentandam ſunt neceſſa…e, abire ab urbe cogebantur. …*m.*

h *Satellitem furoris ſui Glau…am*] Saturninus cum III. tribunus …ebis deſignatus eſſet, C. Mem…ium conſulatus competitorem, …tem actionibus ſuis adverſari ju…cabat, interfecit, ut C. Servilium …lauciam prętorem urbanum, ſuæ…e factionis ſtudioſiſſimum, con…lem crearet. Qua audacia com…otus Senatus Mario mandavit, …deret ne quid Reſpublica detri…menti acciperet, quo Senatuscon…ulto difficillimo Reipublicæ tem…ore plena imperii poteſtas conſu…bus tradebatur: itaque Marius …lauciam prætorem, Saturninum …ibunum pleb. & Saufejum quæ…torem armis in Capitolium com…ulſos obſedit, ac inciſis aquæ fi…tulis, ad deditionem compulit, … contra fidem omnes uno die …nterfecit. Saturninum à C. Ra…birio ſenatore occiſum, & ejus ca…put per convivia circumlatum eſſe, auctores habeo. Quare poſtea Perduellionis à T. Labieno accuſatus, cujus patruus Q. Labienus cum Saturnino occiſus fuerat, à Cicerone tunc conſule defenſus eſt, & populi judicio abſolutus. *Idem.*

i *Regem ex ſatellitibus ſuis ſe appellatum, lætus accepit*] Summum crimen in libera rep. præſertim Romana, quæ nomen hoc abominabatur: quale etiam Cæſarem afflixit; quamvis nec accepto regis nomine, ſed levi quadam ſuſpicione: quaſi oblatum non ſatis bona fide rejiceret. Hinc Cicero, Phil. II. 19. 6. ad Antonium, qui Cæſari Lupercalibus diadema impoſuerat: *Tu, tu, Cæſarem occidiſti Lupercalibus.* Suetonius item, in vita, 80. 1. huic rei necem Cæſaris maturatam adſcribit: *Quæ cauſſa conjuratis*, inquit, *maturandi fuit deſtinata negotia.* Freinshemius.

k *Ipſo quoque jam Mario Coſ. quia tueri non poterat, adverſo*] Eandem Mario culpam impingit Epit. Liviana, *69.* loco vulnerato, quem ita conſtituto: *Quibus rebus concitato ſenatu (in cujus cauſſam & C. Marius, homo mutabilis,*

Mario conſule, quia tueri non poterat, adverſo ; ...
rectæ in foro acies. expulſus [l] inde, Capitolium i...
vaſit. Sed quum, [m] abruptis fiſtulis, obſideretu...
Senatuique per legatos pœnitentiæ fidem facere,
ab arce degreſſus, [n] cum ducibus factionis recept...
[o] in curiam, aggreſſus eſt. [p] Ibi eum, facta irrupti...
ne, populus fuſtibus ſaxisque coopertum in ipſa qu...
que morte laceravit.

C A ...

bilis, & varii conſilii, ingeniique ſemper ſecundum fortunam, tranſierat, cum eum tueri minime poſſet) oppreſſus armis, &c. de Saturnino loquitur. Reliqui non attingunt hoc ulcus, ſed tantum plenis buccis prædicant, Saturninum à Mario everſum, quos inter Vellejus 2. 12. 6. Val. Max. 8. 6. 2. *Idem.*

l *Inde, Capitolium*] Sic o. Pall. Gruteri, & nonnulli Mſſ. Vineti. Sed Impr. q. *inde in capit.* quod ſi recipias, *invaſit* mutandum ſit in *evaſit.* Obſervandum autem, ſolenne fuiſſe hoc refugium ſeditioſis & tumultuantibus. Exempla apud Liv. 3. 15. 7: noſtrum ſupra, 3. 14. 7: Tacit. 3. 69. 7. *Idem.*

m *Abruptis fiſtulis*] Cicer. pro Rabirio fine, fragm. Vide Rycquium de Capitolio 37. *Idem.*

n *Cum ducibus factionis receptus in curiam aggreſſus eſt*] Editio noſtra præfert, *receptus in curiam eſt*, non abſurde, præſertim cum illud *aggreſſus*, videatur repetitum ex ſuperiore linea, ubi fuerat *degreſſus.* & conſentit hiſtoria. Appian. de bell. civ. lib. 1. pag. 370. *Conſul in curiam eos* (Apulejum & ſocios)... *cluſit, velut legitime ſumpturus* ... *eis ſupplicium.* Idem.

o *In curiam*] *Hoſtiliam*, ut pa... ex Vellej. 2. 12. modo citato. ... hac aliisq; curiis vide Pomponiu... Lætum in opuſculo de antiq. Ro... 3. 26. *Idem.*

p *Ibi eum, facta irruptione*, ... *pulus &c.*] Appian. de bell. civ. l... 1. pag. 370. modo citata: *plebs c... riæ tegulas convulſas jacebat in i... cluſos.* Quidam tamen nominati... in Rabirium cædem ejus conf... runt, ut epit. Liv. 69. ſi modo ſa... ejus loci lectio ; nam in antiqui... ribus eſt ; *bello quodam interfect... eſt :* ex quo Sigonius effinxit à *R... birio quodam*, quod ceteri deince... editores receperunt, temere fo... ſis ; cum non à Rabirio interen... ptus ſit, ſi Ciceroni in defenſione ... jus credimus, ſed Scæva quoda... ſervo : quod equidem magis cred... bile eſt, quam Rabirium immixtu... fuiſſe iſti cætui. putem igitur p... tius reformandum fuiſſe in epi... Livii : *telo quodam interfectus e...* Idem.

a *L. Dru*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

CAP. XVII.

Druſiana Seditio.

POſtremo [a] Livius Druſus non tribunatus modo viribus; ſed ipſius etiam Senatus auctoritate, totiusque Italiæ conſenſu, eaſdem ges aſſerere conatus, dum aliud captat ex alio, tanım conflavit incendium, ut ne prima illius flamma oſſet ſuſtineri: & ſubita morte correptus, hæreditrium in poſteros ſuos bellum propagaret. [b] Judiciaria

L. *Druſus*] M. Livius Druſus vir nobiliſſimus, eloquenſimus & ſanctiſſimus, eo conſi tribunatum plebis cepit, ut ſuma ope niteretur pro optimatibus, orum opes Gracchanis legibus ctæ erant; legem itaque rogat, qua communicato inter ſenares & equites judicio ordine in ncordiam redigeret, ſed collegam improborum interceſſione peditus, ſenatorum inconſtantia levitate deceptus, quando bene epta male cedebant, convertit anum ad dandam Italiæ civitam, quam promiſſam cum præſtanon poſſet, Latinis propterea ac natui, & equitibus ob latas leges enſus, in atrio domus ſuæ incerpercuſſore, quem tamen C. Vam Cicero nominat, occiſus eſt: nihil de ejus morte populus contus, nulla quæſtio à ſenatu diſeta eſt, invidia cædis apud Philipm & Cæpionem fuit. Livium etn Druſum hoc in tribunatu ſuo tavam partem æris argento miſcuiſſe Plinius ſcribit, lib. 33. *Stad.*

b *Iudiciaria lege Gracchi, &c.*] Varro apud Nonium in dictione, Biceps, eiſdem fere verbis citatur: *Gracchus ſenatu iniquus equeſtri ordini judicia tradidit ac bicipitem civitatem fecit, diſcordiarum civilium fontem.* Pertulit eam legem C. Gracchus dejecto ab interceſſionis auxilio ſenatu, & conſcientia ignominiæ & infamiæ, qua ob judicia corrupta flagrabant, quod Aurelium Cottam, Salinatorem, M. Aquilium repetundarum reos captis pecuniis aperte abſolviſſent. Narrant autem Gracchum accepta hac lege dixiſſe, ſe penitus nervos ſenatorii ordinis inciḋiſſe: quod vere ab ipſo uſurpatum fuiſſe res poſtea comprobavit: nam judiciorũ auctoritate à ſenatoribus translata, equites de civibus Romanis, Italicis, & Senatoribus ipſis judicabant, multam, ignominiam, exſilium irrogabant: quare eos vere dominos optimatibus propoſuit. Equites etiam cum tribunis pl. conſpira-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

ciaria lege [c] Gracchi diviſerant populum Roma-num, bicipitem ex una fecerant civitatem: Eques Romani, tanta poteſtate ſubnixi, ut qui fata fortu-naſque principum haberent in manu, interceptis vectigalibus, peculabantur ſuo jure rempublicam: Senatus exilio Metelli, [d] damnatione Rutilii debi-litatus, omne decus majeſtatis amiſerat. In hoc ſta-tu rerum [e] pares opibus, animis, dignitate, (unde & nata Livio Druſo æmulatio acceſſerat) equitem Servilius [f] Cæpio, Senatum Livius Druſus aſſe-

ſpiratione facta in comitiis coibant, atque ab iis omnia quæ vellent impetrabant, atque ita Rempublicam univerſam in poteſtate habebant, ſenatus dignitate ſola eaque enervata, equeſter ordo potentia & opibus florebant. *Idem.*

c *Gracchi*] Ejeci vocem, quam inculcaverant alii, nam omnes quos vidi retinent *Caji Gracchi.* male omnino. quo enim referas illud *diviſerant?* nempe ad utrumque Gracchum, non alterutrum, multo minus etiam ad equites Romanos. totum igitur locum alio modo interpunxi. *Freinſh.*

d *Damnatione Rutilii*] *P. Rutilius Rufus*, qui Coſ. fuerat cum C. Manlio anno DCXLIIX. vir innocentiſſimus, lege repetundarum interrogatus, & conſpiratione equitum qui tunc judicabant, ex invidia condemnatus eſt: quod cum Q. Mucio Scævulæ in Aſia legatus fuiſſet, Aſiaticos à publicanorum (qui equites erant) injuriis defendiſſet: quare omnes civitates Aſiæ, legatos, ſeceſſum ejus opperientes, & ad ſe ut veniret invitantes, b… viam miſerunt. à Sulla etiam re… catus, longius, ne quid contra… ges faceret, in exſilium rece… Smyrnæ eum exulaſſe in Bruto … ptum eſt. *Stadius* ex Vellej. 3. 1… Aſcon. in divinat. Liv. epit. 70. … neca de provid. cap. 3. Val. M… Cicer. in Bruto. Egregium hu… dictum recenſet Senec. de bene… 37. mortem & bona Smyrnæis … licta Tacit. 4. 43. 8. brevem … egregiam laudem Cicero pro … Rabirio Poſthumo cap. 10. & … oratore 1. 13. & pro Fontejo c… 13. *Freinſhemius.*

e *Pares opibus, animis, digni-te*] Juſtin. 16. 3. *inter pares aſſidu… diſcordiæ malum.* adde eundem … 2. hinc apud Tacit. 2. 47. cum … Aſiam ad introſpiciendas ſocioru… res aliquis mittendus eſſet; *delec… eſt M. Aletus è prætoriis, ne con… lari obtinente Aſiam, æmulatio … ter pares, & ex eo impediment… oriretur.* Idem 14. 46. *æmulus in… ſe per nobilitatem Veluſio atque … fricano.* Idem.

f *Cæpi*

e. Signa, & aquilæ, & vexilla aderant: cæterum
ic urbe in una, quaſi in binis caſtris diſſidebatur.
'rior Cæpio, in ſenatum impetu facto, g reos am-
itus h Scaurum & i Philippum, principes nobili-
tatis

f *Cæpio*] Q. Servilius Cæpio con-
l anno DCXLVIII. legem tulit,
ia ſenatoribus & equitibus inter
communicata ſunt judicia, quam
erviliam Cicero vocat, at idem e-
uitum animos propter judicio-
ım communicationem à Cæpio-
e alienatos affirmat. Eam tamen
gem aut non acceptam, aut non
bſervatam, aut paulo poſt, cum
ublico judicio Q. Servilius Cæ-
io ob rem male cum Cimbris ge-
am damnatus eſſet, abrogatam
ſſe veriſimile eſt: alioquin quid
pus erat, quod eam Druſus poſt
nnos quindecim denuo referret?
nter Cæpionem & Druſum ex an-
ulo in auctione venali inimicitias
œpiſſe, unde origo ſocialis belli,
'linius lib. 33. ſcribit. At hic Cæpio
b illo alter eſt: hic enim ejuſdem
um equitibus factionis & popu-
aris, ille nobilitatis & optimatium
tudioſus: hic proximo anno ſo-
iali bello à Popedio circumven-
us, & cum exercitu cæſus creditur.
tadius.

g *Reos ambitus*] Ambitus ſive
mbitionis accuſabantur, quicun-
que honores malis artibus affecta-
bant: quod crimen apud Roma-
ios variis legibus coërcitum eſt.
Severa erat Calpurnia conſularis,
quæ pecuniariam quoque pœnam
habebat, cui poſtea derogatum eſt,
etſi abrogata non fuerit. Præmium
ccuſatoribus erat, ut, ſi ambitus i-
pſi damnati eſſent, aliorumque eo-
dem in genere culpam demonſtraſ-
ſent, ii in integrum reſtituerentur.
Aut quod ſi accuſator magiſtratum
in judicium vocaſſet, ejuſque cul-
pam judicibus probaſſet, reus ma-
giſtratum amittebat, accuſator in
ejus locum, ſi per ætatem & leges
licebat, ſufficiebatur. Aut tribus
permutationem accuſator petebat,
ſi modo ea tribus, in qua reus cen-
ſebatur, nobilior eſſet, quam tri-
bus accuſatoris. Lex Tullia conſu-
laris etiam ambitus condemnatis
decennio aqua & igni interdice-
bat. Aufidia tribunicia, hoc à cæ-
teris novi habebat, ut qui nummos
in tribu promiſiſſet, ſi non dediſſet,
impune eſſet: ſin dediſſet, ut is quo-
ad viveret, ſingulis HSIII M. debe-
ret. Lex Julia pœnam capitalem ſan-
xit qualem Polybius Romæ ſuo
tempore fuiſſe teſtatur, vel ex mo-
re, vel ex lege. Cum itaque coſſ.
quinque fere menſes antequam in-
irent, deſignarentur, (deſignaban-
tur enim Julio, inibant ſequenti Ja-
nuario) eo fere tempore per com-
petitores, ob prædicta præmia de
ambitionis crimine in ipſos inqui-
rebatur. *Idem.*

h *Scaurum*] Ambiguum eſt quem
de familia Scaurorum deſignet: Ci-
cero M. Aimilium Scaurum ambi-
tus à P. Rutilio, conſulatus ſui com-
petitore, accuſatum & abſolutum
fuiſſe: eundemque Rutilium à
Scauro

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

tatis dejecit. His motibus ut reſiſteret Druſus, p-
bem ad ſe Gracchanis legibus, eiſdem ſocios ad p-
bem ſpe civitatis erexit. Extat vox ipſius, *Nil*
ſe ad largitionem ulli reliquiſſe, niſi ſi quis aut cœnu
dividere vellet, aut cœlum. Aderat promulgan
dies: quum ſubito tanta vis hominum undique a-
paruit, ut hoſtium adventu obſeſſa civitas videretu
Auſus tamen [k] obrogare de legibus conſul Phili-
pu

Scauro viciſſim ob idem crimen in judicium vocatum fuiſſe ſcripſit: eundem ſenatus principem & à Jugurtha muneribus corruptum Salluſtius teſtatur. M. Aurelium Scaurum ſuffectum fuiſſe collegam Sulpicio Galbæ, cum illius collega antequam iniret, mortuus ſcribatur, & iſtum, tum legatus C. Manlio conſuli contra Cimbros eſſet, captum, & à Bolo Cimbrorum rege, cum ab iis in conſilium evocatus, deterreret eos, ne Alpes tranſiret in Italiam degreſſuri, quod diceret Romanos vinci non poſſe, occiſum. De hoc ne, an illo Scauro loquatur, mihi adhuc incertum eſt: nam Scaurum à Cæpione pro M. Scauro repetundarum reum fuiſſe factum ob Aſiaticam legationem, ſcribit Aſconius, non ambitus. *Idem.*

i *Philippum*] Q. Marcium Philippum poſtquam calamitate ſua ceſſiſſet Urbe, Nuceriæ civem factum eſſe Cicero ſcribit: licebat enim reo, antequam ſententiæ perferebantur, exſilio ſpontaneo publicum judicium ſubterfugere. An de hoc Philippo Florus loquatur, mihi adhuc incertum eſt. De L. Philippo, quem paulo poſt conſul[illegible] Druſi juſſu violatum inquit, n[illegible] poſſe intelligi, ex Ciceronis O[illegible]ciis manifeſtum eſt: quia ille glor[illegible]ri ſolebat ſe ſine ullo munere [illegible]mnia adeptum eſſe, quæ habere[illegible]tur ampliſſima, quæ gloria cu[illegible] ambitione ex diametro pugn[illegible] *Idem.*

k *Obrogare de legibus*] Inſole[illegible] loquendi forma; mihi quidem u[illegible] incognita; ſupra 3. 14. 4. *obroga[illegible] auſo legibus ſuis Minucio tribun[illegible]* quomodo quin hic quoque ſcrib[illegible]tur, non video quid vetet. *Freinhemius.*

Obrogare hoc loco pro obnun[illegible]tiare poſitum eſſe nullo exempl[illegible] videtur: obnuntiare enim conſ[illegible] tribuno, non intercedere potera[illegible] Obnunciabat autem qui contra au[illegible]ſpicia aliquid fieri, vel ex augurun[illegible] monitu, vel quia populo ad ſuffra[illegible]gia diſcedente fulgur aut tonitr[illegible] obſervatum erat, nuntiabat, quo[illegible] ſolum magiſtratui licebat. At à Phi[illegible]lippo conſule fuiſſe Livio Druſo ob[illegible]nuntiatum, ex eo veriſimile eſt quod is Senatu ſtatim poſt morten[illegible] Druſi obtinuerit, quod Liviæ lege[illegible] omnes uno ſenatus conſulto tolle-
rentur:

us: [l] ſed apprehenſum faucibus [m] viator non ante

ntur: nempe hujuſmodi legibus
n videri populum teneri ſenatus
cernebat, quæ contra auſpicia
as eſſe augures monuiſſent. Le-
s ſunt rogationes, quas populus
omanus univerſus, conſulibus,
l alio patricio magiſtratu rogan-
juſſit. Plebiſcita, quas plebs tri-
tis comitiis ſine patribus, tribu-
pleb. rogante ſcivit. Plebiſcito-
m nomen cum legum auctorita-
fuiſſe confuſum poſt Hortenſiam
gem, qua ea, quæ plebs ſciviſſet,
nnes Quirites tenerent, ſancitum
at, ex ſcriptoribus manifeſtum
: at locus poſtulat, ut ea quæ de
gum ferendarum more ex vete-
m auctoritate obſervamus, hoc
co adferamus. Legitimæ roga-
ones habebantur, & quando le-
m laturus magiſtratus, domi et-
n ſcribebat, & cum peritis con-
tabat, ne quid contra populi
m aut voluntatem ſanciret, ne
gnantia capita ſimul ferret, ne-
quid, quod vetus aliqua lex
ſſiſſet, ſi ferretur, infirmaret (ab-
gabat tamen lex nova ſi perfer-
tur veteri, præterquam ſacratis)
curationem, poteſtatem, com-
odumve aliquod ipſe ſibi ſua le-
, aut collegis, cognatis affinibus
andaret, ne pluribus de rebus,
æ non ejuſdem generis eſſent, u-
rogatione perferretur. Scriptam
legislator Reipubl. ſtudioſus an-
quam promulgaret, ſenatum
nſulebat, popularis vero con-
nta ſenatus auctoritate, legem
gabat. In publico inde poneba-
r lex, hoc eſt, promulgabatur,
eo conſilio, ut inſpiceret qui vellet, & judicio ſuo diſquireret, non ſolum ut intercederet antequam ferretur, verum etiam an antiquanda an jubenda ſibi ſuo ſuffragio videretur, aut legiſlatorem de corrigenda, vel non roganda lege moneret. Spatium promulgationis erat trinundinum, hoc eſt, per trinas nundinas: cum enim nundinarum cauſſa ex agris cives in urbem convenirent, per trinundinum leges patere, ut à ruſtica plebe ter legi cognoſcique poſſent, voluerunt. Poſt tertias nundinas magiſtratus populum convocabat: ibi cum legem præco ſubjiciente ſcriba recitaſſet, tum quidem primum qui legem rogabat, populo ſuadebat, ut rogationem acciperet, ſed poſt eum alii: primum privati, permittente magiſtratu, (nec enim aliter concionari privatis licebat) inde magiſtratus, ne ſi privati eos, qui magiſtratum gerebant ante audiſſent ab iis diſſentire auderent: tum quidem ſi qui legi intercedere, (quod proprium tribunis pleb. erat) hoc eſt, vetare ne perferretur, vellent, potuerunt, dum ſitella deferebatur, dum æquabantur ſortes, dum ſortitio fiebat. Tribubus vel centuriis in ſortem conjectis, quæ prior exibat prærogativa dicebatur, populo tabellæ binæ diſtruebantur, quarum altera quæ abrogabat legem A. hoc eſt, antiquo, id eſt, antiqua volo, nova non probo: altera U.R. hoc eſt, uti rogas, habebat. Atque cum centuria ſive tribus tabulam pro ſua quiſque voluntate in ciſtam conje-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

te dimiſit, quam [n] ſanguis in ora & oculos red[...] daret. Sic per vim latæ, juſſæque leges: ſed p[...] tium rogationis ſtatim ſocii flagitavere, quum im[...] rim [o] imparem Druſum, ægrumque rerum te[...]

conjeciſſet, ſuffragia in utramque ſententiam dinumerabantur, numeruſque eorum punctis notabatur, unde ejus centuriæ vel tribus ſententia dignoſcebatur, eaque à præcone renuntiabatur: & eadem in reliquis tribubus aut centuriis ſervata, ex majore tribuum centuriarumve numero vel antiquabatur lex vel ſciſcebatur: accepta omnium civium jurejurando confirmabatur, & in æs incidebatur, & in ærarium ferebatur, legique nomen factum eſt à gente legiſlatoris. Contra ſi qua lex rogata eſſet, ea ex ſenatuſconſulto à populo abrogabatur. *Stad.*

l *Sed apprehenſum &c.*] Nota immanem Tribunorum potentiam, qui ad eos. etiam ſummum honorem gerentem, viatorem audebant mittere. Exempla apud Liv. 2. 56. 4: 26. 5. 9. immo cenſorem in vincula ducere apud eundem 9. 33. 23. etiam triumphaturos vetare; Sueton. Tib. 2. 14. *Freinſh.* Tribunorum plebis, in privato, vel in magiſtratu aliquo ad concionem ad populum admittendo, vel ab eadem prohibendo tanta poteſtas erat, ut non ſolum de roſtris concionantem, ſed etiam de curru triumphantem detrahere tribunis pleb. licuerit, vel etiam ad ſupplicium ſi liberet ducere, propterea quod cui vellet manus injicere ſacratis legibus poterat: ipſi cum ſacroſanctus eſſet, nemo pot[...] *Stadius.*

m *Viator*] Diſſentit expi[...] Val. Max. 9. 5. *obtortæ gulæ, &* [...] *dem non per viatorem, ſed clien*[...] *ſuum.* Camers.

n *Sanguis in ora & oculos* [...] *dundaret*] Sic Pall. o. & v.e. Vi[...] tur tamen etiam legi non male p[...] ſe, *in aures*, cur enim *in ora* po[...] quam *in os* auctor ſcripſerit. [...] nius 7. 44. *tanquam parum e*[...] *faucium certe intortarum, expre*[...] *que per aures ſanguinis pœnam* [...] *actam eſſe:* hoc autem erat *obto*[...] *collo duci.* Auctor de Vir. illu[...] cap. 66. de hoc ipſo facto: *con*[...] *legibus agrariis reſiſtenti, ita coll*[...] *in comitio obtorſit, ut multus ſa*[...] *guis efflueret è naribus.* quod ali[...] liter efferunt. Tacit. 2. 70. *qua*[...] *tum obducta veſte, & adſtrictu f*[...] *cibus niti poterat.* Cicero in Ve[...] 4. 10. *quem obtorta gula de conv*[...] *vio in vincula atque in tenebr*[...] *abripi juſſit.* Vide comment. ad J[...] venal. 10. 88. *Freinſh.*

o *Imparem Druſum, ægrumq*[...] *rerum temere motarum, matur*[...] *ut in tali diſcrimine, mors abſtul*[...] In atrio domus ſuæ percuſſus i[...] ventus eſt; eorum proculdubio [...] pera, qui ne ipſi quoque rerum t[...] mere motarum invidia premere[...] tur, eum qui indicare poterat inte[...] cipere maluerunt. Certum eſt eni[...] & Senatus univerſi, & totius Itali[...]

co[...]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

-i motarum, matura, ut in tali diſcrimine, mors abſtulit. nec ideo minus ſocii promiſſa Druſi à populo Romano repoſcere armis deſierunt.

CAP. XVIII.

a Bellum Sociale.

SOciale bellum vocetur licet; ut extenuemus invidiam: ſi verum tamen volumus, illud civile bellum fuit. quippe quum populus Romanus Etruſcos, Latinos Sabinoſque miſcuerit, & unum ex omnibus ſanguinem ducat, corpus fecit ex membris, & ex omnibus unus eſt. Nec minore flagitio ſocii intra Italiam, quam intra urbem cives rebellabant. Itaque

-nſenſu hæc omnia Druſum ten-ſe; at quia infeliciter deſertus it, uti præcedenti capite à Mario -turninus. Non temere in re ma-i momenti alicui fidendum eſt; -nium ſæpe mobiles multorum -it animi, & multi ante pericu-n, procaces & generoſi, in eo -iciunt. Deliberandum eſt diu -od ſtatuendum eſt ſemel. *Ze-c.* Similimum illud Liv. 6. 1. de Fabio, *cui judicio eum mors, -eo opportuna, ut voluntariam magna pars crederet, ſubtraxit.* Cæterum de morte Druſi referunt omnes quos vidi, incerto auctore cæſum; præter Cicer. de nat. deor. 3. 33. qui percuſſorem ejus nominat. *Summo cruciatu*, inquit, *ſupplicioque C. Varius, homo importuniſſimus, periit: ſed quia Druſum ferro, Metellum veneno ſuſtulerat, illos conſervari melius fuit, quam pœnas ſceleris Varium pendere.* Freinshemius.

---

a BEllum ſociale ſcribunt Epit. Liv. 71. & ſeqq. Latius Ap-pian. de bel. civ. lib. 1. pag. 373. &c. Auctor de vir. illuſtr. cap 63. & 75. Valer. Max. 8. 6. 4: Auguſt. Civit. -7. & 26: Plin. 33. 1: Eutrop. 5. 1: Oroſ. 5. 18: Euſeb. lib. temporum. Solin. cap. 2. Plut. Sulla, cap. 8. &c. Strabo, lib. 5. pag. 166. *Camers.* Hujus belli hiſtoriam Lucullus etiam, celeberrimus ille imperator, Græce compoſuit. Plut. in vita, c. 2. Lucejus Latine. Cic. ep. fam. 5. 12: Adde Diod. lib. 37. *Freinsh.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

que quum jus civitates, quas viribus auxerant, ſo-cii juſtiſſime poſtularent, ad quam ſpem eos cupi-dine dominationis Druſus erexerat; poſtquam ille domeſtico ſcelere oppreſſus eſt, eadem fax, quæ illum cremavit, ſocios in arma & oppugnationem Urbis accendit. Quid hac clade triſtius? quid ca-lamitoſius? quum b omne Latium, atque Picenum, Etruria omnis, atque Campania, poſtremo Italia contra matrem ac parentem ſuam Urbem conſur-gerent. quum omne robur fortiſſimorum fideliſſi-morumque ſociorum, ſub ſuis quiſque ſignis habe-rent municipalia illa prodigia: c Popedius d Mar-ſos; & Latinos Afranius; Umbros totus ſenatus & conſules; Samnium Lucianumque Teleſinus: quum regum & gentium arbiter populus ipſum ſe regere non poſſet, ut victrix Aſiæ Europæque à e Corfi-nio Roma peteretur. Primum fuit belli f in Alba-no mo

b *Omne Latium, &c.*] Populos, qui à Rom. hoc tempore deſcive-runt, recenſet Appianus de bell. civ. lib. 1. pag. 374. *Idem.*

c *Popedius*] *Quintum Popedium* vocat App. p. 375. *Pompedium* Stra-bo, lib. 5. p. 167. in Oroſio tamen, 5. 9. eſt *Popedius*. *Silonem* cogno-mento, Vellej. 2. 16. 1: Ep. Liv. 76: Diodor. excerpt. ex lib. 37. qui tamen *Q. Pompædium* vocat. Plut. Mar. cap. 54. ubi tamen editur πόπολιος, pro ποπέδιος. & de fort. Roman. c. 15. Obſequens, c. 116. ubi *Pompejus Sylo*, pro *Popedius Si-lo*, quod vitium etiam in Diod. lib. 37. ſub fin. excerpti reperias. eſt autem alius Pompejus Silo in edi-tis Senecæ ſuaſoriis. In Plutarchi Cat. Min. cap. 3. eſt Πομπα... Σίλλων, ἀνὴρ πολεμικὸς, καὶ μ... ἔχων ἀξίωμα. *Idem.*

d *Marſos*] Fortiſſimum p... lum, *de quibus ferunt: ad id ... poris nec ſine Marſis, nec de Ma... triumphum viſum*; Appian. ... 378: & hinc bellum iſtud *Marſ...* appellatum fuit, à præcipua g... *Idem.*

e *Corfinio*] Urbe Peligna, q... communi conſilio muniveran... li, *Italicamque* vocaverant. I...

f *In Albano monte*] Ubi fie... lebat Jovi Latiali feriis Latinis... vius 21. 63. 10. *ne Latinas indic... Iovique Latiali ſolemne ſacru... monte Albano faceret*. Idem. ... narum feriarum, vel Latinorun... do...

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

o monte conſilium, ut feſto die Latinarum Julius ·æſar, & Martius Philippus conſules, inter ſacra aras immolarentur. Poſtquam id nefas prodi- one diſcuſſum eſt, g Aſculo furor omnis erupit, ipſa quidem ludorum frequentia trucidatis, qui ım aderant ab Urbe, h legatis. hoc fuit impii bel- li ſa-

rum originem, pompam, & remonias Dionyſius late deſcri- . Conſules die initi magiſtratus, vis Opt. Maximi templum adi- nt, Latinas indicebant, ad diem ndictam ferias celebrabant, Jovi tiali ſacrum ſolenne in monte bano faciebant. *Stad.*

g *Aſculo furor omnis erupit*] Sic am Appianus. ſed initium belli icentibus ortum eſt in ep. Liv. Appianus idem & Strabo, Mar- defeciſſe primos memorant. d poteſt non magno negotio hic dus diſſolvi. Primum enim A- lum in Piceno eſt, auctore Pli- 3. 13. neque ullum relinquit bitandi locum ep. Liv. in qua ſic ptum eſt, *Italici populi defece- t, initio belli à Picentibus orto.* c autem initium quale fuerit rans hæc addit. *Q. Servilius Cos. in oppido Aſculo cum omni- civibus Rom. qui in eo oppido e- t, occiſus eſt.* Deinde Marſi re- uis populis auctores defectionis re, Popedius præcipue, quem manos imitati cos. crearunt. rus. Strabo. Diodorus. Eoſdem e alios arma ſumpſiſſe indicare etur Paterculus, 2. 15. 3. has o- es ob cauſſas bellum Marſicum appellatum, non Samniticum, mvis ex ea gente aliter eſſet Conſul creatus. Hæc *Vincentius* Contarenus variar. lect. initio. A- ſculanum civem pro obſide Italici fœderis ductum in urbem aliam, quidam indicaverat Servilio Cœ- pioni pro conſule agenti in Apulia, qui propere oppidum ingreſſus, Aſculanoſque ſolenne patrum ce- lebrantes minis deterrere conatus, ab eis interficitur, quod defectio- nem proditam intelligerent: ſimul- que Fontejus ejus legatus, & quot- quot erant Aſculi cives Romani, atque bona eorum direpta ſunt. I- taque aperta jam conjuratione o- mnes arma corripiunt, Marſi, Peli- gini, Veſtini, Marrucini: eos ſe- quuntur Pincentes, Frentani, Irpi- ni, Pompejani, Venuſini, Appuli, Lucani, Samnites aviti hoſtes, La- tini, & quidquid populorum ultra Lirim uſque ad ſinum Adriaticum habitabat. Utrimque armantur co- piæ ad centum millia hominum, & à populo R. utriſque coss. T. Cæ- ſari & Rutilio Lupo imperium da- tum eſt. *Stad.*

h *Legatis*] Oroſ. 5. 17. *C. Ser- vium prætorem legatum ad ſe miſ- ſum apud Aſculum occiderunt, ſta- timque clauſa civitate omnes cives Rom. indicta* (an *indigna?*) *cæde ju- gulaverunt.* At qualis ille legatus? qua de cauſſa miſſus? quo more? an

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

li ſacramentum. Inde jam paſſim ab omni part Italiæ, duce & auctore belli diſcurſante [i] Popedi diverſa per populos & urbes ſigna cecinere. no Annibalis, non Pyrrhi tanta vaſtatio. Ecce Ocr culum, ecce [k] Grumentum, ecce Feſulæ, ecc Carſeoli, Reate, Nuceria, & Picentia; cædibus ferro, & igne vaſtantur. Fuſæ [l] Rutilii copiæ, fi

legatus hic eſt pro præſide quod poſterioribus ſæculis nomen obtinuit? videretur, niſi pugnaret veteris reip. conſtitutio, qua præſides propria habebant auſpicia, propriam jurisdictionem ex lege, non demandatam, ut poſtea Cæſaribus imperantibus. Prope igitur eſt, ut cenſeam, Florum & Oroſium (modo ſic ſcripſerint uterque) lapſos ſui ſæculi conſuetudine, *legatos* appellaſſe qui pro conſulibus, aut pro prætoribus erant. Hoc enim expreſſe Appianus pag. 374. cum imperio fuiſſe in iis regionibus; & ne putes oſcitanter hoc dixiſſe, addit: *apparet enim tunc quoque regiones Italiæ diſtributas fuiſſe proconſulibus, quem morem imitatus Adrianus imperator, retulit poſt ætates aliquot*. Reſtat alia auctorum pugna de nomine & honore cæſorum; Vellej. enim 2. 15. *Servium prætorem*, ut & modo citatus Oroſius, vocant. epit. Liv. *Q. Servilium proconſulem*; cui accedit Appianus, qui Fontejum etiam legatum ejus cæſum refert, quod & ipſum Vellejus. Poſt horum necem omnes qui tum in oppido erant Romanos promiſcua cæde ſtratos, omnes conſentiunt. *Freinsh.*

i *Popedio*] Q. Popedium Silonem hujus belli ducem fuiſſe A pianus etiam & Oroſius teſtantu qui dum transfugæ fidem mag fraude ſibi præſtruxerat, cum m jore perfidia Cæpionem in in dias cum comitatu ſuo pertractu occidit. Popedii exercitum Cæ lius Metellus adortus prœlio vic in quo etiam ipſe Popedius cæ eſt. *Stadius.*

k *Grumentum*] Licinius Cr ſus Cæſaris legatus à M. Lamp nio Italicorum duce, octingen ex ejus exercitu occiſis, fuga Grumentum Picentinorum op dum compulſus eſt. *Idem.*

l *Rutilii*] P. Rutilius Lupus co ſul una cum C. Mario legato du pontes non longe inter ſe diſta tes ſuper Lirim conſtruxerat, trajiciendas copias, quibus Vetr Cato Marſorum dux ſeſe cum e ercitu oppoſuit: cumque prop ad Marii pontem moviſſet, inſid noctu circa P. Rutilii trajectu quem ipſi permiſit, diſpoſuit. ca itaque multis, multos in flum præcipites agit. Rutilius conſul capite ſaucius, paulo poſt ex v nere moritur. Marius ubi eam c dem ex cadaveribus prono flum ad ſua caſtra delatis intellexit, p perat ad hoſtium caſtra, eaque pugn

e Cæpionis. Nam ipſe [m] Julius Cæſar, exercitu miſſo, quum in Urbem cruentus referretur, mi-rabili funere mediam etiam Urbem perviam fe-it. Sed magna populi Romani fortuna, & ſem-er in malis major, totis denuo viribus inſurrexit; ggreſſique ſinguli populos: [n] Cato diſcutit Etru-cos; [o] Gabinius Marſos; Carbo Lucanos; [p] Sylla

ignat, & calamitatem acceptam iſtigat. Conſulis cadaver in Ur-em relatum, magnum luctum ci-bus & conſternationem attulit: uare Senatuſconſultum factum t, ut poſthac defunctorum cor-ora ibi ſepelirentur, ubicumque ecidiſſent. ita Appian. *Idem.*

m *Iulius Cæſar*] Alios eſſe ſe-utum annales Florum oportuit, ui ea de L. Julio Cæſare ſcribit, uæ alii de Rutilio Lupó memo-æ prodiderunt. accedit ad crimi-ationem Flori, quod Annales oſſ. hunc Julium cenſorem cum icinio Craſſo in proximum an-um nuncupent, & Rutilium Lu-um in prœlio occiſum teſtentur. *lem.* Talia conſideranti ſubotitur iſpicio, librariis redonandum unc Julium Cæſarem, quem for-n ex notis male intellectis effin-erunt; quid enim propius quam x his literis *Coſ.* fieri *Cæſ.* nec *Iu-us* & *Rutilius* ſcriptura multum iſcrepant. præterea quid iſta vox *ſe?* cui bono? aut quis ita loqui-ur? cur ergo diffitear, videri le-endum: *nam ipſe Mutilius Coſ.* reinsh.

n *Cato diſcutit Etruſcos*] Etru-corum animos, dum moliuntur ellum, à Senatu Romano in amicitiam civitatis donatione fuiſſe præoccupatos alii ſcribunt. [Appianus pag. 379.] ſed L. Porcium Catonem Cos. rebus proſpere geſtis, fuſiſque aliquoties Marſis, dum caſtra eorum ad Fucinum lacum expugnat, fraude C. Marii, cujus patris victoriam Cimbricam Cato dicteriis extenuaverat, in turba occiſum eſſe, Oroſius 5. 17. ſcribit. *Stadius.*

o *Gabinius*] Gabinium adverſus Lucanos bene pugnaſſe; multa oppida expugnaſſe: ſed dum caſtra illorum obſideret, interiiſſe, apud alios ſcriptores obſervavi. *Idem.*

p *Sylla Samnites*] Sulla legatus Samnites prœlio fregit, & bina eorum caſtra expugnavit; ipſe tot ſucceſſibus invitatus, & cum præturam etiam hoc bello feliciter geſto illuſtraturus eſſet, conſulatum in proximum annum petiit, eumque honorem undequinquageſimo ætatis anno omnium pœne civium ſuffragio aſſecutus eſt. *Idem.* Siſenna apud Cicer. de divin. 1. 33. *Cum Sylla in agro Nolano immolaret, ante prætorium ab infima ara ſubito anguis emerſit, cum quidam C. Poſthumius haruſpex oraret illum, ut in expeditionem exercitum educeret,*

la Samnites. q Strabo vero Pompejus omnia flam-mis ferroque populatus, non prius finem cædium fecit, quam Aſculi everſione, Manibus tot exe-cituum conſularium, direptarumque urbium d[illegible] litaretur.

CAP. XIX.

Bellum [a] Servile.

UTcunque, etſi cum ſociis, (nefas!) cu[illegible] liberis tamen, & ingenuis dimicatum e[illegible] quis æquo animo ferat in principe ge[illegible] tium populo bella ſervorum? Primu[illegible] Servile bellum inter initia Urbis [b] Herdonio S[illegible] bino duce in ipſa Urbe tentatum eſt: quum occ[illegible] pata tribuniciis ſeditionibus civitate, Capitoliu[illegible] obſeſſum eſt, & à conſule captum. ſed hic [c] t[illegible] mult[illegible]

id cum Sylla feciſſet, tum ante oppidum Nolam florentiſſima Samnitum caſtra cepit. Idem Val. Max. 1. 6. 4. Plut. Sylla cap. 17. Obſequens cap 116. *Freinsh.*

q *Strabo vero Pompejus &c.*] Vellejus 2. 22. 1. *Magni pater, cujus præclara opera bello Marſico, præcipue circa Picenum agrum,* [illegible] *erat reſpubl. quique Aſculum ce*[illegible]*rat, circa quam urbem cum in m*[illegible]*tis aliis regionibus exercitus diſp*[illegible] *forent, V. & LXX. M. civium R*[illegible] *amplius LX. M. Italicorum,* [illegible] *die conflixerant.*

a SErvile] Animadvertendum, hoc bellum geſtum ante bellum ſociale, ut ex proceſſu ſcriptorum videre licet. Eutrop. præterea dicit geſtum anno DCL. Sociale vero anno DCLXII. ab U. C. Auctor Solin. cap. 2. Tempore igitur ſociale bellum poſterius eſt, ſed dignitate prius. *Camers.*

b *Herdonio*] Herdonius Sabinus convocatis ad arma exſulibus, & ſervis ad libertatem, Capitoli[illegible] noctu oecupaverat anno CCXCI[illegible] quod dum Valerius Poplicola [illegible] mis recuperat, cecidit; & Her[illegible] nius eo in prœlio interfectus e[illegible] eodem etiam tempore laboraba[illegible] in Urbe magno motu inter pat[illegible] & plebem, C. Terentio Arſa t[illegible] buno plebis legibus in patrum ſ[illegible] vitium promulgandis omni ſtud[illegible] incumbente. *Stadius.*

c *Tum*[illegible]

ıultus magis fuit quam bellum. Mox imperio per
iverſa terrarum occupato, quis crederet Siciliam
ıulto cruentius ſervili, quam Punico bello eſſe va-
atam? [d] Terra frugum ferax, & quodammodo
ıburbana provincia, latifundiis civium Romano-
ım tenebatur. Hic ad cultum agri, frequentia er-
aſtula, [e] catenatique cultores, materiam bello præ-
uere. Syrus quidam nomine Eunus ([f] magnitu-
o cladium facit, ut meminerimus) fanatico furo-
: ſimulato, dum [g] Syriæ deæ [h] comas jactat, ad
liber-

c *Tumultus magis fuit quam bel-*
m] Tumultu ex Senatuſconſulti
:creto juſtitium indicebatur, ſaga
mebantur, delectus ſine voca-
onibus habebatur tam in Urbe,
ıam in Italia. *Idem.*

d *Terra frugum ferax*] Quo re.
ectu *ille M. Cato ſapiens cellam pe-*
ıriam reip. nutricem plebis Roma-
ı Siciliam nominavit. Cicer. in
err. 2. 2. *benigniſſimam urbis nu-*
icem. Val. Maxim. 7. 6. 1. καὶ δὴ ἐκ
ιλῦσιν αὐτὴν ταμεῖον τῆς Ῥώμης, at-
ıe adeo penum urbis appellant.
:rab. lib. 6. pag. 188. & ſi recte
ıemini, à quodam auctore *hor-*
ıum pop. Rom. vocatur. infra. 4. 2.
ınonæ pignus. Plura de ejus ferti-
tate Claudi. de raptu Proſerp. lib.
Lucretius lib. 1. Silius 14. 23.
)iodorus 5. 2. Polybius lib. 1. So-
n. cap. 11. Mela lib. 2. *Freins-*
emius.

e *Catenatique cultores*] Vide
ipſium electorum 2. 15.

f *Magnitudo cladium facit, ut*
ıeminerimus] Similis fere ſenten-
a ſupra 2. 6. *Cannæ, ignobilis vi-*
ıs, ſed magnitudine cladis emerſit,
& XL. M. cæde parta nobilitas. Plu-
tarch. Sylla cap. 72. inter eos Eu-
num hunc numerat, *qui nulla qui-*
dem virtute, nobilitati ſunt tamen.
Freinshemius.

g *Syriæ deæ comas jactat*] Nihil
in ſpeciem fallacius quam pravam
religionem eſſe, ubi deorum no-
men prætenditur ſceleribus, ait Li-
vius, *l.* 39. Regnante Claudio qui-
dam in Ægypto fuit, qui cum pie-
tatis imagine ad triginta hominum
millia pellexiſſet in partes, Hiero-
ſolymam ibi regnaturus tendebat,
verum à Floro tempeſtive fuit op-
preſſus; Joſeph. 2. de bello Jud. 12.
Zevecot. De hac vide Salmaſii Pli-
nianas exercitationes in Solinum
pag. 574. &c: Eam attingit vetus
inſcriptio apud Gruterum pag. 5.
numer. 1. JOVI. O. M. ET. DEÆ
SURIÆ. *Idem.*

h *Comas*] Paſſim edd. *ceremo-*
nias. at vetus, *comas*, utrumque
quomodo defendatur habet: ſed
admiſi illud *comas*, quod ita quo-
que extaret in mss. Vineti & Pala-
tinis. *Gruterus.* Pontano autem re-
ſcribendum videtur *comos. comus*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

libertatem & arma ſervos, quaſi numinum imper
concitavit; idque ut divinitus fieri probaret, [i]
ore abdita nuce, quam ſulphure, & igne ſtipav
rat, leniter inſpirans, flammam inter verba fund
bat. Hoc miraculum primum duo millia ex obvii
mox [k] jure belli refractis ergaſtulis, ſexaginta a
plius millium fecit exercitum: [l] regiisque, ne qu
malis deeſſet, decoratus inſignibus, caſtella, opp
da, vicos, miſerabili direptione vaſtavit. Quin i
lud quoque, (ultimum belli dedecus) capta ſu
caſtra Prætorum; nec nominare ipſos pudebit, c
ſtra Manilii, Lentuli, Piſonis, Hypſæi. Itaque q
per [m] fugitivarios diſtrahi debuiſſent, prætorios d
ce

enim eſt ſaltationis genus, quod tibia & fiſtula in comeſſationibus, cujuſmodi erant Syriæ iſtius deæ, paſſim agitabatur.

i *In ore abdita nuce &c.*] Sic *Barchochabas auctor ſeditionis Iudaicæ, ſtupulam in ore ſuccenſam anhelitu ventilabat, ut flammas evomere putaretur.* D. Hieron. apologia adverſus Ruffinum. *Freinshemius.*

k *Iure belli*] Quod igitur jus belli ſervis? aut porro jus belli conſiſtit in refringendis & armandis ergaſtulis? nihil tamen expedio, niſi debiles conjecturas. quid ſi *more belli?* nam hoc ſæpius factum legimus, nullo tamen jure, nec enim continuo mos in jus tranſit. quid ſi *vi rebelli?* quid ſi *vi & bello?* aut inſeramus vocem, ut ſolet Florus, *quaſi jure belli?* elige vel corrige. *Idem.*

l *Regiiſque &c.*] Inſuper mutato nomine, *Antiochum* ſe voc
vit, alios ſervos ſubditos *Syr*
Diodorus. Sicut apud eundem al
ſervorum dux *Tryphonem* ſe d
juſſit. Nam in hac quoque re nc
nihil eſt momenti. tangit Juſt.
3. *Codomannus quidam rex à P*
ſis conſtituitur, Darii nomine,
quid regiæ majeſtati deeſſet, hono
tus. Idem.

m *Fugitivarios*] Græci eleg
ter *φυγαδοθήρας.* [Plut. Demoſt.
40.] recentior Helleniſmus eti
διωγμίτας, (qui forte fuerint *Di*
mitæ Marcellini 17.20.) Metaph
ſtes in vita S. Athanaſii, *ζημίαν ζ*
ὑφέξειν τοὺς διωγμίτας, εἰ μὴ τὸν Ἀθ
νάσιον ζῶντα παραστήσωσι. Juſtini
ἐρευνάδας Græce nominat il
Quæſtores à ſe inſtitutos, quoru
officium deſcribit Novella 80. C
ſaubonus. De *fugitivariis* po
proprie ſic dictis vide Gothofr
notam ad l. 18. de præſcr. ve
Qu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

es, profugos prœlio, ipſi ſequebantur. Tandem P. Rupilio Imperatore ſupplicium de eis ſumptum e. Hic enim victos, & apud Ennam noviſſime obſſos; quum fame, quaſi peſtilentia, conſumpſiſſt, reliquias latronum compedibus & catenis religvit, o crucibusque punivit. fuitque de ſervis p ovatione q contentus, ne dignitatem triumphi ſervi-inſcriptione violaret. Vixdum reſpiraverat inſul, quum ſtatim ſervi, & à Syro reditur ad Cilicem. thenio paſtor, interfecto domino, familiam ergaſtulo

uod autem ex l. 15. eod. tit. *fugivarios* eos etiam quidam faciunt, ii noverunt ubi deliteat ſervus, mque judicant, cauſſam non vio. nec enim magis iſti fugitivarii, am quivis alius, qui latentem laonem, aut prædonem quemcune indicat, quod omnes facere tentur per l. 1. de receptat. *Freinsh.*

n *P. Rupilio*] Tres conſules in cilia rem geſſiſſe contra ſervos innio. C. Fulvium Flaccum, quo ventu tamen, quia rerum memoa hic periit, parum compertum abeo. L. Piſonem Flaccum ſucceſſe, qui octo millia ſervorum inrfecit, quos capere potuit, patiulo affixit. P. Rupilius Piſoni ſuceſſit, qui cum fugitivis debellavit, c bello confecto provinciam ordiavit. *Stadius.*

o *Crucibuſque punivit*] Servi ſupplicio. Vide Lipſium de Cruc 1. 12.

p *Ovatione*] Minoris triumphi genus eſt, quod concedebatur imperatoribus, *cum aut bella non rite ndicta, neque cum juſto hoſte geſta ſſent: aut hoſtium nomen humile & non idoneum eſt, ut ſervorum piratarumque: aut deditione repente facta, impulvere* (*ut dici ſolet*) *incruentaque victoria evenit.* Agell. 5. 6. Ovans nec curru vectus, nec trabea, nec toga picta indutus, pedibus urbem exercitu præeunte ingreditur, ut Dionyſius 5. 46. [qui *pedeſtrem triumphum* vocat ovationem, extremo lib. 9.] teſtatur. itidem Maſſurius Sabinus apud Agell. dicto loco prodidit: ſequentibus eos non militibus, ſed univerſo ſenatu. Myrtea coronatos fuiſſe, & uſos, qui ovantes ingrederentur, ut qui triumphantes veherentur, laurea. Plutarchus Marcello cap. 35. & 36. Plinius 15. 29. Feſtus, Agell. teſtantur. Ovationem Plut. ab ove, quam immolabant ovantes, ut triumphantes in Capitolio taurum; dictam contendit. *Stadius.* Dionyſius 5. 46. *à Græco* εὐάσεως *vocabulo ob obſcuritatem corrupto* deducit. *Freinsh.*

q *Contentus*] Sic Aquilius apud Cicer. de orat. 2. 47. Craſſus apud Plin. 15. 22. ex hac cauſſa ovantes urbem ingreſſi. *Idem.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

ſtulo liberatam ſub ſignis ordinat. Ipſe veſte pr-purea, argenteoque baculo, & r regium in morem fronte redimita, non minorem, quam ille fanaticus prior, conflat exercitum: acriusque multo, quaſi & illum vindicaret, vicos, caſtella, oppida diripie-, in dominos, in ſervos infeſtius, quaſi in transfug- ſæviebat. ſ Ab hoc quoque Prætorii exercitus c- ſi; capta Servilii caſtra, capta Luculli. Sed t Aq-lius Ruplii uſus exemplo, interclusum hoſtem co- meatibus ad extrema compulit: communitasque c- pias armis, fame facile delevit: dedidiſſentque - niſi ſuppliciorum metu voluntariam mortem præ- liſſent. Ac ne de duce quidem ſupplicium exigi p-tuit, quamvis in manus venerit. quippe dum cir- ad prehendendum eum multitudo contendit, u i-ter rixantium manus præda lacerata eſt.

CA

r *Regium in morem fronte redimita*] Hoc eſt diademate revincta. Diadema enim erat faſcia candida, qua frontem circumligabant. Hinc illud Favonii in Pompejum apud Val. Max. 6. 2. 7. Vide omnino Lipſium ad Tac. 6. 37. & Briſſonium de regno Perſ. lib. 1. pag. 35. *Idem.*

ſ *Ab hoc quoque*] Diodorus lib. 36. tribui hæc Salvio cuidam, cui Athenio, velut imperator regi audiens fuerit. *Idem.*

t *Aquilius*] Quem ab egregia fortitudine laudat Diodorus fine narrationis hujus, & Athenionem ſua manu confeciſſe ſcribit. H- eſt, quem mox Mithridates cep- necavitque; de quo Athenæus 14. *Manius Aquilius qui conſu- tum geſſit, &c. de Sicilia triumph- vit.* Qui capiendus de min- triumpho, hoc eſt, ovation- quod etiam Caſaubonus monu- *Idem.*

u *Inter rixantium manus præ- lacerata eſt*] Sic infra 3. 21. *Bæbi- inter manus laceratus eſt.* Simile Pauſania mihi lectum memini, - quodam formoſo puero, duaru- partium manibus, dum utrinq- trahitur, diſtracto. *Freinsh.*

a *Qua*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

CAP. XX.

Bellum Spartacium.

ENimvero ſervilium armorum dedecus feras. nam & ipſi per fortunam in omnia obnoxii, tamen a quaſi ſecundum hominum genus ſunt: & in bona libertatis ...ſtræ adoptantur. Bellum Spartaco duce conci...um, quo nomine appellem, neſcio. quippe quum ...vi militaverint, b gladiatores imperaverint: illi ...imæ ſortis homines: c hi peſſimam auxere ludi...io calamitatem. Spartacus, Crixus, Oenomaus, ...racto d Lentuli ludo, e cum triginta haud amplius

QVaſi ſecundum hominum genus ſunt] Sic ille apud Ju...n. 6. 221. *O demens, ita ſervus ...no eſt?* Homines autem eos eſ... parumque diſcriminis inter eos ...ominos, pulchre oſtendit Se...a epiſt. 47. *Freinsh.*

b *Gladiatores*] Gladiatores ſer...erant, qui in ludo ſuo à Laniſtris ...gnandi artem edocebantur, ut ...m munus gladiatorium à magi...atu ipſi populo ad voluptatem ...eberetur, tunc illi à muneratori...s redempti in arena depugna...nt, ea quidem neceſſitate, ut vel ...verſarium victum conficerent, ...l ipſi conficerentur, idque toties ...nec vel ætate emeriti, vel ſæ...us victores libertate & miſſione ...gni haberentur, & rude à præto...donarentur, qua accepta ab o...ni depugnandi neceſſitate libera...ntur. Cauſam tam atrocis & funeſti ſpectaculi populo dari Julius Capitolinus duplicem refert. *Stad.*

c *Hi peſſimam*] Quid ſi legas: *illi infimæ ſortis homines, hi peſſimæ, nam &c. & auxere ludibrio calamitatem*, huc facit; cum enim calamitoſiſſimum ſit ſervire, miſerius adhuc eſt gladiatorem eſſe: cujus vita, viliſque ſanguis, ludicris & ſpectaculis impenditur. *Freinsh.*

d *Lentuli ludo*] Lentulus quidam Barbatus magnam gladiatorum familiam Capuæ alebat, qui à quodam Spartaco Thrace perſuaſi, ut pro ſua potius libertate, quam pro ſpectatorum voluptate dimicarent, effracta cuſtodia, & armis, quæ viatoribus obviis eripuerant, inſtructi, Veſuvium montem occuparunt. *Stadius.*

e *Cum triginta haud amplius*] Ita Mſs. Vineti ac Pall. ut & v. e. ideoque malui, quam quod hactenus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

plius ejuſdem fortunæ f viris eruperunt Capu
g ſervisque ad vexillum & ad auxilium vocatis, qum
ſtam

nus cuſi, *cum ſeptuaginta:* etſi ita plerique ſcriptorum. immo adhuc illud *aut* mutarim in *haud* [obſecutus ſum judicio] ut neget, amplius fuiſſe quam XXX. quem numerum invenies quoque apud Cicer. lib. 6. epiſt. ad Atticum. *Gruterus.* Ciceronis ad Atticum 6. 2. verba ſunt hæc: *non amplius, inquis, quinquaginta. Cum Spartaco minus multi primo fuerunt.* De numero porro iſto varietatem auctorum proponere libet: LXXIIX. fuiſſe Plutarchus Craſſo cap. 14. ſcribit: Appianus de bel. civ. lib. 1. pag. 423. LXX. Epit. Liv. 95. Vellej. 2. 30. 6. Eutrop. 6. 2. Oroſ. 5. 25. & Frontin. 1. 5. 21. LXXIIII. Pacatus Paneg. Theod. cap. 23. indefinite, *effracto Cn. Lentuli ludo mirmillonum agmen emicuit.* Idem poſtea accidit imperante Probo, ut effracto ludo LXXX. gladiatores turbas darent; Zoſimus fine primi libri quod extat. *Freinshemius.*

f *Viris*] Ita Pal. prim. ac tert. nam ſec. *ludis*: quod proclive quidem mutare in *ludiis*; ſed an ideo etiam convenit? mihi non videtur. Flori ævo id nomen datum gladiatoribus; etſi negare nolim potuiſſe invaluiſſe ſæculo ſequenti. Haud eis diſconvenire nomen *virorum*, liquet ex ſequentibus, ubi iterum iiſdem tribuitur. *Gruterus.* Sic Plutarcho paſtores, qui poſtea Spartaco aggregati ſunt, appellantur πλῆκται καὶ ποδώκεις ἄνδρες. *Freinsh.* Ἄνδρας vocat qui potius ἀνδράποδα erant. Optime vetus liber, *cum ejuſdem fortunæ ludis.* facilis emendatio: *ludiis* enim lego. *Ludii* ilgo ſunt ſaltatores: Ovidius: *Lu… æquatam terpede pulſat humum*. … *ludii* etiam ſunt gladiatores à llo dicti, ut manifeſto indicat hi… cus. Trebellius Pollio Claudio: *ego ſcio ſæpius inter gladiatores b… propugnatoribus hoc nomen ad… tum, habuit proxime tuus lib… munerarius hoc nomine in indic… dorum.* ita vulgo legitur peſſi… nam ſcribendum, *in indice lu… rum.* Ludii ſunt gladiatores. illi… bellus munerarius nomina co… nebat gladiatorum. In eo catal… gladiatorem nomine Aureo… conſcriptum fuiſſe ſcribit Po… nec diſſimulandum eſt, nos *lu… rum* reperiſſe in optimis memb… nis Palatinis quas ſtudioſe conti… mus. Gloſſæ veteres, Laniſta, … διτρόφος, μονομαχοτρόφος, ἐπι… της, μονομάχων. legendum λου… τρόφος. Ludius enim idem … quod μονομάχος. inde λουδοτρόφος dicitur laniſta qui ludios id… μονομάχους inſtituit. Ludii ig… ſunt gladiatores. quod nunc pri… nos docemus. *Salmaſius.*

g *Serviſque ad vexillum & auxilium vocatis*] Eadem hunc … cum corrupit ratio, de qua ſu… ſæpius diximus. διπλογραφοῦμεν … libris, *ad auxilium, ad vexillu…* quorum alterum verum, alter… falſum & expungendum. nam … ptimus codex ita ſcriptum exhib… *ſervis ad vexillum, ad auxili… vocatis. ad auxilium* depravatu…

e

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

ſtim decem amplius millia coïſſent hominum, non modo effugiſſe contenti, [h] jam vindicare volebant. Pma velut harena viris mons Veſuvius placuit. Ibi, qum obſiderentur à [i] Clodio Glabro, per fauces cvi montis [k] vitineis delapſi vinculis, ad imas ejus ſcendere radices: [l] & exitu invio, nihil tale opinantis

e: in antiquis libris pro illis, *ad* *illum*. Antiqui ſcribæ religioſe ἰδιόρθωτον καὶ διεδιορθωμένην γραφὴν adſcribebant. recta ſcriptura, *ad vexillum*. altera, ut diximus, depravata. legendum igitur, *viſque ad vexillum vocatis*, *um ſtatim decem amplius millia ſent hominum*, &c. *Idem.*

h *Iam vindicare volebant*] Hæc tio melior non eſt illa altera, *jam ndicari volebant*; idque χρῆσις jus auctoris docet. Nazar. liber, *in jam vindicari volebant*. ita ponendum cenſeo. *Idem.*

i *Clodio Glabro*] Claudium Pulrum legatum habet Epitom. 95. ώδιον στρατηγὸν, Plutarch. l. XXIV. adiatores eo, quo noſter Florus fert, ſtratagemate à Clodii obſeſone elapſos, eoſque aliquot ejus hortes nec opinantes aggreſſos, co pepuliſſe, teſtatur etiam Fronn. lib. I. cap. V. *Stad.*

k *Vitineis delapſi vinculis*] *Vitiea vincula* unica voce Græci voant κλημα τίδας· qua voce etiam ſus eſt Plutarchus in ejuſdem hiſtoriæ narratione. libri quidam *viinis*, aut *vixineis*. poſſet eſſe, *buinis*, aut *buxineis*. *Buxinum* enim licebant Latini à buxo, ut Græci πύξινον ἀπὸ τοῦ πύξου. Gloſſarum ſcriptor, *Buxinum*. πύξινον. in Catalectis Virgilianis, in illa parodia de mulione:

——— *Pectinemque buxinum.*

vulgo ſcribitur monſtroſe prorſus, *proximum*: antiqua γραφὴ, *puxinum* aut *poxinum*: poſtea in *proximum* corruptum eſt. *Salmaſ.*

l *Et exitu invio*] Non poſſum audire qui *inviſo* legunt: neque *invio*, quod editum eſt, probo: quod fortaſſe mirum videbitur. ille liber, quem fere in omnibus ſequimur, *in uno* habet. qui Plutarchi hæc verba legerit, id optimum fortean putet: ἐπεὶ δὲ κλωδίου στρατηγοῦ μετὰ τρισχιλίων πεμφθέντος ἐκ ῥώμης καὶ πολιορκοῦντος αὐτοὺς ἐν ὄρει μίαν ἔχοντι καὶ χαλεπὴν καὶ στενὴν ἄνοδον, ἣν κλώδιος ἐφρούρει, τὰ δ᾽ ἄλλα κρημνοὺς καὶ λισσάδας. Sed non dubito quin legendum ſit, *exitu non uno*. Et facile probabo. Illa μία ἄνοδος, quam Plutarchus dicit, ad hunc locum nihil facit. Cuſtodiebat eum Clodius. Latrones, cum ceteras omnes vias τὸ ἀπότομον loci intercluderet; unica autem quæ erat, teneretur à Clodio; per fauces cavi montis delapſi ſunt vinculis vitineis. Ad imas autem radices in multas partes ſciſſo aut forato monte, non uno exitu ſubito invaſerunt caſtra. *Non uno* igitur legimus,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

nantis ducis ſubito impetu caſtra rapuere. m Inde alia caſtra, deinceps Coram, totamque pervagatur Campaniam. nec villarum atque vicorum vaſtatione contenti, Nolam atque Nuceriam, n Thurios atque Metapontum terribili ſtrage populantur. Affluentibus in diem copiis, quum jam eſſet juſtus exercitus; o è viminibus pecudumque tegumentis inconditos ſibi clypeos: è ferro ergaſtulorum recocto, gladios ac tela fecerunt. Ac ne quod decus juſto deeſſet exercitui, domitis obviis gregibus, paratur equitatus. captaque de prætoribus inſignia & faſces ad ducem detulere. Nec abnuit ille de ſtipendiario Thrace miles, de milite deſertor, inde latro, deinde in honore virium gladiator. qui defunctorum quoque prœlio ducum funera imperatoriis celebravit exequiis, captivosque p circa rogum juſſit armis depugnare: quaſi plane expiaturus om[...] præt-

gimus, pro *in uno*, facili etiam in aliis lapſu. *Idem.*

m *Inde alia caſtra*] I. Varinium Glabrum prætorem Spartacus magno prœlio vicit, ejuſque equo ornamentis, & lictoribus potitus eſt. Furium ejus legatum cum duobus millibus profligavit; Coſſinium alterum ejus legatum apud Salinas lavantem ex inopinato fere oppreſſit, ejuſque impedimentis & caſtris potitus, fugientemque exercitum aſſecutus, occiſo Coſconio fudit fugavitque. Hic jam celebrior factus Spartacus, affluente undique turba, exercitum LXX. M. collegit. *Stadius.*

n *Thurios*] Thurii urbs Locrorum in ſinu Tarentino ad Sibarim fluvium, antea etiam Sibaris dic[...] ubi Herodotus hiſtoriam ſu[...] ſcripſit, & mortuus ſepultuſque [...] Thucyd. lib. 5. *Idem.*

o *E viminibus*] Nota co[...] ciundorum ſcutorum ratio, & [...] gente neceſſitate ſæpius uſurpa[...] Cæſar de bel. Gall. 2. 33. de At[...] ticis: *Scutis ex cortice factis,* [...] *viminibus intextis, quæ ſubito temporis exiguitas poſtulabat) pe*[...] *bus induxerant.* ad talia ſcuta [...] rones exercebantur apud antiqu[...] De Spartaco loquitur Frontinus [...] 7. 6. Salluſtius etiam videtur ac[...] piendus H. 4. 3. *Hi locorum pergn*[...] *ri,* (ſic enim legendum eſt; non [...] *rignari) & ſoliti nectere ex vimi*[...] *bus vaſa agreſtia; ibi tum quod in*

p

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

ꝑæteritum dedecus, ſi de gladiatore q munerator ſiſſet. Inde jam conſulares quoque aggreſſus, in ꝑpennino r Lentuli exercitum percecidit: apud Mutinam ſ Caji Caſſii caſtra delevit. Quibus ela-ꝑs victoriis, de invadenda urbe Romana (quod ſa-ꝑs eſt turpitudini noſtræ) deliberavit. Tandem et-ꝑm totis imperii viribus t contra mirmillonem con-ꝑrgitur: pudoremque Romanum Licinius Craſſus ꝑſeruit. à quo pulſi fugatique (pudet dicere) hoſtes, ꝑ extrema Italiæ refugerunt. Ibi circa u Bruttium ꝑngulum cluſi, quum fugam in Siciliam pararent, ꝑeque navigia ſuppeterent, ratesque ex cratibus, & dolia

ꝑa ſcutorum fuerat, ad eam artem ꝑquiſq; in formam parmæ equeſtris ꝑmabat. Freinshemius.

p *Circa rogum*] Crixus Spartaci ꝑcius ad Garganum montem à ꝑellio conſule una cum xxx. M. ꝑgitivis oppreſſus & occiſus eſt, ꝑque manibus ejus parentavit ꝑartacus, trecentoſque ex Gellii & ꝑentuli coſſ. exercitu captivos Cri-ꝑo inferias miſit. *Stad.*

q *Munerator*] Muneratores & ꝑunerarii dicebantur qui ludos ꝑadiatorios populo, emptis à La-ꝑſta gladiatoribus ſuo ſumtu, ex-ꝑbebant. *Idem.*

r *Lentuli, &c.*] Cum Spartacus ꝑr Apenninum in Galliam prope-ꝑret, Gellius conſul præoccupato ꝑnere eum excluſit, Lentulus con-ꝑl à tergo ejus veſtigiis inhærebat: ꝑd ille ſingulos per occaſionem ꝑgreſſus repulit, quibus trepide fu-ꝑentibus, eorum caſtris cum omni-ꝑus ſimul impedimentis potitus eſt. ꝑ*em.*

ſ *Caji Caſſii*] C. Caſſius Galliæ Ciſalpinæ prætor circa Padum cum decem millium exercitu erat, qui Spartaco obviam profectus, ac prœlio commiſſo fugatus, & ægre elapſus eſt. *Idem.*

t *Contra mirmillonem*] Species pro genere. Nec enim mirmillo fuit iſte Spartacus, *Thrax* genere, & ut Sidonius modo dicebat, *ſica* armatus, propria Tracibus ornatu-ra. vide Lipſ. Saturn. 2. 9. & 13. *Freinsh.* Mirmillones & Retiarii gladiatores erant, qui inter ſe in a-rena committebantur. Retiarii dicti erant, quia reti varie ſuos ad-verſarios implicabant & capiebant. *Stadius.*

u *Bruttium angulum*] Sic ſupra 2. 6. *Nero in ultimum Italiæ angu-lum* (iidem Bruttii erant) *ſubmove-rat Annibalem.* Livius etiam fine libri 27. *extremum Italiæ angulum Bruttios* dixit. *Freinshem. Brittium* ἀρχαϊκῶς ſcriptum. in veteribus Græcis βρέττιοι & βρέττιοι. Sic & Brindi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

dolia connexa virgultis in rapidiſſimo freto fruſ-a experirentur; tandem eruptione facta, dignam i- ris obiere mortem: & quod ſub gladiatore duce- portuit, x ſine miſſione pugnatum eſt. Spartac- ipſe in primo agmine fortiſſime dimicans, quaſi i- perator occiſus eſt.

CAP. XXI.

Bellum civile Marianum.

HOc deerat unum populi Romani mal, jam ut ipſe intra ſe parricidiale bellu domi ſtringeret; & in urbe media ac f- ro, quaſi harena, cives cum civibus ſu gladiatorio more concurrerent. Æquiore anim utcunque ferrem, ſi plebeji duces; aut ſi nobil mali ſaltem, ducatum ſceleri præbuiſſent: jam v ro, prò facinus, qui viri! qui imperatores! decc & ornamenta ſæculi ſui [a] Marius, & Sylla, peſſim

facinc

Brindiſium non raro occurrit in ſcriptis libris. eſt Græcis βρενδέσιον. Mox *cluſi* Nazarianus, non *occluſis*: & melius. *cluſi* pro *clauſi*. *Brutium angulum* hic vocat Florus. Plutarch. τὴν ῥηγίνων χεῤῥόνεσον. *Salm.*

x *Sine miſſione*] Hoc eſt ad necem uſque. Miſſio enim erat gratia deſerendi pugnam, quæ dabatur quandoque victis gladiatoribus: cum autem placeret, ut eouſq; pugnaretur, quoad alteruter occu- beret, dicebatur pugna *ſine miſ- ne*. Vide Lipſium Saturn. 2. 21. ſicut in aliis multis, ita hic quo loci, erit inſtar omnium. Hoc do, quæ reperiuntur apud Apu lib. 2. videri ipſiſſima verba, gla toribus occini ſolita, ab iis fort quibus producebantur: *occide r- riturus, pugna hæc non habet miſ- nem*. Freinshemius.

---

a M*Arius & Sylla*] L. Cornelius Sulla natus familia nobili, ſed jam majorum ignavia extincta (ſextus enim erat à Cornelio Rufino, qui bello Pyrrhi inter celeb rimos duces fuerat) diu ita ſe ge ut nullam petendi conſulatus tionem habere videretur: dei

p

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

ſcinori ſuam etiam dignitatem præbuerunt. Tri- bus, ut ſic dixerim, ſideribus agitatum eſt; primo levi, & modico, [b] tumultu magis quam bello, ıtra ipſos armorum duces ſubſiſtente ſævitia: mox ærocius, & cruentius, per totius viſcera ſenatus gaſſante victoria. ultimum non civicam modo, ſed oſtilem qúoque rabiem ſupergreſſum eſt, quum ɑnorum furor totius Italiæ viribus niteretur, eo- ıque odiis ſævientibus, donec deeſſent, qui occi- erentur. Initium & cauſſa belli, inexplebilis ho- orum Marii fames, dum decretam Syllæ provin- am Sulpicia lege ſollicitat. Sed impatiens inju- æ ſtatim Sylla legiones circumegit: dilatoque Mi- ıridate, Eſquilina, Collinaque porta geminum a- nen Urbi infudit. Unde quum conſulto Sulpi- us, & Albinovanus objeciſſent catervas, [c] ſudes- que

ſt præturam bello illuſtratus Ita- o, & ante in Gallia & Numidia gatione ſub Mario, qua eminen- ſimos hoſtium duces fuderat, ex ceſſu animum ſumpſit, petenſ- ıe conſulatum, pœne omnium ium ſuffragiis anno ætatis unde- ınquageſimo conſul creatus, A- mque & Mitradaticum bellum rtitus eſt. C. Marius incredibili dens ejus belli gerendi cupidita- , P. Sulpicium tribunum pl. im- ılit, ut lege lata Sullæ (qui ad- ıc in Campania ſocialis belli re- quias perſequebatur) imperium rogaret, atque in ſe transferret. uam legem cum P. Sulpicius Q. ompejo conſule & Sullæ collega lverſante ita tuliſſet, ut filium et- m conſulis Sullæ generum occi- deret: Sulla irritatus Romam exer- citum deduxit, & inimicis prœlio ſuperatis, Urbem ingreſſus, arcem Capitolinam tamquam victor in- ſedit, atque ex Senatuſconſulto XII. inimicos ſuos hoſtes judicatos Ur- be expulit, inter quos P. Sulpicius legiſlator, ſervi indicio extractus è villa occiſus eſt. Sulla deinceps ſta- tum civitatis ex ſua ſententia ordi- navit. *Stadius.*

b *Tumultu magis, quam bello*] Editiones anteriores habebant, *tu- multu majore, quam bello.* ſcio un- de enatum ſit illud vitium lectio- nis: vitioſe ſcriptum erat, *majus* pro *magis*: deinde illi, qui operam ſuam dicant corrumpendis libris, ex *ma- jus* fecerunt *majore*. cap. XIX. hu- jus libri, *Tumultu majus, quam*

bello.

que & ſaxa undique à mœnibus ac tela jacerent; ipſe quoque jaculatus incendio viam fecit, arce- que Capitolii, quæ Pœnos quoque, Gallos etiam Senones evaſerat, quaſi captivam victor inſeit. Tum ex conſulto ſenatus, adverſariis hoſtibus judi- catis, in præſentem tribunum, aliosque diverſæ a- ctionis, jure ſævitum eſt. d Marium ſervilis fuga exemit; immo fortuna alteri bello reſervavit. Cor- nelio Cinna, Cnæo Octavio conſulibus, male ob- tum reſurrexit incendium: & quidem e ab ipſorum diſcordia, quum de revocandis, quos ſenatus o

bello. ita ſcriptum erat in antiquiſſimo Codice, *majus*, pro *magis.* Salmaſius.

c *Sudes & ſaxa*] Tela tumultuaria, quæ mihi quoque conjunxiſſe videtur Virg. in illis, Æn. 1. 154.

Iamq; faces & ſaxa volant. ——

Videtur inquam ſcripſiſſe, *Iamque ſudes.* nam quomodo illud alterum explicari poſſit, nondum video. Sic idem Æn. 7. 506. ubi iterum tumultum depingit: *hic torre armatus obuſto*, *Stipitis hic gravidi nodis &c.* Sic Statius Thebaid. 5. 352. *ſaxa ſudeſque.* Freinshemius.

d *Marium ſervilis fuga eximit*] Marius pater fuga elapſus, cum equites Sullani ipſum inſequerentur, ut vitæ ſuæ conſuleret, ſe in Minturnenſium paludes demerſerat: inde equitum ſtrepitu territus emergens deprehenſus, & Minturnas abreptus eſt. Minturnenſes ejus dignitatem reveriti, ipſum dimittunt, & officiis fugientem proſequuntur: ille ſe in lembum piſcatorium conjicit, & inter navigandum amicos aliquot colligens ningem petit, cum hinc in Afr vela convertiſſet, naufragus & ſul ab ea provincia, ut hoſtis p l: Romani, à prætore Sextilio (tantus imperator in ruinis Ca ginis fortunæ telis oppreſſus ret) prohibitus eſt. Ibi filium à midiæ regis inſidiis una cum elapſum recipit, & in Cercina ſulam navigat. Cum ibidem lexiſſet Cinnam, qui ſuarum tium erat, & Cn. Octavium ſules novis ſeditionibus tu rempublicam, Cinnamque, c latu ipſi per vim abrogato, eject Italiam petit, & Cinnæ ſe co git, & reditu ſuo Senatum cun pœne delevit. *Stadius.*

e *Ab ipſorum diſcordia*] ram cauſſam hujus ſeditionis nio, quod cum civitas aliquo licis ita data eſſet, ut non in tribus veteres novi cives cenſ tur, ſed in novas alias decem ſcriberentur, ne novorum ci multitudo ac potentia, veteru

cor

es judicaverat, ad populum referretur. Cincta quidem gladiis concione, ſed vincentibus, quibus x & quies potior, profugus patria ſua Cinna congit ad partes. Redit ab Africa Marius, clade major. ſiquidem carcer, catenæ, fuga, exilium, f horrificaverant dignitatem. Itaque ad nomen tanti virlate concurritur: ſervitia (pro nefas!) & ergaſtu armantur: & facile invenit exercitum miſer imperator. Itaque vi patriam repoſcens, unde vi fuet expulſus, poterat videri jure agere, niſi g cauſn ſuam ſævitia corrumperet. Sed quum diis hoinibusque infeſtus rediret, ſtatim primo impetu lens & alumna Urbis Oſtia, nefanda ſtrage diriitur. mox in urbem quadruplici agmine intratur. viſere copias Cinna, Marius, Carbo, Sertorius. Hic

nitiis auctoritatem labefacta-: Cinna tamen, ut ab Italicis tiam iniret, ut ſe omnes in XXXV ous diſtributurum eſſe profeſſus : quo nomine ingentem ex totalia multitudinem Romam acit: cum autem hanc rogation per vim perferre vellet, à Cn. ctavio collega, qui veterum cim cauſſam ſuſceperat, per ſeionem pulſus eſt, & cum ad ſotandas Italicas civitates circumt, ex Senatuſconſulto magiſtraabdicatus eſt. In ejus locum L. rnelius Merula flamen dialis fais, qui capta urbe à Cinna & rio, cum ſe conſulatu abdicaſ, inciſis venis, ſponte vitam fiit: nec alius flamen dialis intra nos duos & ſeptuaginta ſuffes eſt, teſte Tacito libro quarto. *m.*

f *Horrificaverant*] Pulcra autem eſt hujus verbi hoc loco notio, *horrificaverant dignitatem*, eſt, quaſi dixiſſet, admirabiliorem fecerant Marium, & quodam quaſi ſacro horrore auxerant, reverentiamque conciliarant, quod cum tot periculis appetitus eſſet, non potuerit extingui, *horror* enim ad res ſacras refertur, & venerationem. Virgil. Æn. 1. 169. —— *horrentique atrum nemus imminet umbra.* Lucan. 3. 411. *Arboribus ſuus horror ineſt.* Diverſa ſunt ab his quę apud Tacit. 1. 4. 8. & H. 1. 21. 4. de exilio efferatis leguntur. *Freinshemius.*

g *Cauſſam ſuam*] Animadvertendum eſt, bonam quoque comœdiam indecenter agendo corrumpi. Plautus Bacchid. 2. 2.

Etiam Epidicum, quam ego fabulam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

Hic poſtquam manus omnis [h] Octavii depulſa J- niculo eſt; ſtatim ad principum cædem ſigno da- aliquanto ſævius, quam aut in Punica, aut in Ci- brica urbe, ſævitur. Octavii conſulis caput pro R- ſtris exponitur; [i] Antonii conſularis in Marii ipſi- menſis: [k] Cæſar, & Fimbria in penatibus domoru- ſuarum trucidantur; Craſſi pater & filius in mut- alter alterius aſpectu: Bæbium atque Numitoriu- per medium forum unci traxere carnificum: [l] C- tus

bulam æque ac me ipſum amo,
Nullam æque invitus ſpecto, cum
agit Pellio. Idem.

h *Octavii*] Vide Appian. pag. 393. Cujus necem præceſſit prodigium, quod referunt Val. Max. I. 6. 10. Obſequens cap. 117. *Idem.*

i *Antonii*] M. Antonius orator conſul fuit cum A. Poſtumio Albino anno DCLIV. Cenſor cum L. Flacco anno DCLVI. hunc Cicero ut eloquentiſſimum, prudentiſſimum, ſapientiſſimumque virum ubique commendat, atque is eloquentiæ gloria omnes honores populi ſuffragiis aſſecutus eſt. Cum autem Mariani & Cinnani milites, ut ab iis percuſſores ad M. Antonium immiſſi in ejus cubiculum irrumperent, aliquamdiu ſua eloquentia ipſorum mucrones in ſe diſtrictos cohibuit: ſed à ſuperveniente Annio caput ejus præciſum eſt, quod ſuis manibus inter epulas Marius per ſummam animi ac verborum inſolentiam aliquamdiu tenuit, & deinde in roſtris exponi juſſit. *Stadius.*

k *Cæſar & Fimbria*] Fimbrias fuiſſe Marianarum partium ex hiſtoriis conſtat. quis hic igitur Fi- bria à Marianis occiſus? incer- me, ut ita dicam, libri varian- an igitur legendum? *Cæſar à F- bria in penatibus domorum ſuar- trucidatur*, ita legam lubens modo aliquid mihi ex hiſtoria luceret. *Salmaſ.* Locus varie ve- tus, cui tamen nemo melius (r- quidem animo) ſubvenit, qu- Andreas Schottus in obſerv. hiſt. 3. 34. qui legendum cenſet; *C- res à Cinna*, aut, *Cæſares frat-* juvante etiam Cicerone de ora- 3. & Tuſc. quæſt. 5. 19. Idem gustinum Civit. 3. 27. ita corri- *Freinsh.* L. & C. Cæſares fratres cisos eſſe Appianus refert, Atili- que Serranum Lucii German- item C. Numitorium, & M. bium in via obvios eſſe trucida- P. Craſſus in fuga filium intere- ne veniret vivus in poteſtatem ſequentium, quos ne ipſe qui- effugere potuit. *Stadius.*

l *Catulus*] Qui cum non i- lumitatem, ſed exilium deprec- tur, ſæva illa Marii voce, *m- tur*, finire vitam coactus eſt. Cic. Tuſcul. quæſt. 5. 19. & d- ri-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

alus ſe ignis hauſtu ludibrio hoſtium exemit: [m] Me-
ıla flamen Dialis in Capitolio Jovis ipſius oculos
enarum cruore reſperſit: [n] Ancharius, ipſo viden-
te Mario,

2. 3. 3. *Concluſit* autem *ſe loco, per calce arenaque perpolito, illaque igni qui vim odoris excitaret, ul exitiali hauſto ſpiritu, ſimul cluſo ſuo, mortem magis voto am arbitrio inimicorum obiit.* ellej. 2. 22. Val. Max. 9. 12. 4. opian pag. 395. Similem huic vi- exitum ſortitus, unus, quod am legitur Jovianus Imp. apud ctorem in Epitome. *Freinsh.*

m *Merula*] *Inciſis venis, ſuperſoque altaribus ſanguine, quos ſapro ſalute reipubl. flamen Dialis ecatus erat deos, eos in execrationm Cinnæ partiumque ejus tum ecatus, optime de repub. merito ritum reddidit.* Vellej. 2. 22. 3. Val. ax. addit, factum hoc *in Iovis ſaario.* Porro in nece Merulæ hoc iam notat Appianus pag. 394. anquam venas ſecaret, ſcripſiſſe in bella ſe depoſito apice id feciſſe, iod nefas eſſet flaminem apicam mori. Notandum præterea, *obus & ſeptuaginta annis poſt hus cædem neminem flaminem ſuffeum,* Tacit. 3. 38. *Idem.*

n *Ancharius, ipſo vidente Mario, nfoſſus eſt, quia fatalem illam ſciet manum non porrexerat ſaluinti*] Hoc ſaltem (ſi non multa lia) ex natalium ſordibus ſuperiit Mario, quod injuriam exiſtiiarit non ſatis officioſe ſalutanti ſii reſponderi: utrum fortaſſis mir Ancharius tribus tantum digitis ileum tetigiſſet, neſcirem; niſi ex iſtoria didiciſſem eo uſos non fuiſſe veteres Romanos. Quotidie interim videmus viliſſimos terræ filios cum primum aliqua conditione aucti ſunt, tantum faſtum induere, ut multum ſuo honori decedere exiſtiment, ſi vel non commode ſatis ſalutentur, vel nutus etiam eorum minus quam ex eorum voto obſerventur; quia enim contemptu digni ſunt, contemni ſemper ſe putant. Tales, de Sejano agens, his verbis egregie deſcribit Dio *l.* 58. *Is homo ſuperbiſſimus ſtudioſe ab omnibus colebatur, ſalutabatur, deducebatur. Omnia enim omnium & Procerum maxime verba accurate obſervabat & nutus. Qui propria potentia nituntur, parum talia curant, & omiſſa vitio non vertunt, quia enim ſupra contemtum ſunt, contemni ſe non facile credunt. At fortunæ non meritorum filii, quia aliter commendari ſe poſſe deſperant; imaginaria iſta & vana ſtudioſe requirunt, & ni obtineant, iraſcuntur: Præſtat ſæpe Imperatores offendere quam tales, remittunt enim illi libentius ſi quid peccatum ſit: hi ne imbecilles aut viles habeantur, plenis ſtatim velis feruntur ad ultionem.* Zevecotius. Accedentem ſe ac ſalutantem Marius occidi juſſit, ſecundum Appian. pag. 394. Plut. Mario cap. 72. addit eam poſtea fuiſſe teſſeram Bardiæorum (ſic vocat ſervos qui ad Marium transfugerant) ut quem ille non reſalutaret, interficerent. Hinc Seneca de benef. 5. 16. *trucidationis non tan-*

te Mario, confoſſus eſt, quia fatalem illam ſcilicet manum non porrexerat ſalutanti. Hæc tot ſenatus funera o intra calendas & idus Januarii menſis, p ſeptima illa Marii purpura dedit. Quid futurum fuit, ſi annum conſularis impleſſet? Scipione & q Norbano Quinto conſulibus, tertius ille turbo civilis ... ſare...

tum dedit ſignum, ſed ipſe ſignum fuit: ut recte explicat Lipſius. Qui autem iſti Bardiæi ſint, non fruſtra dubitatur, cum ejus nominis ratio non appareat, nec ex Græcia peti poſſit, à Mario inditum; proinde mihi in mentem venit ſuſpicari corrupte ſcriptam eam vocem Βαϱδιαῖοι, & reponendum Μαϱιαῖοι, ex more plane Romano, quo ſervi liberi effecti præferebant nomen ejus cujus beneficio civitatem nacti fuerant. ſic Sylla X.M. habuit quos *Cornelios* appellavit, apud Appian. pag. 413. nec in ſervis tantum hoc obſervatũ, ſed aliis peregrinis quibuſcunque. Hinc regnante Claudio multi deferebantur, qui Claudii nomine non uterentur. apud Dion. lib. 60. pag. 778. Exemplum ejus rei in Cæſ. de bell. Gall. 13.47. Cicer. in Verrem, & aliis. *Freinsh.*

o *Intra calendas & idus*] Nam Marius deceſſit idibus, Ep. Liv. 80. Plut. tamen cap. 80. ſeptimodecimo die defunctum ſcribit. Appian. pag. 396. primo conſulatus ſeptimi menſe. Vellej. 2. 23. *initio ſeptimi conſulatus morbo oppreſſus deceſſit.* Idem.

p *Septima illa purpura*] Marius enim primus omnium ſepties Cos. fuit auctores qui ſupra, & Plin. 11. 45. *Idem.* Intra dies quam inierat tredecim, morbo laterali & pl... neſi conſumtus eſt, cum ageret ... num ſeptuageſimum. Quarto ... iam conſulatu ſuo L. Cinna c... bellum contra Sullam ab Aſia ... ctorem revertentem pararet, d... milites ſuos ut in Dalmatiam ... jicerent per vim, ut Sullæ veni... occurreret, cogere vult, ob nim... crudelitatem ab exercitu ſuo l... dibus Ancone conciſus eſt, I... tarch. ita: Cn. Pompejus, qui p... ea Magnus appellatus eſt, ju... nis in caſtra Cinnæ venit, à ... cum eſſet falſo crimine notat... clam fugit: eo nuſquam com... rente, creditum eſt eum à Ci... fuiſſe interemtum, itaque qui ... tere Cinnæ odio imbuti erant, ... impetu facto occiderunt. *Stad...*

q *Norbano Quinto*] Sic e... volentibus Pall. o. & q. 1. non... ſenſu, quaſi quinquies cos. fu... Norbanus (nec etiam hoc ita ... tuliſſet Florus, ſed *quintum*) ... ut intelligatur Norbano præ... men fuiſſe *Quinto*: nec obſtat q... alii *Cajum* vocant; non enim ig... ta eſt ſcriptorum in nomini... propriis, prænominibus cum... mis, variatio. Porro nec iſta no... num μετάθεσις nova eſt, ſed pal... nota, multis etiam notata, i... cognomina quidem, & agnomi...

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

niæ toto furore detonuit: quippe quum [r] hinc cto legiones, inde quingentæ cohortes ſtarent in rmis, & inde ab Aſia cum victore exercitu [ſ] Syl- properaret. Et ſane quum tam ferus in Syllanos Marius fuiſſet; quanta ſævitia opus erat, ut Sylla de Mario vindicaretur? Primum apud Capuam ſub amne Vulturno ſigna concurrunt; & ſtatim Norbani fuſus exercitus. ſtatim omnes [t] Scipionis copiæ, oſtentata ſpe pacis, oppreſſæ. Tum [u] Marius juvenis,

d memini me hujus etiam exempla legere. *Freinshemius.*

r *Hinc octo legiones, inde quingentæ cohortes*] Certum eſt hoc loco de Marianatum partium copiis gi. nam Sylla cum ſuis in Aſia erat, t ſequitur. Apparet igitur illud *in*-*e* nullius eſſe pretii: quin legimus *tque quingentæ cohortes* Plutarch. tiam Mario cap. 51. aſſerit quaringentas & quinquaginta cohortes habuiſſe. Porro cum legiones & cohortes opponuntur ut hoc oco, illæ ad cives Romanos, hæ d ſocios & auxiliares referuntur. ic apud Suet. Veſp. 4. 13. *additis ad copias duabus legionibus, octo aliis cohortibus decem.* Sic apud Tacitum ſæpe. *Idem.*

ſ *Sylla properaret*] Sulla compoſitis transmarinis rebus in Italiam cum XXX. millibus armatorum adverſus CC. millia & amplius hoſtium Brundiſii appulit, atque hoc in bello inſignem animi fortitudinem oſtendit, quod dum per triennium Cinnanæ Marianæque partes Italiam obſiderent, ejus uxorem, familiamque vix fuga ſervatam urbe ejeciſſent, bona publicaſſent, atque domum ejus diruiſſent: tamen ſibi frangendum hoſtem prius, quam inimicos cives ulciſcendum exiſtimaret, nec interea ſe iis bellum illaturum diſſimulaverit Q. Metellus Pius & Cn. Pompejus Strabonis filius cum parte exercitus ſe ad Sullam contulerunt: miſſis legatis qui de pace agerent, iisque ab conſule C. Norbano violatis, Sulla ad Canuſium cum eo ſigna confert: deſiderata ſunt ex Norbani exercitu VI. M. ipſe Capuam fugit. *Stadius.*

t *Scipionis copiæ &c.*] L. Scipio alter conſul, dum ſpe pacis à Sulla duceretur, interea per Sullanos ejus exercitus ſollicitatus, ſigna ad Sullam deſerto conſule tranſtulit. Scipio & filius cum interimi poſſent, incolumes dimiſſi ſunt. L. Scipio fluctibus Reipubl. ita expulſus, Maſſiliæ poſtea in exſilio vixit, & à Sulla inter proſcriptos relatus eſt. *Idem.*

u *Marius juvenis*] Marius iſte, filiusne Marii VII. conſulis, an nepos fuerit, ex auctorum iſta tradentium varietate mihi incertum eſt. Appianus fratris Marii filium XXVII. annos

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

venis, & [x] Carbo conſules, quaſi deſperata victo-ria, ne inulti perirent, [y] in anteceſſum * ſanguine ſe-natus ſibi parentabant. obſeſſaque curia, ſic de ſe-natu, quaſi de carcere, qui jugularentur, [z] educti. Quid funerum in foro, in circo, in patentibus tem-plis? Nam Quinctus Mucius Scævola pontifex [a] Ve-ſtas

annos natum, cum conſul crearetur, fuiſſe ſcribit: ſed Vellejus, Plutarchus, Eutropius, & alii, C. Marii filium prodiderunt, quo nomine etiam in Capitolinis tabulis vocatur, fortaſſe per adoptionem, ipſe à Sulla non procul à Præneſte ad Sacriportum prœlio ſuperatus fugit, & fune in mœnia ſubductus eſt. Sulla Præneſte circumvallavit, atque obſidioni Lucretium Offellam præfecit Marius, cum Præneſtini ſe dedidiſſent, per cuniculum captabat evadere, ſeptus undique ab exercitu, mortem ſibi conſcivit, cum Pontio Teleſino fugæ comite ſtricto utrimque gladio concurrens: quem cum occidiſſet, ipſe ſaucius à ſervo impetravit, ut ſe occideret: ejus caput ad Sullam miſſum pro roſtris poſitum eſt, atque Sulla hac victoria elatus, Felicem ſeſe deinceps cognominari voluit. *Idem*.

x *Carbo*] Cn. Papirius Carbo cum iterum conſul cum Cinna IV. conſule eſſet, ne quem collegam ſibi in Cinnæ à militibus ſuis cæſi locum ſufficeret, auſpiciis ſæpe impeditus fuit, atque ideo ſolus per totum annum conſulatum geſſit; proximo deinde anno tertium conſul cum Cn. Mario creatus, à Metello Pio non procul à Faventia ſuperatus, copiis ſuis ſpoliatur, ipſe in Siciliam fugit, ibi à Pompejo ... ptus, cum muliebriter etiam fle... interfectus eſt. *Idem*.

y *In anteceſſum*] Hanc voc... bigam primus reſtituit Lipſius ... Senec. epiſt. 7. in fin. Reſpicit ... Livius 9. 14. *ne deſperata venia ... ſtes cæcos in ſupplicia eorum* (equ... tum Roman.) *ageret, perdere pr... quam perire optantes.* Hujus tam... ſceleris invidiam uni Damaſip... impingere videtur Vellej. 2. 26. ... Val. Max. 9. 2. & fortaſſe Sallu... Cat. 51. 28. Appian. pag. 403. M... rium Bruto prætori urbano h... per literas imperaſſe ſcribit. *Freinshemius*.

* *Sanguine ſenatus ſibi parenta-bant*] Marii conſulis juſſu L. Da... maſippus, vel, ut ſcribit Appian... Brutus, Prætor urbanus cum Sena... tum vocaſſet, omnem quæ in Ur... erat nobilitatem trucidavit: int... cæteros P. Antiſtium Cn. Pomp... ſocerum, C. Papirium Carbone... conſulis fratrem, L. Domitium, Q. Mucium Scævolam Pontifice... Maximum, fugientem in ædes V... ſtæ, in veſtibulo occidit, omniu... cadavera in Tiberim projecta ſun... *Stadius*.

z *Educti*] Immo in ipſa cur... confoſſi, ſi credimus Appian... *Freinshemius*.

a *Veſtale*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

ſtles amplexus aras, tantum non eodem igne ſepe-
lirr. Lamponius atque Teleſinus Samnitum du-
ces, atrocius Pyrrho & Annibale Campaniam Etru-
riamque populantur: &, ſub ſpecie partium, ſe vin-
dicant. Apud Sacriportum, Collinamque portam
debellatæ omnes hoſtium copiæ. Ibi Marius, hic
Teleſinus oppreſſi. [b] Nec idem cædi, qui bello fi-
nis fuit. Stricti enim & in pace gladii: [c] animad-
verſumque in eos, qui ſe ſponte dediderant. Minus
est, quod apud Sacriportum, & apud Collinam por-
tam ſeptuaginta amplius millia Sylla concîdit. bel-
lum

a *Veſtales amplexus aras*] Cice- de orat. 3. 3. & de nat. deorum, ...mperantiæ prudentiæque ſpeci- ...m, ante ſimulacrum deæ Veſtæ ...cidatum, quod ſuo etiam ſan- ...ne reſperſerit, eoque æternum ...m ignem (quod addit Auguſti- ...) Virginum curæ commiſſum, ...ope extinxerit. *Vinetus.*

b *Nec idem cædi, qui &c.*] ...luſt. etiam de Rep. 1.25. memo- ...; *Domitium, Carbonem, Bru- ...n, alios item non armatos, neque ...prœlio belli jure, ſed poſtea ſuppli- ... per ſummum ſcelus interfectos, ...bem Romanam in villa publica ...oris modo conſciſſam.* Confer o- ...nino Tacitum principio hiſtoriæ ...artæ. *Freinshemius.*

c *Animadverſumque in eos, qui ...ponte dediderant*] Quod millia ...erfecta fuerint, cum auctores va- ...nt, non conſtat, & parum ad rem ...it. Hoc notum eſt, nimiæ cru- ...litatis accuſari jure Syllam. qui ...im in captivos aut deditos ſæ- ...unt, perfidi plerumque ſunt aut inhumani tyranni. Niſi tale forte crimen interceſſerit, quod æquus Judex morte vindicandum cenſeret. Nemo prudens laudat Ottonem III. qui obſeſſum in Adriani mole Creſcentium fide per Tanaum hominem ſibi familiariſſimum data ſe dedentem, necavit ſuſpendio. Certe hodie illa plerumque bellandi ratio eſt, ut, etiam qui nullas ſtipulati conditiones ſe dedunt, mortem tamen plerumque evadant. Et hoc Chriſtiana pietas ſuadet ſervari. placet mihi votum Lucani:

—— vincat, quicumque neceſſe
Non putat in victos ſævum diſtringere ferrum:
Quique ſuos cives quod ſigna adverſa tulerunt,
Non credit feciſſe nefas ——

Sed quam pauca in bellis civilibus moderationis iſtius occurrunt exempla! Teſte Cicerone *famil. epiſt. lib. 4. epiſt. 9.* victoria etiamſi ad meliores venit, tamen eos ipſos ferociores impotentioreſque red-

 dit:

lum erat. d Quatuor millia deditorum inerm[...] civium e in villa publica interfici juſſit. Iſti to[...] pace, num plures ſunt? quis autem illos poteſt co[...] putare, quos in Urbe paſſim, quisquis voluit, o[...] dit? donec admonente Furfidio, *Vivere aliquos de-bere, ut eſſent quibus imperarent*; propoſita eſt f In-gens illa tabula; & ex ipſo Equeſtris ordinis flore[...] ſenatus, duo millia electi, qui mori juberentur. g [...] vi generis edictum. Piget poſt hæc referre, ludib[...] hab[...]

dit: ut etſi natura tales non ſint, neceſſitate eſſe cogantur. Duces enim accendendo civili bello acres, temperandæ victoriæ impares ſunt. *Tacit. hiſt. lib.* 3. Zevecotius.

d *Quatuor millia*] Sua tum agunt hiſtorici, cum in nominando aut numerando diſcrepant; nil igitur mirum hoc quoque loco exempli ſui tenaces fuiſſe. Conſentiunt autem ſoli omnium cum noſtro Dionyſius 5. 87. & Strabo. Oroſ. minuit numerum, III. M. fuiſſe dicens, reliqui augent; & VI. M. quidem habet Plut. Sylla cap. 60. VII. M. Seneca de clement. 1. 12. 3. Firmicus lib. 1. cap. 3. Auguſtinus VIII. M. epit. Liv. 88. & Appian. pag. 407. IX. M. Auctor de vir. illuſtr. Alii per legiones componunt, & Panegyriſtes quidem unam numerat: duas Seneca de benef. 1. 6. 4. IV. autem Val. Max. 9. 2. 1. numero immane aucto. *Idem*.

e *In villa publica*] Villa publica domus ampliſſima erat in campo Martio, in quo hoſtium legati, quibus in Urbe hoſpitium non concedebatur, recipiebantur, & de publico alebantur: VII. millia [...]tum Sullæ juſſu in ea jugulata[...] D. Auguſtinus ſcribit. Valer. [...] quatuor legiones in villa pu[...] fuiſſe trucidatas numerat: Li[...] millia, Plutarch. VI. millia. *Sta*[...]

f *Ingens illa tabula*] Non p[...] non eſſe magna, quæ duum [...]lium Rom. nomina contine[...] Eundem autem numerum h[...] Auguſtinus. Appian. civ. 1. [...] 409. XL. ſenatores & MDC. e[...]tes. Val. Max. de eodem *IV. M.* [...] *DCC. diræ proſcriptionis edicto*[...] *gulator, in tabulas publicas ret*[...] Vellej. 2. 28. 3. *Primus ille &* [...] *nam ultimus, exemplum proſ*[...]*ptionis invenit*. Vinet. minor fui[...] la triumviralis, quæ Ciceronem [...]puit; de qua infra 4. 6.

g *Novi generis edictum*] S[...] debellatis inimicis, cum Urb[...] per ſuos milites occupaſſet, p[...]ſcriptionis calamitoſiſſimæ inv[...]tor fuit, qua præmium percuſ[...]ribus proſcriptorum duo tale[...] conſtituit; latentiumque indicib[...] & pænam eandem abditos cæla[...]tibus interminabatur. Senato[...] primum octoginta, equites MD[...] proſc[...]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

bita fata Carbonis, fata Sorani Prætoris, atque enuleji: Bæbium ſine ferro, ritu ferarum, inter anus laniatum: h Marium ducis ipſius fratrem apd Catuli ſepulchrum, i oculis, manibus, cruriusque defoſſis, ſervatum aliquandiu, ut per ſingu- membra moreretur. Poſitis ſingulorum homi-um fere pænis, k municipia Italiæ ſplendidiſſima, ſub

oſcripſit, & omnium proſcri-orum filios honorum jure lege ta privavit, aditumque iis in Se-tum obſtruxit, ac ut ſuam tyran-dem maxima poteſtate confir-aret, ſe Dictatorem perpetuum ci per L. Flaccum interregem cu-vit: atque cum per annos tres ulta hominum millia morte, ulta, atque omni contumelia-um & injuriæ genere acerbiſſime exaſſet, Italiam & totam Rempu-l. rerum novarum ſtudio pertur-aſſet, demiſſo à ſe publico præ-dio, palam in foro dixit, ſe o-nnium à ſe geſtarum rerum para-um eſſe rationem reddere, ipſe roximo à Dictatura abdicata an-o ex pediculari morbo periit, an-os natus ſexaginta; magnus ejus funeri honos habitus eſt, atque ipſe in campo Martio, fruſtra repugnante Lepido conſule, ſepultus eſt. *Stadius.*

h *Marium ducis ipſius fratrem*] *M. Marius Gratidianus fuit*, ut patet ex Cicer. de petit. conſul. cap. 3. Seneca de ira 3. 18. Cujus autem Marii, ſeniorisne an juvenis frater fuerit, ambigitur: puto fuiſſe junioris fratrem; tam ex verbis auctoris, quam aliis argumentis. potuit autem hoc modo factus eſſe frater ipſius, ut quidem Marii ſepties Cos. frater ſuſtulerit Marium juvenem, deinde Gratidium illum de quo jam ſermo eſt, in adoptionem acceperit, ſuum autem filium fratri adoptandum dederit. quod poſtremum utique vel inde ſatis apparet, quod omnibus præter Appianum auctoribus, Marius junior, celebris iſtius Marii filius vocetur; ille fratris ejus filius: quod hac ratione utrumque verum ſit. Porro ne quis moveatur eo quod iſte Marii majoris frater habuerit naturales liberos, eoque non putet quendam alienæ familiæ adoptaturum fuiſſe, novum id Romano more non eſſe diſcat ex *l.* 17. §. 3. *de adopt.* & illuſtri exemplo Claudii, qui Britannico ex ſe genito, fratrem Neronem adoptione junxit. Tacitus, Suetonius, Dio, alii. *Freinsh.*

i *Oculis, manibus, cruribuſque defoſſis*] Hanc crudelitatem paſſim memorant & deteſtantur, inprimis Lucanus 2. 174. cui perſimilis eſt illa, quam in Hannonem civem ſuum exercuerunt Carthaginienſes. nam ita Juſtinus 21. 4. *virgis cæſus, effoſſis oculis, & manibus cruribuſque fractis velut à ſingulis membris pœnæ exigerentur, occiditur.* Idem.

k *Muni-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

ſub haſta venierunt, Spoletium, Interamnium, Præ-neſte, Florentia. Nam l Sulmonem, vetus opi-dum ſocium atque amicum (facinus indignum!) nondum expugnatum, ut obſides jure belli, & ro-do morte damnati, duci jubentur: m ſic damna-tam civitatem juſſit Sylla deleri.

CAP.

k *Municipia Italiæ ſplendidiſſima, ſub haſta venierunt*] Tanquam hoſtilia, & bello capta; nam etiam urbes ut cetera bello capta vendebantur. Hujus generis eſt quod Plinius 4. 20. ſcribit; *Æmilium Paullum uno die LXXII. Macedoniæ urbes direptas vendidiſſe.* Sic Veſpaſiani totam Judæam vendiderunt, auctoribus Joſepho de bell. Jud. 7. 26. & Zonara ſub finem tomi primi.

l *Sulmonem &c.*] Qui totam hanc periodum leget, ſeriem ejus male connexam, hiulcam, & ἀσύστατον nullo negotio deprehendet; cui ſi ordinem ſuum, καὶ σύστασιν reddere voles, ita debebis ſcribere; *nam Sulmone (vetus oppidum ſocium atque amicum,) nondum expugnato, ut obſides jure belli, & mox morte damnati duci jubentur.* partim ingenio, partim ex veteris ſcripturæ veſtigiis hanc lectionem eruimus. *Salmaſius.* Ut ut ſit, ſe certe eſt, deletum oppidum; obſides necatos; ut videatur Fl comparaſſe Sulmonem hanc m obſidibus, qui ſi fidem fallan rum cives, occidi ſolent. ut videtur propior conjectura, ſi legan *jam Sulmonem vet. opp. ſoc. a amicum, (facinus indignum!) n dum expugnatum, ut obſidet re lium odio, morti* (hoc enim æ bonum quam *morte*, immo mel *damnati duci jubentur: ſic* Freinshemius.

m *Sic damnatam civitatem ſit Sylla deleri*] V. e. *ſed damnat* ego iſtam periodum habuerim ſpuria. *Gruterus.* Videtur tam neceſſaria, & ad hoc factum re cere Plin. 3. 5. ubi *Sulmonem* h inter deletas Latii urbes recen Diverſa ab hac eſt *Sulmo* Naſo patria. *Freinshemius.*

a Sertor

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

CAP. XXII.

Bellum Sertorianum.

BEllum [a] Sertorianum quid aliud, quam Syllanæ proſcriptionis hæreditas fuit? [b] hoſtile potius, an civile dixerim, neſcio: quippe quod Luſitani Celtiberi-ıe Romano geſſerint duce. Exul & profugus fe-lis illius tabulæ, vir ſummæ quidem, ſed calami-ſæ virtutis, malis ſuis maria terrasque permiſcuit: iam Africæ, & jam Boleanibus inſulis fortunam xpertus [c] miſſusque in Oceanum, Fortunatas inſulas

a *Ertorianum*] Q. Sertorius deſperatis Marianorum rebus Hiſpaniam ulteriorem, quam ætor ſortitus erat, profectus eſt. . Annius à Sulla Dictatore in Hiſaniam miſſus, Sertorius primum arthaginem novam, inde in Mautaniam compulit: poſt cum eo cedente in Pityuſam inſulam naali prœlio decertavit. Sertorius mpeſtate ad Gades delatus, vountatem cepit navigandi ad inſulas ortunatas, quæ in Atlantico Oceao extremę verſus occidentem crelebantur: ſed bello Mauritanico, uo Cilices piratæ Mauritaniæ regem dare vellent, avocatus eſt; & nde victor in Luſitaniam reverſus, am ad bellum impulit, atque armavit, & ut multorum animos ſibi religione quadam aſtringeret, in caſtris cervum album tamquam Dianæ donum nutriebat, per quem nocte ſibi omnia quæ gererentur, in ſomniis nunciari ſimulabat. *Stadius.*

b *Hoſtile potius, an civile*] *Civile* bellum, quod inter ſe gerunt cives, & ejuſdem loci incolæ: *hoſtile* quod hoſtes, id eſt, peregrini, & diverſarum civitatum regionumque homines. Ita enim *hoſtes* ſunt dicti prius, qui poſtea peregrini, anctore Cicer. off. 1. 12. & Varrone quarto de lingua Latina. Quod autem *hoſtile* hoc loco appellatur, idem etiam externum bellum dicetur in fine hujus capitis, & infra 4. 2. 4. *Vinetus.*

c *Miſſuſque in Oceanum, Fortunatas inſulas penetravit*] Falſa manifeſto ſcriptura, à quo enim miſſus, jam ſui juris & imperator ipſe? Præterea non penetravit inſulas Fortunatas, ſed meditatus eſt tantum id conſilium, non exequutus. teſtor Salluſt. 9. 22. ab Acrone citatum, qui tradit Sertorium victum voluiſſe

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

ſulas penetravit: tandem Hiſpaniam armavit. Vi-
ro cum viris facile convenit. Nec alias magis a-
paruit [d] Hiſpani militis vigor, quam Romano d
ce. Quanquam ille non contentus Hiſpania, [e] ad
Mithridatem quoque Ponticosque reſpexit, r-
gemque claſſe juvit. [f] Et quid futurum fuit? ſa
tanto hoſti uno imperatore reſiſtere res Roma
non potuit. additus [g] Metello [h] Cnæus Pompeju
nec tamen prius bello, quam ſuorum ſcelere & i
ſidiis, extinctus eſt. Copias ejus prope tota Hiſp
n

voluiſſe fugere ad inſulas fortunatas. Teſtor Plut. Sertor. cap. 13. qui idem voluiſſe tantum ſcribit, efficere non potuiſſe. Quid ergo? ſcribendum, *niſuſque in Oceanum, Fortunataſque inſulas penetrare.* eo magis, quod illud *Fortunatasque* etiam extet in vet. noſtra editione. *Freinshemius.*

d *Hiſpani militis vigor*] Etiam ſupra 2. 17. dictum eſt, Hiſpanos non tam animis viribuſque, quam ducibus defectos, nihil egregium auſos. *Idem.*

e *Ad Mithridatem quoque reſpexit*] Cum Mithridate enim fœdus junxit: cujus capita in Plutar. Sertor. cap. 40. & Lucull. cap. *Idem.*

f *Et quid futurum fuit?*] Veteres libri ita diſtinguunt; *Et quid futurum fuit ſatis tanto hoſti.* ſed male. alii, *Et quid futurum fuit ſatis?* etiam male. *Salmaſius.* Mihi videntur excidiſſe quædam hoc loco: quomodocunque enim componas reliquias iſtas, parum ſani ſenſus elicias. putem Florum hoc voluiſſe dicere, quibus verbis id fecerit, *&* *quid futurum fuit, ſi tanti du conjungerentur?* Mithridates ne pe & Sertorius. ſic ſupra 2. 8. 7. *quod illud fuiſſet periculum, ſi conſiliis ejus rex tradidiſſet?* Freinshemius.

g *Metello*] Sulla Dictator co ſulem Q. Metellum Pium in H ſpaniam contra Sertorium miſit, c vel ætatis vel morum vitio nil præclari cum Sertorio geſſit. Domitius ejus legatus ab Herc lejo quæſt. Sertorii victus & occ ſus. Itidem Manilius proconſul Gallia in Hiſpaniam cum tribus l gionibus & mille ac quingentis quitibus tranſgreſſus infelicit cum Herculejo pugnavit, caſtriſq exſutus in oppidum Ilerdam pœ ſolus refugit. *Stadius.*

h *Cn. Pompejus*] Cum Q. M tellus impar adverſus Sertorium v deretur, viſum eſt Senatui, C Pompejo privato adhuc & equeſt extra ordinem imperium in Hiſpa niam dare, qui Gallis ipſius iter i Hiſpaniam prohibentibus, iter eo rum internecione patefecit primu imperium Sertorii victoris nov quiden

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

ıa perſequuti, diu & ancipiti ſemper acie domave-
ınt. Prima per legatos certamina habita, i quum
ınc Domitius, & Thorius; inde Herculeji prolu-
erent: mox his apud Segoviam, illis apud Anam
ımen oppreſſis; ipſi duces cominus invicem ex-
erti, apud Lauronem, atque Sucronem æquave-
ı clades. Tum illis ad populationem agrorum,
s ad urbium excidia converſis, miſera inter Ro-
ıanos duces Hiſpania diſcordiæ pænas dabat: do-
ec k oppreſſo domeſtica fraude Sertorio, victo de-
ditoque

ıidem militibus, & multo pau-
oribus numero ad Lauronem ſuſ-
ıuit. Lauronem Sertorius inſpe-
ınte Metello accendit. *Idem.*

i *Quum hinc Domitius, & co-
rtes inde Herculeji proluderent*] orum per indicem tantum lege-
nt, qui hanc lectionem nobis
opoſuerunt: qui cum neſcio quas
irtulei cohortes apud Frontinum
giſſent, ſatis habuerunt ſtatim il-
s huc introducere. jure, an inju-
ı id facerent, facile ſecuri. *Etho-
us*, in omnibus veteribus habetur.
gendum *& Thorius*: diſtinguen-
ım, *quum hinc Domitius & Tho-
us, inde Herculei proluderent.* Do-
itius & Thorius (ſive is ſit Tho-
nius Plutarcho, Metelli legatus)
nc, nempe ex partibus Metelli,
de, ex partibus Sertorii, *Hircu-
i*, ſive *Herculei.* duos fuiſſe Her-
ılejos fratres in partibus Sertorii
nnibus notiſſimum eſt. Plutar-
ıus Domitium & Luſium vocat,
ɔn Thorium, δομέτιον δὲ, inquit,
λέσιον ἀνθύπατον ὄντα τῆς ἑτέρας
ηρίας διὰ τοῦ ταμίου καταγωνισά-
μενος, &c. Sed hic Thorius, Do-
mitio junctus, ſine dubio is eſt, qui, ut ſupra diximus, Plutarcho Thoranius. quem devicit Sertorius. verba Plutarchi, καὶ κράτος καὶ θωράνιον ἄλλον ἡγεμόνα τῶν ἀπὸ μετέλλου πεμφθέντων μετὰ δυνάμεως ἀνελεῖν. Sed ut hæc incerta eſſe poſſent: ita de veritate lectionis, quam exhibuimus, nullus dubitare poſſum. *Salmaſius.*

k *Oppreſſo domeſtica fraude Sertorio*] Perperna Sertorio ex conjuratione domeſticas inſidias ſtruxit, epulantem & accubantem confodiunt. Perperna exercitum Sertorii occupavit, & prœlio cum Pompejo congreſſus, victus eſt; dum fuga ſalutem quærit ab equitibus ſuis ad Pompejum ut percuſſor Sertorii retractus eſt: atque dum vociferaretur multa ſe habere, quæ ad Reipublicæ ſalutem pertinerent, Pompejo indicanda: (epiſtolas enim eorum nobilium habebat, qui Sertorium ad invadendam Italiam invitaverant) Pompejus ſtatim conquiſitas omnes epiſtolas; ac ne lectas quidem aut inſpectas comburi juſſit: quo facto laudem invenit, & mul-

ditoque Perperna, ipſæ quoque in Romanam fidem venere urbes, Oſca, Termes, Tutia, Valentia, Auxima, & [l] infame nihil non experta [m] Calaguris. Sic recepta in pacem Hiſpania. Victores duces externum id magis quam civile bellum videri voluerunt, [n] ut triumpharent.

C A

&c multos à metu, Urbem à novo motu liberavit; ipſum Perpernam, antequam indicium alicujus rei effutiret, occidi juſſit. *Stadius.*

l *Infame*] Ita Vineti mſſ. quidam: editi enim omnes, *& infame*, unica dictione; quomodo fere Pall. quod neque omnino ideo damnaverim. *Gruterus.* Prior lectio ſtabilitur ſimili loco infra 4. 5. & eo, quod de fame Calaguritana Val. Max. 7. 6. 3. ext. recenſet; Eos *uxores natoſque ad uſum nefariæ dapis vertere, & reliquias ſalire non dubitaſſe.* quod idem firmat Salluſtius H. 3. 1. 10. nam de his ipſis loquitur; eo deveniſſe, ut uxoribus liberiſque mactatis, eorumrumque *parte conſumpta, reliqua cadaverum ad diuturnitatem uſus ſalierint.* Vide quo ſcelerum homines adigat neceſſitas. *Freinsh.*

m *Calaguris*] Calaguris Vaſconum in citeriore Hiſpania oppidum tam pertinaciter Pompejo reſtitit, quod etiam uxores ſuas natoſque in alimentum verterint, & cadaverum reliquias ſalierint. Hoc bellum etſi cum Romanis imperatoribus geſtum eſt, tamen quia cum Hiſpanis militibus pugnatum eſt, externum potius quam civile eſt habitum. Metellus & Pompejus de Hiſpania triumpharunt, ſed Pompejus hoc triumpho adhu ques Romanus, ante diem qu conſulatum iniret, curru Urb invectus eſt pridie Kalend. Jan DCXXCII. *Stadius.*

Caligurum Afranius jugi ol dione confectum, ad infames e inopia coactam, ultimo, cæde, cludioque delevit. Quæ aut CALAGURIS in impreſſis codd aliis Calagurus erat. Καλιγουεις- pud Strab. Καλιγγεία apud Pt Calagorus apud Auſonium, nu Calahorra dicitur. *Vinetus.*

n *Vt triumpharent*] Nam ex vilibus bellis non triumphat *quia ut neceſſariæ iſtæ, ita lugub ſemper exiſtimatæ victoriæ ſunt: pote non externo, ſed domeſtico p tæ cruore.* Valer. Max. 2. 1. 7. H Lucanus princ. operis: *Bella g placuit nullos habitura triumph* hoc eſt, civilia. Sic Cæſar de ci bus non triumphavit. quo reſpe noſter, infra 4. 2. *Pharſalia, Thapſos, & Munda nuſquam: quanto majora erant de quibus n triumphabat?* Rationem reddit A pian. de bell. civ. lib. 2. pag. 4 nec ipſi honeſtum futurum fuiſ & civibus & luctuoſum & infa ſtiſſimum. nam ob externas vict rias talia fieri ſolita; *domeſtica m la triſtitia operienda,* ut ait Tacit.

18. Cæ

CAP. XXIII.

Bellum civile ſub Lepido.

MArco [a] Lepido, Quincto Catulo conſulibus, civile bellum pœne citius oppreſſum eſt quam inciperet: ſed quantum ? lateque fax illius [b] motus ab ipſo Syllæ rgo exarſit! Cupidus namque rerum novarum per ɩſolentiam Lepidus, acta tanti viri reſcindere para- t; nec immerito, ſi tamen poſſet ſine magna cla- Reipublicæ. Nam quum jure belli Sylla dictator roſcripſiſſet inimicos: qui ſupererant, revocante epido, quid aliud, quam ad bellum vocabantur? umque damnatorum civium bona, addicente Syl- [c] quamvis male capta, jure tamen, repetitio eo- rum

Cæſar tamen Auguſtus trium- lvit ex Actiaca victoria, Ep.Liv. 133. Niſi forte & ille externum bellum videri voluit iſtud. *Freinſh.*

[L]*Epido*] M. Aimilius Lepidus conſul cum Q. Catu- creatus, legem de actis Sullæ mortui reſcindendis promul- it, ut qui à Sulla proſcripti fue- , & civitatem & bona ſua re- erarent; cui cum Catulus col- & boni omnes adverſarentur, idus à Senatu jurejurando ada- , bellum ſe patriæ non factu- , in Galliam ulteriorem, quam itus erat, profectus eſt, tam- m exacto conſulatu bellum turus. *Stadius.*

b *Motus ab ipſo Syllæ rogo*] Vere. ccrematus hic primus omnium Corneliorum, cum majores ejus terra conderentur. Advertit Stadius ex Cicer. de leg. 2. 22. ubi cauſſam ejus rei dicit fuiſſe, quod Sylla Marii reliquias diſſipari juſſerat (quod etiam Val. Max. 9. 2. 1. refert) eoque talionem metuebat. Inſignis eſt ſententia apud Saxonem, ut eſt iſte auctor ultra ſæculum ſuum, Hiſt. Dan. lib. 5. pag. 79. *Par eſt, ut alieni corruptor cineris, nullo funeris obſequio donetur, ſortemque proprio referat corpore, quam in alieno perpetrarit.* Freinshemius.

c *Quamvis male capta, jure tamen*] Apparet igitur, non idem jus

eſſe,

rum proculdubio labefactabat compoſitam civi-tem. Expediebat ergo quaſi ægtræ ſauciæque R-publicæ requieſcere quomodocunque; [d] ne vuln-ra curatione ipſa reſcinderentur. Ergo quum [e] tu-bidis concionibus, velut claſſico civitatem terr-ſet, profectus in Etruriam, arma inde & [f] exer-tum Urbi admoverat. Sed jam [g] Milvium pc-te,

eſſe, & juſtum. Jus enim poſitivum, ut appellant, à jubendo dictum, lex eſt, arbitrio imperantis lata. quapropter evenit, ut tales plerumque leges ſint, quales earum auctores. Egregia eſt in hanc rem diſputatio Alcibiadis, & Periclis, apud Xenophontem, memorabilium lib. 1. pag. 718. quam attente legiſſe & conſideraſſe, operæ pretium fuerit. Ideo, ſecundum Cicer. de leg. 1. 15. *ſtultiſſimum eſt, exiſtimare omnia juſta eſſe, quæ ſcita ſint in populorum inſtitutis & legibus.* Quare pulcre in l. 183. de R. J. dictum eſt: *Etſi nihil facile mutandum eſt ex ſolennibus: tamen ubi æquitas evidens poſcit, ſubveniendum eſt.* Hinc intelligitur, quid in animo habuerit Tacit. 3. 27. 2. cum XII tabulas *finem æqui juris* diceret. Affine eſt huic, quod in l. pæn. de juſt. & jur. ſcribitur, *prætorem jus dicere, etiam cum inique decernit.* Idem.

d *Ne vulnera curatione ipſa reſcinderentur*] Elegans tranſlatio, & frequens ſcriptoribus. Ad eum ſenſum Seneca, in princ. conſol. ad Helviam: *in morbis nihil perniciosius, quam immatura medicina.* & de benef. 5. 16. *Ingratus L. Sylla, qui patriam durioribus remediis, quam pericula erant, ſanavit.* [...] cit. 3. 28. 1. *Cn. Pompejus gra[...] remediis, quam delicta erant.* & [...] 54. 3. *Felix intempeſtivis reme[...] delicta accendebat.* Contra [...] *Appii vulnera non refricando*, ſ[...] ti provinciæ ſuæ conſulebat, [...] Attic. 5. 15. His talibus accidit [...] pe, quod de malis oratoribus [...] apud Cicer. de oratore 2. 75. [...] *quæ ſanare non poſſunt, exulcer[...]* Idem.

e *Turbidis concionibus*] Ex[...] una concionum ejus apud Sall[...] Hiſtor. primo. *Idem.*

f *Exercitum Vrbi admover[...]*] Conſulatum alterum per vim p[...] turus Lepidus, cum Etruriam [...] arma commoviſſet, Galliam c[...] riorem per M. Brutum, ejus, [...] Cæſarem interfecit, patrem ol[...] neret, infeſta ſigna patriæ intu[...] Poſt autem cum Cn. Pompejus [...] M. Bruto à ſe Mutinæ occiſo Se[...] tum certiorem feciſſet, magn[...] metus partem, qua Roma tene[...] tur, ademit: hunc vero motum [...] tra unam æſtatem oppreſſum fu[...] Eutropius teſtatur. *Stadius.*

g *Milvium pontem*] Milv[...] pons ſupra Tiberim via Flaminia [...] urbe plus minus duobus millib[...] paſſuum diſtat in occaſum æſtivu[...]

exſt[...]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

em, collemque Janiculum Lutatius Catulus, Cnæusue Pompejus, Syllanæ dominationis duces atque gniferi, alio exercitu inſederant. A quibus primo atim impetu retro pulſus, hoſtisque à ſenatu juicatus, incruenta fuga Etruriam, inde Sardiniam ceſſit: ibique [h] morbo & pœnitentia interiit. Vitores, quod non temere alias in civilibus bellis, pace contenti fuerunt.

L I-

ſtructus eſt à M. Scauro cenſore llæ tempore, ut Ammianus ſcrit. *Idem.*

h *Morbo & pœnitentia*] Plinius mat, 7. 53. Plut. Pompejo cap. . *Morbo correptus expiravit, fraus animo. non ob res perditas, (ut tumant) ſed quum eſſet nactus eſtolium, ex quo ſtuprum uxoris comperit.* Periit igitur incruenta morte; quamvis diverſum videatur velle Sueton. Cæſ. 5. 2. ubi *poſt necem conſulis* (Lepidi.) Sed advertendum, necis vocabulum etiam pro morte non violenta ſumi. *Freinſh.*

i *Pace contenti &c*] Alias enim dominatio, vel ſaltem vindicta peti ſolet. *Idem.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

LIBER QUARTUS.

CAP. I.

Bellum Catilinarium.

[a] CAtilinam luxuria primum, tum h conflata [b] egeſtas rei familiaris, [c] ſi occaſio, quod in extremis finibus mu di arma Romana peregrinabantur, nefaria conſilia opprimendæ patriæ ſuæ compule Senatum confodere, conſules trucidare, diſtring incendiis Urbem, diripere ærarium, totam denic rempublicam funditus tollere, & quicquid nec A nibal videretur optaſſe, quibus (ô nefas!) [d] ciis aggreſſus eſt? ipſe patricius; ſed hoc n

ns

[a] CAtilinam] L.Sergius Catilina patricius, qui triennio etiam antea cum Cn. Piſone conjuraverat, cumq; priore anno repetundarum interrogatus, hoc anno ambitus inſimulatus, repulſam conſulatus tuliſſet, cum P.Lentulo & C.Cethego prætoribus, atque aliis multis de cæde conſulum & Senatus, incendiis Urbis, & opprimenda Republica conjuravit. *Stadius.*

b *Egeſtas rei familiaris*] Verum eſt plerumque, quod ſcribit Saluſtius; *Semper in civitate quibus opes nullæ ſunt, bonis invident, malos extollunt; vetera odere, nova exoptant, odio ſuarum rerum miſceri omnia ſtudent; turba atque ſeditionibus ſine cura aluntur: quoniam egeſtas facile* *habetur ſine damno:* & quia conditionis ſuæ ſortem eſſe ſc ut minui vel detrimentum pati poſſit, bonos ferocius invadu dum vel victoriam ſperant, vel tem excitatum à ſe incendium ſine multorum ruina extingui p confidunt. *Zevecotius.*

c *Simul occaſio*] Vide ſupra Idem dicit Salluſt. Cat.16. 6. *in lia nullus exercitus: Cn. Pomp in extremis terris bellum gerebat* hic eſt morbus magnorum im riorum, ut late diffuſa non ubi æqualiter regi poſſint. *Freinshem*

d *Sociis*] Præter iſtos autem cios quos numerat Florus, *er complures paullo occultius con hujus participes nobiles; quos m dominationis ſpes hortabatur, qu inopia, aut alia neceſſitudo.* Sall

C

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

us eſt. [e] Curii, [f] Porcii, [g] Syllæ, Cethegi, Antronii, [h] Varganteji atque Longini. quæ familiæ? quæ ſenatus inſignia? [i] Lentulus quoque cum maxime prætor. hos omnes immaniſſimi facinoris ſatellites habuit. Additum eſt pignus conjurationis,

at. 17. 6. ut nominatim *M. Craſſus* eodem loco. item *Cæſar*, Plutarchus Cæſare cap. 11. *Idem.*

e *Curii*] Q. Curius flagitiis atque facinoribus coopertus, quem cenſores ſenatu probri gratia moverant, homo vanæ & futilis linguæ, conjurationis ſecretæ apud Fulviam, cum qua ei vetus ſtupri conſuetudo erat, effutiverat: ea, quæ, quomodo audiverat, compluribus narravit, ipſeque Cicero conſul multa pollicendo pellexit, ut Q. Curius conſilia conjurationis Catilinariæ ipſi proderet. *Stadius.*

f *Porcii*] M. Porcius Læca à Salluſtio nominatur, in cujus domo Catilinæ dies exeundi, tum cæteris manendi conditio, tum deſcriptio totam per Urbem cædis atque incendiorum conſtituta eſt: ipſe lege Lutatia, poſtquam Catilina cum exercitu cæſus eſſet, ex indicio L. Vettii equitis Romani poſtulatus, de vi publica condemnatus eſt. *Idem.*

g *Syllæ, Cethegi, Antronii*] P. Cornelius Ser. F. Sulla, & P. Antronius Pætus cum conſules in annum DCXXCIIX. deſignati eſſent, de ambitu poſtulati non inierunt, ſed in eorum locum facti ſunt, L. Aurelius Cotta, & L. Manlius Torquatus, qui eos ambitus damnaverant: ipſi dolore animi exaſperati cum C. Piſone & Catilina conjurant, & Cottam & Torquatum conſules in Capitolio Kal. Jan. parant interficere; ſed re per indicium cognita, ipſorum conſilium diremtum eſt. P. Antronius & Servius hujus Sullæ frater, de vi publica condemnati ſunt, P. Cornelium Sullam Cicero defendit & Hortenſius. *Idem.*

h *Varganteji*] L. Varguntejus Senator cum C. Cornelio equite conſtituerant cum armatis hominibus nocte, quæ ſecuta eſt poſtridie Non. Novemb. ſalutatum ire Ciceronem, & eum in ſuo lectulo confodere: ſed Cicero per Fulviam de dolo, qui parabatur, certior factus, non admiſit ſalutatores tam pernicioſos. Sunt & iſti poſtea damnati lege Lutatia de vi publica. L. Caſſium Longinum Salluſtius inter conjuratos etiam numerat. *Idem.*

i *Lentulus*] P. Cornelius Lentulus Sura conſularis, conſul enim fuerat cum Cn. Aufidio Oreſte, an. DCLXXXII. & prætor iterum, conjurationis per indicia convictus, in carcerem ex Senatus conſulto, quod ex Catonis ſeveriore ſententia factum eſt, cum Cethego, Statilio, Cæpario, Gabinio conjectus eſt, atque de iis ſupplicium, gula laqueo fracta, in Tulliano ſumtum eſt. P. Lentulus ex libris Sibyllinis dicere ſolitus erat, Romæ tribus Corneliis regnum portendi, Cinnam atque Sullam antea, ſe tertium eſſe, cujus fatum foret Urbe potiri. Erat autem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

nis, [k] ſanguis humanus: quem circumlatum pat
ris bibêre: ſummum nefas; niſi amplius eſſet pr
pter quod biberunt. Actum erat pulcherrimo in
perio, niſi illa conjuratio in [l] Ciceronem & [m] A
tonium conſules incidiſſet: quorum alter induſtr
rem patefecit, alter manu oppreſſit. Tanti ſcel
ris indicium per Fulviam emerſit, viliſſimum ſco
tum, ſed [n] parricidii innocens. Tum [o] Conſ
habi

hic Lentulus M. Antonii poſtea triumviri vitricus: hinc illud odium M. Antonii & Ciceronis enatum eſſe veriſimile eſt, teſte Plutarch. in Antonio. *Idem.*

k *Sanguis humanus*] Recenſet hoc Salluſt. Cat. cap. 22. Ita ut propior videatur non credenti. De more hoc ſanguine ſanciendi, fœdera & amicitias, vide omnino Lipſium in Tacit. 12. 47. ad cujus exempla adde Plut. Poplicola cap. 6. de Brutis Aquiliis & Vitelliis. *Omnibus viſum eſt, hominis jugulati ſanguine libato, & viſceribus tactis, magnum & dirum jusjurandum concipere.* & Saxonem Grammat. Hiſtor. Dan. lib. 1. pag. 11. *Spoliatum nutrice Hadingum grandævus forte quidam, altero orbus oculo, ſolitarium miſeratus, Liſero cuidam piratæ, ſolemni pactionis jure conciliat. Siquidem icturi fœdus veteres, veſtigia ſua mutui ſanguinis aſperſione perfundere conſueverant, amicitiarum pignus alterni cruoris commercio firmaturi.* Solin. cap. 25. de Scythis: *Hauſti mutui ſanguinis fœdus ſanciunt, non ſuo tantum more, ſed Medorum quoque uſitata diſciplina.* Freinshemius.

l *Ciceronem*] Pro Ciceronis g
ſtis lege quæ ſcribit Plinius 7. 3
Ob id factum Cicero *Pater patr*
à Catone Uticenſi primum appel
tus eſt. Plin. ibid. Plut. Cicer. cap.
Juvenal. 8. 244. Lucan. 7. 62. *Came*

m *Antonium*] Hic tamen p
rum ad opprimendum Catilina
contuliſſe legitur. immo pactio
provinciæ vix perſuaſum à Cicer
ne, ut cum Rep. ſentiret; nec ipſu
adeo pugnaſſe in hoſtes, ſed bellu
id per Petrejum legatum ſuum co
feciſſe. Hæc ex Cicerone paſſim,
Salluſtio. *Freinshemius.*

n *Parricidii innocens*] Lecti
nem quæ inter omnes ſenſum
explicationem commodiſſima
habebat, jamque pluribus editi
nibus inſerta erat, amplexus ſu
Nam ex diverſa ſcriptura, ut am
fieri, diverſæ etiam conjecturæ na
ſunt. alii enim, *patriciis innocentiu*
alii, *præ patriciis innocens:* alii, *p*
tricius innocius legunt. quibus o
mnibus una hæc ratio facile obſt
terit, quod ipſa Fulvia *nobilis fueri*
Salluſt. Cat. 23. 3. *Erat ei cum Fu*
via, muliere nobili, ſtupri vetus con
ſuetudo. Ea autem quam ponimu
lectionem ita commode poteſt ex
plicari

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

habito ſenatu, in præſentem reum Cicero perora-vit: ſed non amplius profectum, quam ut hoſtis e-vaderet, ſeque, palam profeſſo, *incendium ſuum re-ſtincturum ruina* minaretur. Et ille quidem ad præ-paratum à Manlio in Etruria exercitum proficiſci-tur, ſigna illaturus Urbi. Lentulus deſtinatum fa-miliæ ſuæ Sibyllinis verſibus regnum p ſibi vatici-nans, ad præſtitutum à Catilina diem, urbe tota vi-ros, faces, tela diſponit. Nec civili conſpiratione contentus, legatis Allobrogum, qui tum forte ad-erant, in arma ſollicitatis, iiſſet ultra Alpes furor, niſi

plicari; ut Fulvia quidem vile ſcortum & infamis vitæ fuerit, innocens tamen parricidii. *Parricidium* enim vocari ſenatus cædem, conſulumque, immo ipſius patriæ ſubverſionem, quæ omnia peracturus erat Catilina, multis auctorum locis adſtrui poſſit. Neſcio quid ſibi velit noſtra vetus, *patricii nominis.* quæ utique non contemnenda eſt lectio; valeret enim, ſcortum quidem vulgare fuiſſe, ſed gente patricia. priori tamen adquieſcimus. *Idem.*

o *Conſul habito ſenatu*] VI. Idus Novemb. Cicero Senatum in Jovis Statoris ædem convocavit: venit eodem Catilina, eique nullus ſenator aſſidere voluit: eaque pars ſubſelliorum, ad quam ille acceſſerat, nuda & inanis relicta eſt. Tum Cicero conſul, ſive præſentiam ejus timens, ſive ira commotus, orationem habuit primam in Catilinam, qua eum ex Urbe egredi juſſit. Catilina nocte intempeſta cum trecentis armatis, lictoribus & faſcibus, imperii inſignibus adhibitis, ex Urbe in Etruriam Fæſulas, in caſtra Manliana profectus eſt. Poſtridie quam Catilina profugiſſet, Cicero orationem alteram ad populum habuit, qua gratulatur populo & Reipublicæ, quod Catilina ex urbe ſit profectus. Senatus Catilinam & Manlium hoſtes judicavit. Tertia deinde exponit, quid in Senatu actum ſit. Quartam in Senatu Non. Decemb. habuit, in qua Cicero de duabus contrariis ſententiis Cæſaris & Catonis ita diſputat, ut non obſcure in ſeveriorem inclinet. *Stadius.*

p *Sibi vaticinans*] Salluſt. Cat. 47. 4. dicebat *ex libris Sibyllinis, regnum Romæ tribus Corneliis portendi: Cinnam atque Syllam antea, ſe tertium eſſe, cui fatum foret urbis potiri.* Idem Cicero in Catilin. 3. 4. Ceterum multos in præcipitium impulerunt, ſimilia vaticiniorum interpretamenta: ut hoc loco tutiſſimum ſit illud: *memento diffidere.* Sic Judæos apud Tacit. H. 5. 13. decepit illud oraculum, *eo tempore Iudæa profectos rerum potituros.* Freinshemius.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

niſi q altera proditione Vulturcii, prætoris literæ t... nerentur. Statim Ciceronis imperio injecta eſt b... baris manus. Palam prætor in ſenatu convincitu... De ſupplicio agentibus, Cæſar parcendum digni... ti; Cato animadvertendum pro ſcelere cenſeb... Quam ſententiam ſequutis omnibus, in carce... parricidæ ſtrangulantur. Parte conjurationis o... preſſa, tamen ab incepto Catilina non deſtitit: ſ... infeſtis ab Etruria ſignis patriam petens, obvio A... tonii exercitu, opprimitur. Quam atrociter dim... catum ſit, exitus docuit. nemo hoſtium bello ſ... perfuit. quem quis in pugnando ceperat locum, eum, amiſſa anima, corpore tegebat. Catilina lo... ge à ſuis inter hoſtium cadavera repertus eſt, pu... cherrima morte, ſi pro patria ſic concidiſſet.

CAP. II.

[a] Bellum Cæſaris & Pompeji.

IAm pœne toto orbe pacato, majus e... rat imperium Romanum, [b] quam ut u... lis externis viribus extingui poſſet. It... que invidens fortuna principi gentiu... populo...

q *Altera proditione*] Prius enim patriæ proditor erat, conjurando cum hoſtibus ejus; mox ipſoru... cum quibus conjuraverat. *Idem*

a *BEllum Cæſaris & Pompeji*] M. Marcellus conſul Cæſaris inimicus, anno DCCII. ad Senatum retulit, ut Cæſari, antequam ejus dominatio imperii continuatione confirmaretur, abrogata lege Pompeji & Craſſi, ſucceſſor daretur, ut exercitum dimitteret, & ... ejus abſentis in petitione conſul... tus ratio haberetur: ſed Ser. Sulp... tio ejus collega, & tribun. ple... ſumma ope contra tendentibu... nemo in Marcelli ſententiam ped... bus ivit. Sequenti deinde anno cu... Cæſa...

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

opulo, ipſum illum in exitium ſuum armavit. ac Mariana quidem Cinnanaque rabies intra Urbem præluſerat, quaſi experiretur. Syllana tempeſtas latius,

æſar veritus ne C. Marcellus con- l (qui Marcelli patruelis erat) ef- eret, quod ille non potuiſſet, L. ulum ejus collegam talentis lle quingentis ſibi devinxit, ut ne id contra ſe contenderet, ſed C. urionis trib. pleb. obæratiſſimi eram, antea conſiliis ſuis adver- atem, majori mercede redemit, ii cum de dimittendo Cæſaris ercitu referretur, ita quidem con- nſit, ſi & ceteri quoque ab armis ſcederent (qua exceptione Pom- jum notabat, qui poſt conſula- m ſecundum in Hiſpania bellum r legatos gerebat. atque hoc no etiam proconſul ad Urbem at) atque amici Pompeji, ne in m ſententiam diſceſſio fieret, ob tebant. Quod vero duobus prio- ous annis adverſarii Cæſaris obti- re non poterant, hoc L. Lentulo rure, & C. Marcello coſſ. anni c CIV. initio perfectum eſt. Etenim ſententiam Marcelli Scipionis, ui eam ex ipſius Pompeji ore pro- ere videbatur, S. C. factum eſt, ut ſi ante certam diem Cæſar exer- tum dimitteret, eum adverſus empubl. facturum videri: inter- ſſerunt M. Antonius & Q. Caſſius ibuni plebis; itaque de imperio æſaris & tribun. pleb. interce- entibus, acerbiſſime inſtigante ompejo eſt decretum. Factum iam Senatuſconſultum ante diem I. Idus Januarias, darent operam oſſ. prætores, trib. pleb. quique onſulares eſſent ad Urbem, ne quid Reſpubl. detrimenti caperet. Tribuni pl. ſtatim ſervili habitu ab urbe fugiunt, & Cæſarem, qui Ravennæ ſuis poſtulatis reſponſa exſpectabat, conveniunt. *Stadius.*

b *Quam ut ullis externis viribus extingui poſſet*] Sic Petilius apud Tacit. H. 3.74. de ſui temporis imperio, *Octingentorum annorum fortuna diſciplinaque compages hæc coaluit: quæ convelli ſine exitio convellentium non poteſt.* Sed accidit hic quod ſolet magnis imperiis. *Nulla* enim (verba ſunt Annib. apud Livium 30. 44.) *magna civitas diu quieſcere poteſt: ſi foris hoſtem non habet, domi invenit.* Freinsh.

c *Præluſerat*] Nihil verius eſt hac lectione quam pridem excogitaverat vir ſummus, Gruterus noſter. ita omnino ſcripſit Annæus. *experire, præludere, tentare*, verba ſunt τῶν προπειρῶν αὐλητικῶν aut κιθαρῳδικῶν, à quibus metaphora ducta eſt. *Salmaſius.* Utitur hoc verbo noſter ſupra 3. 22. ubi tamen *proluderent*. ſed perinde eſt; eadem enim utriuſque verbi ſignificatio. Sic apud Virg. Æn. 12. 106. ex Georg. 3. 234. repetitum:

—— *Sparſa ad pugnam proludit arena.* Ubi Servius, *ad pugnam proludit*, præmeditatur. Cicero. *Sin mecum in hac proluſione nihil fueris*, id eſt, præmeditatione certaminis, *quem te in ipſa pugna cum acerrimo adverſario fore putemus?* Seneca natural. quæſt. 3. 28. ad inundationes transfert. De proluſionibus gladiato-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

latius, intra Italiam tamen, detonuerat. Cæſis furor atque Pompeji, Urbem, Italiam, gentes, na- tiones, totum denique, qua patebat, imperiu quodam quaſi diluvio & inflammatione corripu adeo ut non recte tantum *civile* dicatur; ac ne *ciale* quidem; ſed nec *externum*: ſed potius *com- mune quoddam* [d] *ex omnibus, & plus quam bellu*. Quippe ſi duces ejus inſpicias; totus ſenatus in p tibus. ſi exercitus; hinc [e] undecim legiones, in decem & octo, flos omnis & robur Italici ſangui ſi auxilia ſociorum; hinc Gallici Germanique de- ctus: inde Dejotarus, Ariobarzanes, [f] Tarcho- dimotus, Cothus, omne Thraciæ Cappadoc que, Ciliciæ, Macedoniæ, Græciæ, Ætoliæ, tiusque robur Orientis. ſi moram belli; quatu anni, & pro clade rerum breve tempus. ſi locu & ſpacium ubi commiſſum eſt; intra Italiam: in ſe in Galliam Hiſpaniamque deflexit: reverſumq ab occaſu, totis viribus in Epiro Theſſaliaque co ſedit: hinc in Ægyptum ſubito tranſiliit: inde ſpexit Aſiam: inde Africæ iucubuit: poſtremo

Hiſp

diatoriis quædam annotat Lipſius Saturn. 2. 19. quæ ad pleniorem hujus loci intellectum faciunt. Porro cum hoc loco confer quod ſcripſit ſupra 3. 21. *Freinshemius*.

d *Ex omnibus, & plus quam bellum*] Palatinus vetus, *ex omnibus gentibus & plus quam civile bellum*. *Gentibus* illud falſum eſt, *civile* poſſet locum habere, niſi ἐμφατι-κώτερον eſſet, *& plus quam bellum*. Salmaſ. Reſpexiſſe videtur auctor, cum hæc ſcriberet, Lucanum princ. Pharſal. qui *plus quam civilia bella* ſe canere dicit. Ex quo, an noſ deſumpſit hoc, belloque Artaxe & Cyri attribuit. Oroſius 2. 18. ex eo Adonis Chronic. ſub an 4486. *Bellum civile, & plus qu civile apud Perſas geſtum*. Frein

e *Vndecim legiones*] *Cum Cæ eſſet decem legionibus pugnaciſſi ſubnixus*. Senec. ep. 104.

f *Tarchondimotus*] Hic ſi fo non ſit, qui *Tarcondarius* legitur Cæſaris commentariis, eſt ſalt *Tarcondementus* in 14. Strabon *Tarcondemus* in Antonio Plut

c

Iiſpaniam regyravit, & ibi aliquando defecit. Sed on & odia partium finita cum bello. Non enim ius quievere, quam in Urbe ipſa, medio ſenatu, orum, qui victi erant, odia victoris ſeſe cæde ſarent. Cauſſa tantæ g calamitatis eadem quæ omnium, nimia felicitas. Siquidem Quincto h Medlo, Lucio Afranio conſulibus, quum Romana ajeſtas toto orbe polleret, recentesque victorias, onticos & Armenios triumphos in Pompejanis eatris Roma cantaret; nimia Pompeji potentia oud ocioſos, ut ſolet, cives i movit invidiam. Melus k ob imminutum Cretæ triumphum; Cato adver-

i, ſuperioris Ciliciæ regulus, em Cicero *fideliſſimum ſocium, iciſſimumque pop. Rom.* appellat literis ad S.P.Q.R. ſcriptis: quæ nt primæ lib. quinctidecimi. *Vin.*

g *Calamitatis*] Has cauſſas eganter canit Lucanus 1. 7.

Fert animus cauſſas tantarum promere rerum. &c. Unde has ignat Lucanus cauſſas: Fatum ſum: nimiam Rom. potentiam: ſcordem concordiam Pompeji, raſſi & Cæſaris: Craſſi & Juliæ ortem: ducum ipſorum ſuperam & tandem publica Romæ ſſim vitia. Lege Cæſarem, Appiam, Suetonium, Plutarchum.

Pulcris ſtare diu Parcarum lege negatur,
Magna repente ruunt, ſumma cadunt ſubito:

laudianus epigram. & Laberius, *mmum ad gradum,* inquit, *quam aritatis veneris, conſiſtes ægre, ne tius quam deſcendas, decidas.* Lun. 1. 71.

—— *ſummiſq; negatum Stare diu.* Camers.

h *Metello*] Q. Metellus Celer conſulis Africani collega fuit, Dione teſte, & uterque conſulatum Pompeji auxilio, cujus legati in Aſia fuerant, conſecutus eſt. Q Metellum Creticum Pompejo inimicum fuiſſe, quia ornamentum ejus triumphi ſubduxerat, ereptis per trib. pleb. ejus captivis, ſupra cap. 7. libr. 3. expoſuimus eundem hoc anno in Galliam, ob motum Helveticorum, legatum fuiſſe miſſum cum L. Flacco, & Lentulo Clodiani F. Cicero in primo ad Atticum ſcribit. *Stadius.*

i *Movit invidiam*] Invidia potentiæ comes. Hermocrates Syracuſanus apud Thucyd. 6. 13. *Si quis partim invidia, partim metu aliquo noſtri tenetur: utrique enim ſunt obnoxii potentiores.* Salluſt. Cat. 6. 4. coaleſcente re Romana, *ſicuti pleraque mortalium habentur, invidia ex opulentia orta eſt.* Freinsh.

k *Ob*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

adverſus potentes ſemper obliquus, [l] detrectare Pompejum, actisque ejus obſtrepere. Hinc dolor transverſum egit: & ad præſidia dignitati pa-randa impulit. Forte tunc Craſſus genere, divitiis, dignitate florebat: vellet tamen auctiores opes: Cajus Cæſar eloquentia, & ſpiritu, ecce in consulatu allevabatur: Pompejus tamen ſuper utrúmque eminebat. Sic igitur Cæſare dignitatem comparare, Craſſo augere, Pompejo retinere cupientibus, omnibusque pariter potentiæ cupidis, de invadenda Republica facile convenit. Ergo quum mutuis viribus in ſuum quisque decus niteretur, Galliam Cæſar invadit, Craſſus Aſiam, Pompejus Hiſpaniam: tres maximos exercitus. & jam orbis imperium ſocietate trium principum occupatur. Decem annos traxit iſta dominatio. Exinde, quoniam [m] mutuo metu tenebantur, Craſſi morte

ap

k *Ob imminutum Cretæ triumphum*] *Non injuſte quærent: quippe ornamentum triumphi ejus captivos duces Pompejus ſubduxerat.* Vellej. 2. 4. Dio lib. 36. à princ. Maximum enim triumphorum decus erant imperatores hoſtium, ſupra 3. 10. adeo ut feminæ quidem ſpernerentur, ſicut Auguſtus ducturus fuit Cleopatram, ut infra 4. 11. dicemus, & Aurelianus Zenobiam duxit, apud Vopiſcum in vita cap. 30. Huc reſpexit Livius 30. 45. *Morte ſubtractus ſpectaculo magis hominum, quam triumphantis gloriæ Syphax eſt.* Idem.

l *Detrectare Pompejum*] Cum Cn. Pompejus acta ſua à Senatu confirmari vellet, ut quæ in Aſia bello Mithradatico ſingulis r[egi]bus ac gentibus dediſſet, rata eſſ[ent,] atque ea re L. Lucullum, qui [...] ceſſerat, & M. Catonem adve[r]rios haberet, patribus offenſus, C[æ]ſarem ac Craſſum ſibi adjun[git,] Cæſarem, qui abjecto ex Luſita[nia] triumpho, ut privati ejus ratio[nem] comitiis conſularibus haberi p[...] ſet, ſua opera conſulem creat. Cr[aſ]ſum aliis promiſſis implet. Ita in[ter] tres civitatis principes coitio fac[ta,] eaque jurejurando firmata eſt, f[...] ut nemo nemini Reipubl. adver[ſa]retur, atque alius alium gratia, [au]ctoritate, atque omni ope, in [...] quæ petiiſſet, adjuvaret eam c[oi]tionem. Varro hiſtoricus uno lib[ro] complexus Tricipitinam vocav[it.]

Di

ɔud Parthos, & [n] morte Juliæ Cæſaris filiæ, quæ
ıpta Pompejo, generi ſocerique concordiam ma-
ımonii fœdere tenebat, ſtatim æmulatio erupit.
]m Pompejo ſuſpectæ Cæſaris opes, & Cæſari Pom-
ɟjana dignitas gravis. [o] Nec hic ferebat parem,
nec ille ſuperiorem. Nefas! ſic de principatu la-
brabant, tanquam duos tanti imperii fortuna non
ɩperet. Ergo Lentulo Marcelloque conſulibus,
ɩpta prima conjurationis fide, de ſucceſſione Cæ-
ſaris

ɩo, Appianus, Plutarchus, Sueto-
ɩs. *Stadius.*

m *Mutuo metu*] Thucydides 3.2.
*tiſſimas reddit ſocietates mutuus
tus, quippe qui eam violare cupit,
m ambigit, an ſuperior eſſe poſſit,
ſterretur.* Infra 4. 10. *Expertis in-
rem Parthis atque Romanis, cum
aſſus atque Pacorus utrinque vi-
m mutuarum documenta feciſ-
t; pari rurſus reverentia integra-
amicitia.* Eleganter Tacitus prin-
ɔio Germaniæ, ait Germaniam à
rmatis Daciſque *mutuo metu* ſe-
rari. Sed præcipue ubi tres in par-
ſ ſciſſa eſt potentia, durabilior
x eſt; dum etiam qui alterutro ſe
tentiorem credit, tertii acceſſio-
m formidare cogitur. *Freinsh.*

n *Morte Juliæ*] Quæ pudore
odam continebat eorum ani-
os, ne ſocer & gener ſceleſtis ar-
s colliderentur. Vellej. 2. 47. *Male
hærentis inter Cn. Pompejum &
Cæſarem concordiæ pignus, Iulia
or Magni deceſſit.* Adde Lucan. 1.
1. & Val. Max. 4. 6. 4. Cicero pro
Sextio cap. 1. tanquam aliquid
n vulgare cum cura recenſet;
*demit Albino ſoceri nomen mors
filiæ, ſed caritatem illius neceſſitudi-
nis & benevolentiam non ademit.*
Porro Juliæ huic comparari mere-
tur Octavia, quæ itidem inter fra-
trem & virum concordiæ vinculum
fuit; donec inducta Cleopatra re-
pudiaretur Antonio. *Idem.*

o *Nec hic ferebat parem &c.*]
Lucanus 1. 125.

*Nec quemquam jam ferre poteſt
Cæſarve priorem,
Pompejusve parem.* ——Queri-
tur & ipſe Cæſar belli civilis 1. 4.
*Pompejus neminem dignitate ſecum
exæquari volebat.* Vellej. 2. 33. *ne-
que Pompejus, ut primum ad remp.
aggreſſus eſt, quemquam animo pa-
rem tulit.* Idem 2. 29. 5. *civis in to-
ga, niſi cum vereretur, ne quem ha-
beret parem, modeſtiſſimus.* & mox;
*indignatus, cum omnes cives jure
haberet pares: quemquam æqualem
dignitate conſpicere.* Acidalius ad
Vellej. 2. 33.

p *Nec ille ſuperiorem*] Hunc ani-
mum ſuum ipſe Cæſar detexit apud
Plutar. Apophth. cap. 43. nam *oppi-
dulum in Alpibus tranſiens nullius
nominis, amicis dubitantibus an ibi
quoque tumultus & contentiones
eſſent*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

ſaris q ſenatus, id eſt Pompejus, agitabat: nec le abnuebat, ſi ratio ſui proximis comitiis haberet conſulatus; r abſenti, quem decem tribuni plebis, favente Pompejo, nuper decreverant, tum diſſimulante eodem negabatur: *Veniret, & peteret ſ majorum more.* Ille contra flagitare decreta: ac *niſi in fide permanerent, non ſe remittere exercitum.* Ergo ut in hoſtem decernitur. His Cæſar agitatus, ſtatuit præmia armorum armis defendere. Prima ci vilis belli harena, Italia fuit; cujus arces levib præſidiis Pompejus inſederat: ſed omnia ſubi Cæſaris impetu oppreſſa ſunt. Prima Arimino gna cecinerant. tum pulſus Etruria Libo, Umbri Thermus, Domitius t Corfinio. Et u peractum e

eſſent de principatu? mallem, inquit, *hic primus eſſe, quam Romæ ſecundus.*

q *Senatus, id eſt Pompejus*] Notiſſimum eſt Pompejum ad arbitrium ſenatum ductaſſe, & ſenatum in partibus Pompeji fuiſſe.

r *Abſenti, quem decem tribuni plebis*] Pompejus conſul tertium ſine collega anno DCCI. poſtquam defenſor eſſe Reipub. cœperat, contendit, ut decem tribu. pleb. ad populum ferrent, ut abſentis Cæſaris in petendo conſulatu ratio haberetur: quo privilegio cum Pompejus pravitate aliorum, aut æmulatione alienatus, Cæſarem diſſimulanter privaret, Senatumque ut contra Cæſarem atrocius conſulerent animaſſet, & Cæſari nihil pro æquiſſimis poſtulatis quam iniquiſſima reſponſa darentur: Cæſar populi beneficium, ſuamque ſalutem armis ſibi aſſerendam decrevit. *Stadi*

ſ *Majorum more*] More ma rum præſentes & privati tantum Urbe nomen ſuum profeſſi pe bant magiſtratum: fuiſſet ita Cæſari dimittendus exercitus, i que inimicorum ſuorum ludib obnoxius, ut privatus coactus fu ſet primi conſulatus ſui & admi ſtrati in Gallia imperii reddere tionem. Cato enim & Marcell tum Lentulus frequenter, ſimu que Cæſar ad urbem privatus r iiſſet, nomen ejus delaturos jac verant. Quare Cæſar inimicor decretis, tum verbis Antonii Caſſii trib. pleb. incitatus, exe tum ad ſuam dignitatem co inimicos tuendam hortatus, tra cto Rubicone, qui Galliam ab I lia dividebat, Ariminum, quod tra provinciam ejus erat, profici tur, & quinque cohortibus, q

tu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

rat bellum ſine ſanguine, x ſi Pompejum Brun-
iſii opprimere potuiſſet: & ceperat. ſed ille per ob-
eſſi clauſtra portus, nocturna fuga evaſit. Turpe
ictu! modo princeps patrum, pacis bellique mo-
erator, per triumphatum à ſe mare, lacera & pœ-
e inermi nave fugiebat. Nec Pompejus ab Italia,
uam ſenatus ab Urbe, fugatur prior. quam pœne
acuam metu Cæſar ingreſſus, y conſulem ſe ipſe
facit.

ınc ſolas habebat, ut apud Oro-
ım teſtatur Livius, orbem terra-
ım adortus. *Idem.*

t *Corfinio*] Corfinium oppi-
ım in Pelignis, L. Domitius Ahe-
obarbus, cui Gallia, ut Cæſari ſuc-
ederet, Senatuſconſulto, & ſine
opuli juſſu decreta erat, xxx. co-
ortibus tenebat. Pompejus Do-
iitium obſeſſum ut imparatus
ontra Cæſaris exercitum, negli-
ere coactus eſt. Cæſar die ſepti-
ıo oppido, & Domitio, Vibullio-
ue Rufo, & aliquot ſenatoribus
otitus, eos incolumes dimiſit, &
I.S. ſexagies, quod Domitius in
ublicum depoſitum advexaret, ut
ſi redderetur voluit, militeſque
jus apud ſe ſacramentum dicere
um juſſiſſet, eos cum Curione in
iciliam miſit. *Idem.*

u *Peractum erat &c. & ceperat*]
Hoc eſt *peractum fuiſſet, & cepiſſet,*
equens iſta temporum enallage.
ic apud Tacit. 1. 35. *elatumque*
gladium) *deferebat in pectus, ni*
roximi prenſam dextram vi atti-
uiſſent. & 3. 14. *Populus effigies Pi-*
nis traxerat in Gemonias, ni juſſu
rincipis protecta forent. & 13. 26. 2.
Nec deerant qui cenſerent, ſed Coſſ.
elationem incipere non auſi. Plin.
panegyr. cap. 8. *atque adeo temere*
fecerat Nerva, ſi adoptaſſet alium.
adde infra 4. 3. *Freinshemius.*

x *Si Pompejum Brundiſii*] Cum
Pompejo de caſu Domitii nuntia-
tum eſſet, Luceria Canuſium pro-
ficiſcitur, inde Brundiſium cum xx.
cohortibus 8. Kal. Martii venit,
quem Cæſar cum legionibus ſex
magna celeritate, ut eum in Italia
oppremeret, conſecutus, operibus
& munitionibus expugnare con-
tendit. Pompejus conſules cum
magna exercitus parte, ne quid in
Italia novi molirentur, in Epirum,
Dyrrachium præmiſerat: quos ipſe,
obſtructo & munito prius Brundi-
ſio, ne Cæſar ejus fugam impedi-
ret, xvi. Kalend. April. ſecutus eſt.
Cæſar poſtero die oppidum ingreſ-
ſus, & impoſitis Brundiſio cuſtodi-
bus, cum à proſequendo Pompejo
navium inopia tardaretur, ad Ur-
bem revertitur, & Senatum popu-
lumque R. hoc novo civili bello &
fuga Pompeji conſternatum, con-
firmat, ſeque pacis & otii publici
ſtudioſum teſtatur: ſed cum fruſtra
hoc ſe agere experiretur, in Hiſpa-
niam contra legatos Pompeji pro-
ficiſcitur. *Stadius.*

y *Conſulem ſe ipſe facit*] Impe-
rite

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

facit. [z] Ærarium quoque ſanctum, quia tardius a-
periebant Tribuni, juſſit effringi: cenſumque & pa-
trimonium populi Romani ante rapuit, quam im-
perium. Pulſo fugatoque Pompejo, maluit prius
ordinare provincias, quam ipſum ſequi. [a] Siciliam
& [b] Sardiniam, annonæ pignora per legatos hab[...].
Nihil hoſtile erat in Gallia: pacem ipſe fecerat. [...]
ad Hiſpanienſes Pompeji exercitus tranſeunti p[...]
eam duci [c] portas claudere auſa Maſſilia eſt. M[...]
ſe[...]

rite Florus Cæſarem, primo in ejus in Urbe adventu, ſe conſulem feciſſe ſcribit: cum enim victor ex Hiſpania reverſus Maſſiliam veniſſet, ſe Dictatorem à M. Aimilio Lepido prætore, qui poſtea triumvir fuit, dictum eſſe ex lege lata intellexit: quare ad Urbem profectus, comitia conſularia habuit, ſeque, quia ex legibus ei propter decennium à primo conſulatu exactum, conſulem fieri liceret, conſulem cum P. Servilio creat, & intra undecimum diem ſeſe dictatura abdicavit. *Idem.*

z *Ærarium quoque ſanctum*] In quo pecunia Gallici belli cauſſa ſervabatur, cum execrationibus publicis eam motum non iri, niſi Gallicum bellum impenderet. (de quo Livius 27. 12. 10.) hoc Cæſar, fruſtra obſiſtente Metello trib. pl. effregit, pecuniamque abſtulit, cavillans populum ex religione ſolutum, quia nihil eſſet quod amplius de Gallis metueretur, quos ipſe perdomuiſſet. Dio lib. 41. pag. 181. Plut. Cæſ. cap. 53. & in apopth. cap. 43. Appian. civil. 2. pag. 453. Lucan. 3. 153. univerſum ab eo ærarium expilatum ſcribunt. Plin. 33. 3. e[...] primo introitu in Urbem XXVI.[...] terum aureorum, & in numer[...] pondo ccc. M. ex ærario protuli[...] ſcribit. illud ſi lateres aurei libra[...] fuerunt, quinquagies quater cen[...] na millia numeramus. Oroſius [...] men 6. 15. ſummam iſtam mu[...] anguſtius contrahit. *Idem.*

a *Siciliam*] Siciliam Cato [...]tinebat, eo Curionem cum trib[...] legionibus Cæſar mittit, Cato e[...] adventu cognito, ex provincia [...]git, quæſtus in concione ſe pro[...]ctum ac proditum à Cn. Pompe[...] qui omnibus rebus imparati[...]mus, non neceſſarium bellum ſ[...]cepiſſet, & ad ſe reliquiſque in S[...]natu interrogatus, omnia ſibi [...] bellum apta ac parata confirm[...]ſet. *Idem.*

b *Sardiniam*] Valerium leg[...]tum Cæſar cum una legione in S[...]diniam miſit. Caralitani ſimul[...]que de adventu Valerii accepiſſe[...] M. Cottam proprætorem ex opp[...]do ejiciunt: ille perterritus qu[...] omnem provinciam conſentire i[...]telligeret, ex Sardinia in Africa[...] profugit. *Idem.*

c *Port*

ra, dum cupit pacem, belli metu in bellum inci- t; ſed quia tutis muris erat, vinci eam ſibi juſſit ſenti. Græcula civitas, [d] non pro mollitie no- inis, & vallum rumpere, & incendere machinas ſa, & congredi navibus: ſed Brutus, cui man- tum erat bellum, victos terra marique perdo- uit. Mox dedentibus ſeſe ablata omnia, præter, am potiorem omnibus habebant, libertatem. nceps, variumque, [e] & cruentum in Hiſpania bel- m cum legatis Cnæi Pompeji Petrejo & Afranio: os Ilerdæ caſtra habentes, apud Sicorim amnem ſidere, & ab oppido intercludere aggreditur. terim abundatione verni fluminis, commeatibus rohibetur. ſic fame caſtra tentata ſunt: obſeſ- rque ipſe quaſi obſidebatur. ſed ubi pax fluminis diit; populationibus & pugnæ campos aperuit: erum ferox inſtat; & cedentes ad Celtiberiam nſequutus, aggere & vallo, ac per hæc ſiti, ad de- tionem compulit. Sic citerior Hiſpania recepta eſt;

c *Portas claudere auſa*] Ea pro- er *fide melior*, *quam conſilio pru- ntior* vocatur Vellejo 2. 50. Hi- riam autem præter eos qui to- m hoc bellum deſcripſere, pete Strabone lib. 4. pag. 225. Sido- o carm. 23. 16. Cic. Philipp. 8. 16. *einshemius.*

d *Non pro mollitie nominis*] Nam ræci lingua quam viribus prom- iores habebantur, vide Livium 8. .9. Ovidius Faſt. 3. 102. *Græcia fa- ndum, ſed male forte genus.* Idem.

e *Et cruentum*] V. e. *& incruen- m*, cui adſentiunt Pal. ſec. ac tert. d non pr. *Gruterus.* Forte rectum eſt, *ſed incruentum*; ut dicat anceps quidem fuiſſe bellum & varium, modo obſeſſore Cæſare, modo ipſo quaſi obſeſſo, (ut pergit dicere) ſed non ſtetiſſe multo ſanguine, cum nulla inſignis ibi clades illata vel accepta ſit, verum deditione bellum finitum fuerit. *Freinsh.*

f *Prohibetur*] Sic legendum jam pridem ex ingenio videram, & jam invenio ſcriptum in veteri editione qua utor. ideo religioni fuit, aucto- ri ſuum non reſtituere. Modus lo- quendi, quanquam firmatione non eget, ejus tamen exempla adſcriba- mus, ne quid videamur mutare ſine

eſt; nec ulterior moram fecit. g quid enim una p[illegible] quinque legiones? Itaque ultro cedente Varron[illegible] Gades, fretum, Oceanus, omnia felicitatem C[illegible]ſaris ſequebantur. Aliquid tamen adverſus abſ[illegible]tem ducem auſa fortuna eſt circa Illyricum & A[illegible]cam; quaſi de induſtria proſpera ejus adverſis rac[illegible]rentur. Quippe quum fauces Adriatici maris j[illegible] occupare h Dolabella & Antonius, ille Illyrico, i[illegible] i Curictico litore caſtra poſuiſſent, jam maria l[illegible] tenente Pompejo, repente legatus ejus Octaviu[illegible] Libo ingentibus copiis claſſicorum circumveni[illegible]trumque. Deditionem fames extorſit Anto[illegible] Miſſæ quoque à Baſilo in auxilium ejus rates, q[illegible]

gravi cauſſa. Polyb. 1. 18. *Hanno caſtris hoſtium commeatum, ac quidquid ad neceſſarios uſus requiritur, adimit: unde evenit, ut Romani pariter & obſiderent, & reapſe obſiderentur.* Dio lib. 49. pag. 466. *Antonius quum videretur alios in obſidione habere; ea patiebatur quæ obſeſſis uſu venire ſolent.* & lib. 56. pag. 664. *ita ut Tiberius, quum eos in obſidione habere videretur, ipſe obſeſſi mala tulerit.* Capitolinus in Maximinis cap. 23. *deficiebant commeatus &c. effectum denique eſt, ut obſeſſi anguſtias, obſidens ipſe, pateretur.* Idem.

g *Quid enim una poſt quinque legiones*] Nam dementiæ potius quam virtutis ſit, ei reſiſtere velle, cui fortiores ceſſerint. vide ſupra 1.19. hinc intelligas illud ſupra 2.6. *Tota inſula in una urbe ſuperata eſt.* & elegans iſtud Livii 1.25.2. *victuſque fratrum ante ſe ſtrage.* Idem. Cæſar VII. legiones tribus Pompeji legatis ita adſcribit: Afranio [illegible] Petrejo duas, Marco quidem [illegible] roni ulteriorem Hiſpaniam [illegible] duabus legionibus ceſſiſſe t[illegible]dam, quem Cæſar, cum Afran[illegible] & Petrejum exercitu exſuiſſet [illegible] proſecutus eſt, cumque una eju[illegible]gio ad Cæſarem tranſiſſet, ipſ[illegible] ulteriore itinere interclusus [illegible] cum legione altera Cæſari ded[illegible] *Stadius.*

h *Dolabella*] P. Dolabella [illegible]ſaris legatus à Marco Octavi[illegible] L. Scribonio Libone Dalmatia[illegible]ſus. C. Antonius ſe Octavio [illegible] quindecim cohortibus dedidit. [illegible]liquam hujus rei hiſtoriam noſ[illegible] Lucano Poëta libr. 4. mutuatus [illegible] *Idem.*

i *Curictico litore*] Exp[illegible] quod erat in Nazar. utique cur[illegible] quoque eſſet à ſecunda manu in[illegible]tio. qui prius expreſſerat *Curi*[illegible] quod & in mss. Vineti, ſed du[illegible] *rr.* Pal. ſec. retinet *Curritico*: [illegible]

tic[illegible]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

les inopia navium fecerat, nova [k] Pompejanorum arte Cilicum, actis ſub mare funibus, captæ quaſi per indaginem. Duas tamen æſtus explicuit. Una, quæ Opiterginos ferebat, in vadis hæſit, memorandumque poſteris exitum dedit. Quippe vix mille juvenum manus, circumfuſi undique exercitus per totum diem tela ſuſtinuit. & quum exitum virtus non haberet, tamen ne in deditionem veniret, hortante tribuno Vultejo, mutuis ictibus [l] in ſe concucurrit. In Africa quoque par & virtus & calamitas Curionis fuit: qui ad recipiendam provinciam miſſus, pulſo [m] fugatoque Varo, jam ſuperbus, ſubitum Jubæ regis adventum, equitatumque Maurorum

ones anteriores oggeſſerant nobis *Corcyræo*; quibus tamen nec ſuffragantur antiquitus cuſi. *Gruterus.* Eſt autem *Curicticum litus* à *Curicta* quæ in faucibus Adriæ maris ta eſt. Ptolemæo, *κουρικτα*: *Salmaſius.*

k *Pompejanorum arte Cilicum, actis ſub mare funibus*] Niſi me terreret Lucani 4. 449. auctoritas, unde multa depromere Florum prædiximus; reſcriberem utique; *Pompejanorum arte circumactis ſub mari funibus.* ſed enim Lucanus:

At Pompejanus fraudes innectere Ponto,
Antiqua parat arte Cilix.

Sed adhuc ſuboffendor; malimque, *actis funibus.* nam *agere funes* hoc quidem ſignificatu, illectum mihi. Ceterum ad hoc forte exemplum poſtea Brutus, quum Xanthum obſediſſet, & aliqui fluvium urbem prælabentem, ſub aqua tranantes evaderent: *retibus excepit transverſo alveo in altum demiſſis, quorum in ſummo tintinnabula appenſa illico irretitum nuntiabant.* Plutarchus Bruto, c. 45. *Freinshemius.*

l *In ſe concucur.*] Ita legendum ex vetuſtiſſimo Nazariano. Cato contra Piſonem: *video hac tempeſtate concucurriſſe omnes adverſarios.* ſic *excucurrit* Cæſari; *præcucurri* Comico, & alia; vide Priſcianum lib. 10. *Salmaſius.*

m *Fugatoque Varo*] P. Arius Varus, quem Cæſar Auximo profugum, Sulmone captum dimiſit incolumem, in Africam fugerat, atque ibi occupato Pompeji exercitu imperatorem agebat. Sed à Curione Cæſaris legato profligatus eſt. Curionis confidentia uſque adeo eo ſucceſſu confirmata eſt, ut Jubæ Mauritaniæ regis cum magnis copiis adventum, temere credens mediocres tantum venire cum Saburra regis præfecto, auſus fuerit excipere: quare ipſe à rege circumventus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

rorum ſuſtinere non potuit. n Patebat victo fuga
ſed pudor ſuaſit, ut amiſſum ſua temeritate exerc
tum, morte ſequeretur. Sed o jam debitum p
fortuna flagitante, ſedem bello Pompejus Epiro
elegerat. nec Cæſar moratur. quippe ordinatis à te
go omnibus, quamvis p hiems media prohibe
tempeſtate, ad bellum navigavit. poſitisque ad O
ricum caſtris, quum pars exercitus, ob inopiam n
vium cum Antonio relicta, Brundiſii moram fac
ret; adeo impatiens erat, ut ad arceſſendos eos,
dente ventis mari, nocte concubia, ſpeculatorio n
vigio, ſolus ire tentaverit. q Extat ad trepidum ta

& occiſus eſt, exercituſque Cæſaris fugatus. Intercedebant autem Jubæ cum Curione privatæ ſimultates, quod legem Trib. pl. promulgaverat, qua regnum Jubæ publicaverat. Juba hoſtis à Cæſare judicatur, à Pompejo rex & amicus ſalutatur. *Stadius.*

n *Patebat victo fuga &c.*] Cæſar de bell. civ. 2. 42. *Curio nunquam amiſſo exercitu, quem à Cæſare fidei ſuæ commiſſum acceperit, ſe in ejus conſpectum reverſurum, confirmat; atque ita prœlians interficitur:* Euſebius numero MDCCCCXLIV. *Curio in Africa pudore amiſſi exercitus maluit mori, quam evadere.* Freinshemius.

o *Iam debitum par fortuna flagitante, ſedem*] Sic omnes quoque noſtri mss. niſi quod Pal. pr. à correctrice manu; *debitam pari fortuna flagitante ſedem.* Scias non percepiſſe elegantiam vulgati, cujus metaphora petita ab athletis aut gladiatoribus. itaque neque eis accedendum qui aliter heic legu
nulla addita tamen ratione. *Gr*
rus. Sic apud Papinium Theb
11.125. *Nunc par infandum*——
neca de provid. 2. 12. *ecce par*
dignum, vir fortis cum mala for
na compoſitus. Freinshemius.

p *Hiems media*] Pridie No
Januarias à Brunduſio Cæſar ſo
cum ſeptem legionibus, & po
die in Epirum appulit. Oricum m
ritimam Chaoniæ urbem, ejec
Pompejanis, & Appoloniam T
lantiorum, totamque Epiron r
pit, & dum claſſiarios Pompeji
lites undique à littoribus arce
ad ſummam eos omnium re
difficultatem coëgit; uſque ade
Bibulus officio maritimo pr
ctus, frigore & labore confec
morbo conſumeretur. Cæſar
terea per internuntios compoſi
nem Pompejo offerre non in
mittebat, ſed ab illo adulator
ſuorum vocibus corrupto, n
pacati referebatur. *Stadius.*

q *Ex*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

o diſcrimine gubernatorem vox ipſius: *Quid times? Cæſarem vehis.* [r] Contractis in unum undique copiis, poſitisque cominus caſtris, diverſa erant du-um conſilia. Cæſar pro natura ferox, & conficien-læ rei cupidus, oſtentare aciem, provocare, laceſ-ere; nunc obſidione caſtrorum, quæ ſedecim mil-ium [ſ] vallo obduxerat: (ſed quid his obeſſet obſi-lio, qui patente mari omnibus copiis abundarent?) iunc oppugnatione Dyrrhachii irrita; (quippe quam el ſitus inexpugnabilem faceret) ad hoc aſſiduis in eruptionem hoſtium prœliis; (quo tempore e-regia virtus [u] Scævæ centurionis emicuit, cujus ı ſcuto centum atque viginti tela ſedere.) jam ve-o direptione urbium ſociarum, quum Oricum, & Gom-

q *Extat ad trepidum &c.*] Na-arianus liber; *Extat trepidum*, & ıpra ἀπὸ παλαιᾶς χειρὸς, *excitat* '*epidum*. male. Pal. autem vetus nplius legit; *ad gubernatorem A-iclatem*. ita etiam Lucano 5. 531. ocatur, & aliis, ſed *Amiclas Ami-lantis*. igitur *Amiclantem* non *A-iclatem* legendum eſſet. *Sal-naſius*.

r *Contractis in unum, &c.*] An-onius cum tribus veteranis & una ronum legione, & ſeptingentis quitibus ſupra Liſſum Dalmatiæ ɾbem, fruſtra hoſtium claſſe inſe-uente appulerat: eo Pompejus ut ntonium ex inſidiis imparatum pprimeret, cum exercitu magnis ineribus proficiſcebatur. Antonius er Græcos de Pompeji inſidiis ræmonitus, ſe uno die caſtris con-inet, & Cæſarem venientem exci-it. Pompejus, cum ſe perſequente Cæſare Dyrrachium recepiſſet, Cæ-ſarem prœlio ita vicit, ut ille, ob rei frumentariæ inopiam, caſtra inde in Theſſaliam transferre coactus fuerit. Qua de cauſa Pompejus à ſuis imperator ſalutatus eſt. Victus Cæſar Pompejo non inſtante & ur-gente recentem victoriam, negavit eum vincere ſcire. Cæſar, Sueton. Plutarch. *Stadius*.

ſ *Vallo*] De hujus valli mirando opere vide Lipſium in Militia Rom. 5. 13.

t *In eruptionem hoſtium prœliis*] Sic & Pal. ſec. ac tert. ſed enim pri-mus *in eruptione*. Gruterus. Prius præmalim, *nam in eruptionem ho-ſtium pugnare*, idem eſt, ac ſi dicas, *in erumpentes hoſtes pugnare*. Freins-hemius.

u *Scævæ*] Scævæ Centurionis ſcuto ad Cæſarem relato inventa ſunt in eo foramina (ut Cæſar, niſi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

Gomphos, & alia caſtella Theſſaliæ vaſtaret. Pon.
pejus adverſus hæc nectere moras, tergiverſari,
ſimul ut hoſtem, interclusum undique inopia com-
meatuum, x tereret, utque ardentiſſimi ducis co-
ſeneſceret impetus. Nec diutius profuit duci ſ.
lutare conſilium. milites ocium, ſocii moram, pri-
cipes y ambitum ducis increpabant. Sic præcip-
tantibus fatis, prœlio ſumta eſt Theſſalia: & Ph-
lippicis campis, Urbis, imperii, id eſt, generis h-
mani fata commiſſa ſunt. Nunquam ullo loco ta-
tum virium populi Romani, tantum dignitatis fo-
tuna vidit. Trecenta amplius millia hinc vel
lin,

mendoſus eſt liber, ſcribit) ccxxx. & in uno caſtello ſagittarum xxx. circiter millia à Pompejanis conjecta fuiſſe; quatuorque ex illa una ſextæ legionis cohorte (quæ quatuor Pompeji legiones per aliquot horas ſuſtinuerit) centuriones, ipſumque Scævam oculos amiſiſſe: ita Suetonius, Cæſar. *Stadius.*

x *Tereret*] Ita malui cum edit. Stadii, quam Vineti, aliorumque, *terreret*, licet ſic quoque Pall. tres. *Gruterus.* Atque ſic etiam legendum conjeceram, priusquam Stadianam, aut hanc Gruterianam editionem viderem. nam *terere* eſt ſenſim & progreſſu temporis imminuere. *terrere* ſubito metu avertere. facit huc ſimilimus locus ſupra 2. 6. *maceravit Annibalem, ut qui frangi virtute non poterat; mora comminueretur.* Ex diverſo, 3. 5. *Campaniam noſtram ſubito adventu terrere voluit.* & 3. 8. 3. † *navigantes ſubinde inopinato impetu terruere.* Quod etiam cauſſæ eſt, cur apud Tacit. 1. 1. malim legi: *temporis Auguſti dicendis non defuere dec- ingenia, donec gliſcente adulati- deterrerentur.* non *detererentu-* contra quam doctiſſimis viris - ſum eſt. Nam ingenia non dete- bantur, ſed manebant eadem qu- tumvis gliſcente adulatione: det- rebantur autem à ſcribendo, & cendis temporibus. *Freinshem-*

y *Ambitum ducis*] Qua cauſſa Domitius Ænobarbus *A- memnonem* eum appellavit, & *gem regum.* Plut. Pomp. cap. 1 *quod & ille propter bellum impe- taſſet regibus.* Appian. de bell. c lib. 2. pag. 470. Hæc obtrecta- clariſſimorum quorumque impe- torum proventus ſufflaminavit: Metelli apud Salluſt. Jug. 64. 13 Vellej. 2. 11. & Luculli apud Di princ. lib. 35. Interdum tamen ſuſpicio non vana eſt, ſicut Anni- amicis ſæpius dixiſſe fertur; idec bellum trahere, ne debellatis Ro- ipſe imperio privaretur. Ap

Appia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

hc, præter auxilia regum, & z Senatus. Nunuam imminentis ruinæ manifeſtiora prodigia: fuga victimarum; b examina in ſignis; c interu tenebræ; dux ipſe & nocturna imagine theatri i audiens plauſum in modum planctus circumſoare; & mane d cum pullo (nefas!) apud principia onſpectus. Nunquam acrior neque alacrior exertus Cæſaris fuit. inde claſſica prius, inde tela. Annotatum quoque committentis aciem Craſtini

ppian. pag. 336. in fine. Pertinet illuſtrandum hunc locum Bruti ctum apud Appian. de bel. civ. . 4. pag. 661. *Videor ut Pompejus agnus bellum geſturus, non tam perator, quam imperata faciens.* rum autem moveri debuerit his jectionibus Pompejus, diſputat tarchus in vita cap. 137. *Idem.*

z *Senatus*] Nemo non videre oteſt, *Senatus* hac in oratione llas eſſe partes, quod indicandum debatur, ut quatenus nos minus oficeremus, ſaltem alius medere r: conjeceram tamen, *regum & tionum*, nempe liberarum quæ gibus non ſuberant. Conjungit dem Salluſt. de Repub. 1. 31. Roanos *defeſſos & exſangues, regi et nationi prædæ futuros.* Idem.

a *Fuga victimarum*] Nam & ec inter prodigia habita. vide ac. 15. 7. Papinium Theb. 11. 228. lium 5. 52. & alibi.

Cum ſubito Abruptis fugiens altaria taurus
Exiliit vinclis. ——

idebantur enim irati dii, & hoiam aſpernantes. Sicut è contra gumentum erat inſigniter propitiorum, ſi ſemet obtuliſſet victima, quod factum in obſidione Cyzicena. Plut. Lucullo cap. 20. *Idem.*

b *Examina in ſignis*] Hoc ſæpius prodigii loco annotatum eſt; ut ſupra 2. 6. 14. *Sedere tamen in caſtris Druſi imperatoris* (& quidem copioſiſſimo examine, vide Obſequentem cap. 131.) *cum proſperrime pugnatum apud Arbalonē eſt, haudquaquam perpetua aruſpicum conjectura, qui dirum id oſtentum exiſtimant ſemper.* Plinius 11. 17. *Idem.*

c *Interdiu tenebræ*] Hoc etiam ſæpius annotatum inter prodigia, ut apud Livium 37. 4. *cælo ſereno interdiu obſcurata lux eſt*, & 38. 36. & Obſequentem ſæpius: ſicut contra, *nocte interluxiſſe*, apud eund. Liv. 29. 14. & 23. 29. *Idem.*

d *Cum pullo (nefas!) &c*] Omen præcipue infauſtum, & ferale, præſertim apud Rom. qui pullis non utebantur, niſi in luctu vel reatu. Idem obtigit M. Craſſo bello Parthico, referente Appiano pag. 142. Quapropter cum Antonius allocuturus milites, quo miſerabilior eſſet, pullam veſtem peteret; amici id

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

ſtini pilum: qui mox adacto in os gladio, ſic in[...] cadavera repertus, libidinem ac rabiem, qua p[...] gnaverat, ipſa novitate vulneris præferebat. Sed nec minus admirabilior illius exitus belli. Quipe quum Pompejus adeo equitum copia abundare[...] ut facile circumventurus ſibi Cæſarem videretu[...] circumventus ipſe eſt. Nam quum diu æquo Ma[...] te contenderent, juſſuque [f] Pompeji fuſus à co[...]

erupit[...]

id non conceſſerunt. eodem Appiani libro pag. 164. *Idem.*

e *Annotatum quoque committentis aciem Craſtini pilum*] Is cum omnia ſtipendia impleviſſet, ſponte iterum militans, animo ſuo & virtute magnum ad victoriam momentum attulit. Scribit de eo Lucanus:

—— videre parentes
Frontibus adverſis fraternaque cominus arma;
Nec libuit mutare locum, tamen omnia torpor
Pectora conſtrinxit, gelidusque in viſcera ſanguis
Perculſa pietate coit: totæque cohortes
Pila parata diu tenſis tenuere lacertis.
Dî tibi non mortem, quæ cunctis pœna paratur,
Sed ſenſum poſt fata tuæ dent Craſtine morti.
Cujus torta manu commiſit lancea bellum,
Primaque Theſſaliam Romano ſanguine tinxit. Zevec.

Non autem video quid in hoc ſit dignum hoc verborum apparatu, & hoc loco, ubi prodigia vel omina recenſentur. Convenientius enim omnino fuerit legi, *dictum*, q[...] *pilum*, hoc enim pro omine a[...] tarunt Plutarch. Pompejo cap.[...] Appian. pag. 479. & ipſe Cæſa[...] bel. civ. 3. 91. cujus verba, que[...] ea Craſtini fuiſſe videntur, ad[...] bam. *Faciam hodie, imperato[...] aut vivo mihi, aut mortuo gr[...] agas.* Nam hoc vel præcipue p[...] net ad alacritatem, quam m[...] Cæſaris militibus tribuerat au[...] *Freinshemius.* Craſtinus evoc[...] erat in exercitu Cæſaris, qui ſ[...] riore anno apud eum primum[...] cea in Pompejanos contorta [...] commiſit, fortiſſimeque om[...] poſt Cæſarem ſe hoc prœlio g[...] ſe dicitur, eumque præcipua[...] victoriam ejus diei operam na[...] Cæſar credebat. Evocati voca[...] tur milites, qui ſemel emeriti, [...] tia imperatoris ſui ſponte it[...] militabant. *Stadius.*

f *Pompeji fuſus à cornu eru[...] equitatus*] Pompejus ſuis v[...] riam ſine vulnere, & incruen[...] tali ſtratagemate promittebat, [...] cum multo equitatu valeret, eq[...] Cæſaris dextrum cornu late[...] perto aggreſſuri eſſent, & à t[...] circumventam aciem perturba[...] que propulſuri. Hoc Cæſar[...]

upiſſet equitatus; repente hinc ſigno dato, g Germanorum cohortes tantum in effuſos equites fecere im-

ens, ex tertia acie ſua ſingulas ohórtes detraxit, atque ex his uartam aciem III. M. peditum audaciſſimorum inſtituit, quem equitatui Pompeji oppoſuit, monuitque ne ipſius injuſſu pugnarent: in ipſorum namque virtute ejus diei victoriam conſtare. Cum itaque Pompejani equites à ſiniſtro cornu erumperent, quartæ aciei Cæſar ſignum dedit, qui tanta celeritate & impetu ſe in Pompeji equites contulerunt, dumque facies ipſorum infeſtis haſtis petunt, (quod ex Cæſaris juſſu ideo faciebant, ut formoſos juvenes deformitatis periculo averterent) ut nemo eorum conſiſteret, omneſque converſi & fuga incitati altiſſimos montes peterent. *Idem.*

g *Germanorum cohortes*] Magnus ille Lipſius Milit. Rom. 4. 8. miratur Florum *Germanorum cohortes* dicere quas Cæſar de bel. civil. 3. 89. oſtendat ex ipſis legionibus detractas. Quod mihi quidem ſecus videtur, nam Cæſar ibi *ex tertia acie ſenas* (ita recte Lipſius, *alii ſingulas*) *cohortes detraxit.* tertiam autem aciem videtur dicere, cujus tertio loco mentionem fecerat, nempe cohortium, apud quas Domitius curabat. in quibus Germanos meruiſſe, nemo dubitat. Si vero cum eodem Lipſio & Plutarcho Cæſ. cap. 64. item Pomp. cap. 115. legere velis; *extremæ acie*, idem ſenſus provenerit: aciem enim abſolute vocat cohortes illas, ut paullo ante etiam fecerat; nam legiones in cornibus conſtituerat, extrema igitur acie, hoc eſt ab averſa cohortium parte, detraxit quartam iſtam aciem. ab averſa inquam parte, ne videlicet à Pompejanis animadverti poſſet, eique nodo cuneus aliquis quæri. Hæc igitur tota Cæſaris acies fuerit; Dextrum cornu ipſe cum ſua decima legione tenuit; ut aperte Plutarchus: nam quod in Cæſaris commentariis dextro cornu P. Sulla præficitur, vereor ut ipſius voluntate factum ſit, cum utiq; mox ſubjiciat *ſe contra Pompejum conſtitiſſe*; at Pompejus in cornu ſuo ſiniſtro, ipſo Cæſare teſte: reſtat igitur, ut in dextro Cæſar fuerit. Siniſtrum cornu tenuit Antonius. Media acies ex cohortibus conſtitit, XXXX. numero, ut quidem ſenſus poſcit, quamvis LXXX. ſcribatur: additur enim effeciſſe XXII. *millia.* ut cohortes fuerint quingenariæ circiter, quod apparet etiam ex Pompeji copiis ſupra apud eundem Cæſarem, quarum CX. dicuntur effeciſſe XLV. *millia.* aut ſicut in aliis exemplaribus eſt, LV. *millia.* Ex hac igitur tertia ſua acie, hoc eſt, media, Cæſar detraxit ſex cohortes, numero tria millia militum, qui certe cur Germani non eſſe potuerint, non video. Nam cohortes in tota iſta, etiam Pompejanæ aciei, deſcriptione, pro auxiliariis non legionariis accipio. quod latius hoc loco deduci, inſtituti ratio non patitur. Ceterum Dio etiam lib. 41. pag. 204. ait fuiſſe *pedites, qui inter e-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

re impetum, ut illi eſſe pedites, hi venire in equ[illegible] viderentur. Hanc ſtragem fugientis equitatus, l[illegible] vis armaturæ ruina comitata eſt. Tunc terrore l[illegible] tius dato, turbantibus invicem copiis, reliqua ſtr[illegible] ges quaſi una manu facta eſt. nec ulla res mag[illegible] exitio fuit, quam ipſa exercitus magnitudo. Mu[illegible] tus in eo prœlio Cæſar fuit, mediusque inter In[illegible] peratorem & militem. Voces quoque obequita[illegible] tis exceptæ, altera cruenta; ſed docta, & ad v[illegible] ctoriam efficax; h *Miles faciem feri*: altera ad jact[illegible] tionem compoſita; *Parce civibus*: quum ipſe ſequ[illegible] retur. Felicem utcunque in malis Pompejum, [illegible] eadem ipſum, quæ exercitum ejus fortuna traxi[illegible] ſet! Superſtes dignitatis ſuæ vixit, ut cum majo[illegible] dedecore per Theſſalica Tempe equo fugeret, [illegible]

un[illegible]

quitatum prœliari conſueverant. quod certe alienum à Romanis militibus, Germanis tribuit Tacitus Germ. 6. 6. *mixti prœliantur*: (equites peditesque) *congruente ad equeſtrem pugnam velocitate pedum.* Freinshemius.

h *Miles faciem feri*] Auctores veteres hujus præcepti rationem fingunt eam; in exercitu Pompejano fuiſſe juvenes formoſos, quibus præcipue vultus cura, & deformationis metus. Sed eos quidem eleganter refellit Rutgerſius var. lect. 1. 4. quem vide. Nec tamen ejus ſententiæ accedimus, qua putat eo factum id eſſe, ut noti vultus turbarentur, neve quis ſuis, ſi agnoviſſet, parceret, eoque pugnandi ardor ſeneſceret; nam illud nihilo ſecius accidere poterat, cum & priuſquam ſe mutuo cæderent, in conſpectu eſſent; & ſi maxime deformata f[illegible] cies eſſet, ex ipſis armorum inſign[illegible] bus, notoque vocis ſono noſci i[illegible] vicem potuiſſent: ſicut autem *p[illegible] tuerunt*, Dione quidem referent[illegible] multos interfectoribus ſuis mand[illegible] ta ad ſuos referenda dediſſe. Reſt[illegible] igitur, ut credamus, hanc pugnan[illegible] di formam, in quibuſlibet prœli[illegible] efficacem eſſe, cum hoc modo [illegible] dum vitantur vulnera, facies aver[illegible] tatur, eoque motus creſcat, & ad[illegible] verſariis repercutiendi facultas adi[illegible] matur. quo pertinet oculorum eſſ[illegible] præcipuam homini curam; quo[illegible] ideo natura quoque diligentiſſim[illegible] muniverit. Ideo Tacitus G. 43. 11 *primi in omnibus prœliis oculi vincuntur.* Nec primus Cæſar hoc advertit, ſed etiam ante *Romani non cæſim feriendo, ſed punctim ſubinde rectis gladiis utendo, qui mucro-*

nibus

na navicula Lesbon applicaretur: [i] pulſus Hedris, eſerto Ciliciæ ſcopulo, fugam in Parthos, Afriam, vel Ægyptum agitaret: ut denique in Pelu-o littore, imperio viliſſimi regis, conſiliis [k] ſpaonum, &, ne quid malis deſit, Septimii deſertoris i gladio trucidatus, ſub oculis uxoris ſuæ liberoumque [l] moreretur. Quis non peractum eſſe cum ompejo crederet bellum? at quin acrius multo tque vehementius Theſſalici incendii cineres realuere. Et in Ægypto quidem adverſus Cæſarem [m] ſine

ibus valent, crebro repetitis icti-us pectora & facies hoſtium cædeent. Auctor Polybius 2. 34. *Idem.*

i *Pulſus Hedris, in deſerto Ciliciæ opulo*] Hic ſcopulus fuit omnium ruditorum, qui ad Annæum enendandum acceſſerunt. Quis eim non conatus eſt aliquid elicere x hac veteri ſcriptura, pro qua eſcio quæ monſtra vetuſtiores critici nobis obtruſerant? & tamen emo hactenus fecit quod voluit. ideant vero quid nos profecerinus. Libri, quos nobis videre liuit, habent, *Hedris*. Sic & Vineiani. Emendandum contendo: *pulſus Syedris deſerto Ciliciæ ſcopulo:* evi mutatione. Primum *ſ* mutuati ſumus ex fine præcedentis vocis. Deinde aſpirationem mutavimus in *y*, quæ in illam temere degeneraverat. *Syedris* igitur vera lectio. *Syedra* Ptolemæus inter παραλίας Ciliciæ recenſet. Stephanus noſter πόλιν ἰσαυρίας vocat. Iſauria autem & Trachea Cilicia ſæpius confunduntur. Lucanus, de eadem fuga Pompeji loquens, lib. VIII:

Ad profugum collecta ducem parviſque Synedris.

Multos vidimus ſcriptos codices, in quibus eam lectionem reperimus. Correctores, brutum genus, *Celendris* repoſuerunt, pro *Synedris*. Aptiſſime vero. Quorum ſtuporem quibus verbis poſſum ſatis caſtigare? *Celendris, Celendridos*, vel *Celenderis*, ut apud alios legitur, urbs Ciliciæ, ſed minime παραλίας. At illi, κέλενδρα, κελένδρων, dici putaverunt, cum ſit κελενδρίς. Quid multis argutamur? In Lucano legendum, *Syedris*. Ita una eademque manu inſignem maculam ſuſtulimus ex duobus optimis auctoribus. *Salmaſius.*

k *Spadonum*] Qui potentes eo in regno plerunque, tangit Seneca de benefic. 5. 16. fine capitis. Idque ex moribus Perſarum, de quibus Curt. 3. 3. *ſpadonumque grex, haud ſane illis gentibus vilis.* Freinsh.

l *Moreretur*] Pompejus maxima clade victus, cum duobus Lentulis conſularibus, Sextoque filio, & Cornelia uxore in naves è Mitylena recepta, Ægyptum petebat, memor beneficiorum quæ in patrem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

m ſine partibus bellum. Quippe quum Ptolema[…] rex Alexandriæ, n ſummum civilis belli ſcelus pe[…] egiſſet, fœdusque amicitiæ cum Cæſare, me[…] Pompeji capite ſanxiſſet; ultionem tanti viri M[…] nibus quærente fortuna, cauſſa non defuit. Cl[…] patra regis ſoror affuſa Cæſaris genibus, part[…] regni repoſcebat. o Aderat puellæ forma, & q[…] duplicaretur ex illo, quod talis paſſa videbatur p [in-] juriam: odium ipſius regis, qui Pompeji cæde[…] partium fato, non Cæſari dederat; haud dubi[…] dem in ipſum auſurus, ſi expediſſet. Quam u[…] Cæſar reſtitui juſſit in regnum, ſtatim ab eisd[…] percuſſoribus Pompeji obſeſſus in regia, quami[…] exigua manu, ingentis exercitus molem mira v[…] tute ſuſtinuit. Ac primum ædificiorum proxim[…] ru[…]

trem ejus Ptolemæi, qui tum puer tredecim annorum regnabat, Alexandriæ contulerat: Pompejus in Ægyptum delatus, juſſu regis Ptolemæi, auctoritate Theodoti præceptoris, & Photini, percuſſoribus Achilla præfecto regio, & L. Septimio milite quondam ſuo, à quibus navicula exceptus, antequam in terram exſcenderet, occiſus eſt pridie Kalend. Octobr. quo die annos XIII. de Mithradate & Tigrane triumphaverat: interfectus eſt annum agens duodeſexageſimum pridie natalis ſui, teſte Paterculo: Cornelia uxor & Sext. Pompejus in Cyprum refugerunt. Cæſar, poſt diem tertium inſecutus, cum ei Theodotus caput Pompeji & annulum ejus obtuliſſet (in quo leo gladium geſtans ſculptus erat) doluit & illachrymavit. Appianus, Dio, Plutarch. Paterculus, & […] *Stadius.*

m *Sine partibus*] Partes e[…] proprie dicuntur unius reip. in[…] ctiones ſciſſæ cives; exteri ho[…] nes: quemadmodum antiqui […] cabant peregrinos omnes, auct[…] Feſto. *Freinsh.*

n *Summum civilis belli ſcel[…]* Pompeji necem.

o *Aderat puellæ forma*] In c[…] quantum patrocinii ſit, expreſſit […] tronius his verbis; *Iam Gniton […] rabili forma exarmaverat naut[…] cœperat atque etiam ſine voce […] vientes rogare.* Freinsh.

p *Injuriam: odium*] Videtur […] cidiſſe particula *tum,* ſive *jam,* a[…] quæ ſimilis. dicit enim Cleopat[…] patrocinio fuiſſe formam, inj[…] riam, tum odium regis. Ad inj[…] riam quod attinet, eam miſerati[…] ne[…]

rm, atque navalium q incendio, infeſtorum hoſtium tela ſubmovit: mox in pæninſulam Pharon ſpitus evaſit: inde depulſus in maria, mira felicate ad proximam claſſem enatavit: relicto quiem in fluctibus paludamento, ſeu fato, ſeu conſo, ut illud ingruentibus hoſtium telis ſaxisque teretur. Tandem receptus à claſſicis ſuis, unque ſimul hoſtes adortus. de imbelli ac perfida nte, juſta generi Manibus dedit. quippe & Theodotus magiſter, auctorque totius belli, & ne tilia quidem portenta Pothinus atque Ganymeεs, diverſa per mare & terras fuga & morte conmpti. Regis ipſius corpus obrutum limo repertum

m, & inde favorem conciliare, tat etiam noſter infra 4. 4. *Auſtum ætate & injuria favorabi-n.* Sic apud Tacit. 3. 75. *Labeo-commendatio ex injuria.* Adde llejum 2. 34. *Idem.*

q *Incendio*] Cum claſſis Cæris ab hoſtibus diriperetur, facis (quibus inſignis illa etiam Ptomæi Philadelphi bibliotheca degravit) eos ſubmovere coactus t. Poſt commiſſa ad Pharum penſulam pugna, cum quandam viculam, ut ſuis opitularetur, nſcendiſſet, ab hoſtibus oppreſs, ſe è navicula conjecit, ac per centos paſſus natans, elata læva, libelli, quos tenebat, madefient, paludamentum mordicus traens, ne ſpolio potiretur hoſtis, vix d ſuos evaſit incolumis. ita Suetoius, Hirtius, Dio, Plutarch. &c. *tadius.*

r *Theodotus, &c.*] Theodotus hius præceptor regis, inopia meliorum etiam in conſilium vocatus, cum de Pompejo excipiendo ageretur, oſtendit non admittendum Pompejum, ne Cæſarem victorem irritarent, aut ne ſibi Pompejum ut dominum imponerent, ſed occidendum: eo enim officio Cæſaris gratiam poſſe demereri, aut ſuorum tranquillitati conſuli, quia mortui non morderent: atque ita ex viliſſimi mancipii ſententia de magni Pompeji capite decretum eſt. At Theodotus tum quidem occaſione temporum ſupplicium evaſit, ſed M. Bruti juſſu poſt quadriennium omni cruciatus genere enecatus eſt. Photinus, cum eadem in Cæſarem moliri quæ antea in Pompejum crederetur, Cæſaris juſſu interemtus eſt. Ganymedis Arſinoës reginæ præfecti inſidiis Achillas eſt enecatus, at Ganymedes in eodem, quo & rex ipſe Ptolemæus, prœlio cæſus eſt. Virilia portenta Eunuchos vocat, qui virilitatem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

tum eſt ſ in aureæ loricæ honore. In Aſia quoc
novus rerum motus à Ponto: plane quaſi de inq
ſtria captante fortuna hunc Mithridatico rego
exitum, ut à Pompejo pater, à Cæſare filius v
ceretur. t Rex Pharnaces magis diſcordiæ noſtr
fiducia, quam virtutis ſuæ, infeſto in Cappad
ciam agmine ruebat; ſed hunc Cæſar aggreſſu
uno, &, ut ſic dixerim, non toto prœlio, obtriv
more fulminis, quod uno eodemque momen
venit, percuſſit, abſceſſit. Nec vana de ſe pr
dicatio eſt Cæſaris; u *ante victum hoſtem eſſe, qu*
viſu

tatem ſola facie aut veſtitu mentiebantur, virilibus exſectis. *Idem.*

ſ *In aureæ loricæ honore*] Capitolinus in Maximio juniore cap. 3. *uſus eſt aurea lorica exemplo Ptolomæorum.* Vinet.

t *Rex Pharnaces*] Pompejus bello Mithradatico Pharnacen (quia patrem Mithradatem in gratiam Romanorum ad mortem coëgiſſe credebatur) Boſpori Cimmerii regem conſtituerat: is obſervata occaſione, qua Romani inter ſe civilibus armis digladiabantur, patrii recuperandi regni cupidus, Colchida & Armeniam, Cappadociæ & Ponti partem in poteſtatem redegit. Domitium Calvinum à Cæſare ad ejus conatus reprimendos miſſum profligavit: atque hac victoria ferocior factus, reliquas Ponti partes expugnata Amiſo occupavit: hinc cum in Boſporum ad ſedandos tumultus domeſticos rediret, accepto Cæſaris ex Egypto venientis in ſe impetu, ſibi ſubſiſtendum ratus, cum eo ad Zelam ponti
urbem congreſſus, uno prœlio
gatus, cum in Boſporum profu
ret, ab Aſandro Boſporani tum
tus auctore necatus eſt. Cæſar
thradatem Pergamenum, cujus
pera in Ægypto fideliſſima uſu
rat, regem Ponti conſtituit, quo
ctum eſt, ut merito Cæſar glo
tus ſit, ſe ita cum Pharnace pugn
ſe, ut eadem hora venerit, vide
vicerit. *Stadius.*

u *Ante victum hoſtem eſſe, qua*
viſum] Suetonius Cæſ. 37. ita
narrat: *Pontico triumpho inter po*
pæ fercula trium verborum prætu
titulum, VENI, VIDI, VICI.
acta belli ſignificantem, ſicut cæter
ſed celeriter confecti notam. Plut.
vita cap. 73. ad Amintium que
dam amicum tria iſta verba ſc
pſiſſe: Appianus de bell. civil. lib
pag. 485. Simplicius; in urbem e
ſcripſiſſe. Vide & Dionem lib. 4
pag. 234. Suetonio tamen mag
crediderim. Errat vir doctus
Vellejum, dum ſcribit; *Seneca pat*
imitatione Tuſci hæc tria protul
ſignificat, cum ibi (locus eſt Su
ſo

iſum. Sic cum exteris. x at in Africa cum civi-
ıs multo atrocius, quam in Pharſalia. Huc re-
quias partium naufragarum quidam furoris æſtus
xpulerat: nec reliquias diceres, ſed integrum
ellum. *Sparſæ magis, quam oppreſſæ vires erant.
uxerat ſacramentum ipſa clades Imperatoris: nec
egenerabat ducum ſucceſſio. quippe ſatis ample
nabant in Pompejani nominis locum Cato, &
cipio. Acceſſit copiis Mauritaniæ rex Juba, vi-
elicet ut latius vinceret Cæſar. Nihil ergo inter
Pharſa-

r. 1. 2. in fin.) Tuſcum irrideat
neca, quod accommodet Xerxi,
æ *multos poſt* (Xerxem nempe,
n Tuſcum) *annos Divus Iulius*
cto Pharnace dixerit. Nam Tu-
ıs ille diu poſt Cæſarem vixit.
aurus enim, quem majeſtatis
ım feciſſe ibi dicitur, extinctus
an. U. C. DCCLXXXVII. circiter
xx. annis à morte Cæſaris. Imi-
ur hoc Sidonius Carm. 5. 366. de
o principe:

—— Maximus iſſe eſt,
Non pugnaſſe, labor: terimus cur
tempora verbis?

Pervenit & vincit. & fortaſſis
ſe Florus ſupra 2. 7. *Introiſſe, vi-*
ria fuit, Pertinet huc (potius
ıam ad fulgorem oculorum, de
ıo alias exponitur) illud militum
om. apud Tacitum 3. 45. *vide-*
nt modo adverſos, & aſpiceren-
r: id ſatis ad victoriam. Simile
ıic exemplum eſt ſupra 2. 2.
einshemius.

y *At in Africa, &c.*] Cæſar
omam ex Oriente reverſus, haud
ulto poſt VI. Kal. Januarii contra
cipionem & Jubam Mauritaniæ
regem, in Africam navigavit: ibi
enim illi poſt pugnam Pharſalicam
partes Pompejanas denuo confir-
maverant, Scipionique imperium
detulerant. Scipio prœliis aliquot
& velitationibus ſecundis contra
Cæſarem factus ferocior, collatis
ad Thapſum cum Cæſare ſignis,
funditur, profligatur, ejuſdemque
caſtra, itidem Afranii & Jubæ regis
eodem impetu, à Cæſare capiuntur.
Stadius.

* *Sparſæ magis, quam oppreſſæ vi-*
res erant] Hæc itidem ex Lucano
8. 273.

—— Sparſit potius Pharſalia no-
ſtras,
Quam ſubvertit opes. ——

Ideoque duci ſollicite curandum,
ut victis ſemel hoſtibus acriter in-
ſtet, nec vires eorum denuo coale-
ſcere patiatur. Sic Cæſar harum ar-
tium prudentiſſimus, apud Appian.
de bell. civil. lib. 2. pag. 478. *diſ-*
currendo per exercitum ſupplex ora-
bat, ne gravarentur tantum laboris
inſuper impendere, dum caſtra Pom-
peji capiant: docens, ſi patiantur
denuo coire hoſtiles copias, unius
tantum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

Pharſaliam, & Thapſon, niſi quod y amplior, eo-
que acrior Cæſarianorum impetus fuit, indigna-
tium poſt Pompejum creviſſe bellum. Deniqu
quod alias nunquam ante imperium ducis, z ſu
ſponte ſigna cecinerunt. Strages à Juba cœpit
jus elephanti bellorum rudes, & nuper à ſilva, co-
ſternati ſubito clangore. ſtatim & exercitus in
gam, a & duces fortius quam ut fugerent, non
conſpicua tamen morte omnium. Jam Scipio na
fugiebat: ſed aſſequutis eum hoſtibus, gladium p
viſcera exegit: & *ubi eſſet*, quodam requirent
reſpo

tantum diei fore victoriam. Et hoc eſt *ſcire victoria uti*, quod ignoratum, aut neglectum Annibali, Carthaginem perdidit. *Freinsh.*

y *Amplior, eoq; acrior*] Hoc eſſet major, eoque major, pulcerrimo loquendi modo, & proxime ad auctoris genium. ſi tamen, ut hoc etiam addam, aliquis Latinorum *amplum impetum* dixit, aut dicere potuit. Dubium mihi non eſt, quin poſt illud *amplior* aliquid exciderit, cujus ſenſum certe reponere promptum ſit: eſt autem hic, *amplior hic hoſtium exercitus; eoque acrior* &c: nam hoc clamant ſequentia: *poſt Pompejum creviſſe bellum.* Aliter iſta comparatio inter Pharſaliam & Thapſon non conſtat. *Idem.*

z *Sua ſponte ſigna cecinerunt*] *Dubitante Cæſare, atque militum ſtudio cupiditatique reſiſtente, ſibique, eruptione pugnari, non placere clamitante, & etiam atque etiam aciem ſuſtentante, ſubito dextro cornu, in juſſu Cæſaris, tubicen à militibus coactus canere cœpit.* Ita Hirtius de bel. Afric. cap. 82.

a *Et duces fortius quam ut*
gerent] Ita quidem Naz. & Pal.
nec non ed. noſtra vetus, & p
explicari, fugiſſe quidem, ſed
ut cuperent effugere, verum
ſuo arbitratu morerentur: re
men ipſa, præcedentiumque &
quentium verborum ſenſus
vet, ut amplectar Salmaſii co
ctionem, qui pro vulgata lectio
& duces fortius quam ut fuger
reponit; *nec duces fortius quam*
fugerent. nam hoc dicit Florus
exercitum fugiſſe, & vero d
ipſos; hos autem fugæ fœdita
emendaſſe decoro exitu: quor
enim alias illa particula *tamen*;
inconſpicua tamen morte omni
illa particula *nec* in & corrupt
gitur etiam in Arnobii ſcriptis
3. pag. 133. *Et audetis adſcri*
cauſſam nobis offenſionis deor
cum, ſi judicatio fiat, certiſſim
vobis reperiatur hæc eſſe, & in
tumelia, quam opinamini ſtare.
ſus enim inibi vult; *nec in contu*
lia &c. Freinſhemius.

b

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

eſpondit hoc ipſum; b *Bene ſe habet imperator.* iba quum ſeſe recepiſſet in regnum, magnifice pulatus, poſtero die cum Petrejo fugæ comite, iper menſas & pocula interficiendum ſe ei præ-uit. c ille & regi ſuffecit, & ſibi: quum interim emeſi in medio cibi, & parentalia fercula regio imul Romanoque ſanguine madebant. Cato non nterfuit bello: poſitisque apud Bagradam caſtris, Jticam, velut altera Africæ clauſtra, ſervabat. ed accepta partium clade, nihil cunctatus, ut ſa-iente dignum erat, mortem etiam lætus accivit. Nam

b *Bene ſe habet imperator*] Q. letellus Scipio Pompeji ſocer erat, d quem ut proconſularem (erat e-im à genero Pompejo, qui ſolus onſul erat, in quinque reliquos nenſes ſubrogatus anno DCCI.) I. Cato, qui prætorius tantum fue-at, omne imperium detulerat, non emel ejus vel pervicaciam vel ar-ogantiam culpatus, quod Cæſa-em prœlio potius aggrediendum, & rem dubio Marte periclitandam, quam impetum Cæſaris mora & fa-me frangendum, ut Cato ſuadebat, putaret. Victus autem cum in na-vem ſe conjeciſſet, in Hiſpaniam ad Cn. Pompejum fugam cogitabat: ſed tempeſtate ad Hipponem Re-gium delatus, à P. Sitti claſſe cir-cumventus, honeſtæ morti vocem quoque adjecit: quærentibus enim hoſtibus Imperatorem, dixit, *Impe-rator bene ſe habet*, atque ſe percuſ-ſum in fluctus intulit. De hujus Scipionis prænomine ambiguum eſſet quid ſequereris, quia Appia-nus vocat Lucium, & Dio L. Aſia-tici filium, niſi Ciceronis auctori-tatem habeas potiorem, qui ad At-ticum ſatis teſtatur, hunc P. Corne-lii Scipionis Naſicæ Serapionis fi-lium fuiſſe, qui anno DCXII. conſul fuerat, ex quo genitus hic Scipio in familiam Metellorum adoptatus, Q. Cæcilius Metellus Scipio ap-pellatus eſt. *Stadius.*

c *Ille & regi ſuffecit, & ſibi*] Con-ſentit Livii Epit. 114. *Petrejus Iu-bam, ſeque interemit.* Aliter Dio lib. 43. pag. 245. Appianus de bel. civ. lib. 2. pag. 490. quorum con-ſenſum cum Seneca de provid. 5. 15. qui *alterum alterius manu cæ-ſum ait*, notavit ibi Lipſius. Hirtius de bel. Afric. cap. 92. *firmior imbe-cilliorem Iuba Petrejum* (ſive po-tius ut Rubenius elect. 1. 10. corri-git; *Iubam Petrejus*) *facile ferro conſumpſit. deinde ipſe ſibi cum co-naretur gladio transjicere pectus, nec poſſet; precibus à ſervo ſuo im-petravit, ut ſe interficeret, idque ob-tinuit.* Oroſius 6. 16. & modo ci-tatum Chronicon Adonis, *Iuba percuſſori jugulum pretio dato præ-buit: Petrejus eodem gladio ſe perfo-dit.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

Nam poſtquam filium comiteſque ab amplexu
miſit, in nocte lecto ad lucernam Platonis lib
qui immortalitatem animæ docet, paullulum qu
vit. tum circa primam vigiliam ſtricto gladio
velatum manu pectus ſemel iterumque percuſſ
Auſi poſt hoc virum medici [d] violare fomen
ille paſſus dum abſcederent, reſcidit plagas: [e]
quutaque vis ſanguinis moribundas manus in ip
vulnere reliquit. [f] Quaſi non eſſet uſquam dimi
tum, ſic arma rurſus & partes. qnantoque Afr
ſupra Theſſaliam, tanto Africam ſuperabat Hiſ

In

dit. quem idem Rubenius egregie emendat; *jugulum Petrejo præbuit.* Freinshemius.

d *Violare fomentis*] *Tam mali exempli eſſe occidere dominum, quam prohibere* (h. e. utrumque mali exempli eſſe) ait Stoicus quidam apud Senec. epiſt. 77. Alia in hanc ſententiam apud Senec. patrem epit. controverſ. 3. 9. cujus principio ſcribendum: *ecce herus* (non *heres*) *jubet, quod tu vetas.* Lex Cornelia vetat miſceri venenum, id juſſit herus: legis autem major poteſtas quam hominis. *Idem.*

e *Sequutaque vis*] Seneca de provident. 2. 16. *gladium ſacro pectori infigit, viſcera ſpargit, & illam ſanctiſſimam animam, indignamque quæ ferro contaminaretur, manu educit.*

f *Quaſi non eſſet uſquam dimicatum*] Cn. Pompejus à militibus Cæſaris, qui ne pænas ob ſeditionem darent, metu à Cæſare defecerant, arceſſitus in Hiſpaniam ulteriorem venerat, (cui & Sextus ejus frater, Labienus, & Varus poſt
cladem Africanam ſe conju
rant) magnum reparaverat exe
tum, uſque adeo ut Q. Pedi
aut Q. Fabius Maximus, quo
gatos antea Cæſar, exercitui p
fecerat, jam Pompeji impetum
ſtinere non poſſent: quare C
magnis itineribus, cum exe
ſpatio XXVII. dierum in Hiſpan
venit, obſidente Ullam Cn. P
pejo. Cæſar adducto ad Co
bam, quæ à Sexto Pompejo t
batur, exercitu, Cn. ab Ulla qu
prope ceperat, avocavit: ipſe
teguam circumvallatam obſe
eo Pompejus accurrens, equita
Cæſaris circumventum prope c
cîdit, Attegua poſt à Cæſare c
eſt ante diem XI. Kal. Martias:
Imperator appellatus eſt: de
Corduba, poſt Hiſpalis, poſtre
Munda pridie Idus Aprilis in p
ſtatem Cæſaris pervenerunt. I
timo prœlio ad Mundam deſp
tis rebus etiam de nece cogit
dicitur: Labienus & Varus in
prœlio ceciderunt: quod Lib
libus factum ſcribit Plut. hoc

a

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

nĩa. g Plurimum quantum favoris partibus dabat fraternitas ducum, & pro uno duos ſtare Pompejos. Itaque nuſquam atrocius, nec tam ancipiti Marte concurſum eſt. Primum in ipſo oſtio Oceani Varus Didiusque legati conflixere: ſed acrius fuit cum ipſo mari, quam inter ſe navibus bellum. ſiquidem velut furorem civium caſtigaret Oceanus, utramque claſſem naufragio cecîdit. Quinam ille horror, quum eodem tempore fluctus, procellæ, viri, naves, armamenta confligerent? adde ſitus ipſius formidinem; vergentia in unum, hinc Hiſpaniæ, inde Mauritaniæ litora; mare & inteſtinum, & externum; imminentesque Herculis ſpeculas; quum omnia undique ſimul prœlio, & tempeſtate ſævirent. Mox circa obſidiones urbium utrimque diſcurſum eſt: quæ miſeræ inter hos atque illos duces ſocietatis Romanæ pœnas dabant. Omnium poſtrema certaminum h Munda. hic non pro cætera felicitate, ſed anceps, & diu triſte prœlium: ut plane videretur neſcio quid deliberare fortuna. Sane & ipſe ante aciem mœſtior non ex more Cæſar; ſive reſpectu fragilitatis humanæ, ſive nimiam proſperorum ſuſpectam habens

ante diem XVI. Kal. Aprilis, quo die ante quadriennium Pompejus primum belli civilis cauſſa ab Urbe profectus fuerat. *Stadius.*

g *Plurimum quantum*] Priuſquam vidiſſem ſcriptos codices, particulam *que* tollebam, quæ nihil hic facere videbatur. ſed illi aliter me expedierunt, in quibus (Pal. pr. & ſec. ut & ed. noſtra vetere) legitur, ut reſcripſimus, omnino recte: helleniſmus *plurimum quantum*, πλεῖστον ὅσον. ſic *nimium quantum*, *mirum quantum*, *immane quantum*, & ſimilia apud alios uſurpata. in Pal. tert. *plurimum quidem* legitur; ſed ſtandum putamus illis, quæ nobis ἀνεπίληπτα videntur. *Salmaſius.*

h *Munda*] Munda, apud quam ultimum prœlium à Cæſare geſtum eſt, teſte Lucano, diſtabat à Corduba

bens continuationum; [i] vel eadem timens, [k] poſt quam idem eſſe cœperat quod Pompejus. Sed in ipſo prœlio, quod nemo unquam meminerat, quun diu pari Marte acies nihil aliud quam occiderent in medio ardore pugnantium ſubito ingens inte utroſque ſilentium: quaſi conveniſſet. Noviſſim illud inuſitatum Cæſaris oculis [l] nefas, poſt qua tuor

duba paſſuum millia quinque, quantum ex Strabone & Hirtio colligitur: iſte enim Cordubam à Carteja diſtare CLXX. millia paſſuum refert: ille Mundam à Carteja millia & quadringenta ſtadia, quæ colligunt millia paſſuũ CLXXV. differentia: itaque inter utrumque numerum ſcilicet quinque millia paſſuum, ſpatium quo Munda & & Corduba diſtabant, referret. *Stadius.*

i *Vel eadem timens &c.*] Cæſariſne ad ętatem, qui fere nunc Pompejo morienti æqualis, referendum hoc erit, an ad fortunam Cæſaris, qui jam totius Orientis & Africæ victor erat? poſtquam enim Pompejus de Oriente triumphaverat, ut nunc Cæſar, nihil unquam tanta deinceps gloria & imperatoria laude dignum geſſerat, quaſi jam conſeneſcentis fortunæ favore deſtitutus. *Idem.*

k *Poſtquam idem eſſe cœperat*] Hoc eſt, poſtquam ad idem imperii gloriæque culmen aſcenderat. & ſane timendi cauſſam habuit; *Maximæ* enim *cuique fortunæ minime credendum eſt*, ait Annibal apud Livium 30. 30. Sic *Camillus precatus, ut ſi cui deorum nimia felicitas populi Rom. videretur; ejus invidia ſuo aliquo incommodo ſatiaretu* Val. Max. 1. 5. 2. Sic Aimilius Pau lus poſt enumeratas res proſperr me geſtas, ſubjungit; *Mihi quoq ipſi nimia jam fortuna mea vider eoque ſuſpecta eſſe &c*: idem Li 41. 45. Sic Alexander *illam ipſa fortunam, qua aſpirante res ta proſpere geſſerat, verebatur.* Cu tius 3. 8. quomodo & ejus pate rebus ex voto fluentibus, dicit veneratus fortunam, ut quam m nimo incommodo felicitatem ſtam lueret. Igitur non abſurde Ca thaginenſium legati Romanos p *timendam felicibus Nemeſin* depr cantur. Non abſurde ad idem ref ras Senecam in Troadibus ver 242. *Suique victor operis exemplu horruit, Didicitque Achilles & d natos mori.* Freinshemius.

l *Nefas*] In aliis editionibus m le concluditur parentheſi. refere dum enim eſt ad illud *inuſitatu* cumque eo conſtruendum; ſic pra cædem Pompeji *ſummum ci lis belli ſcelus* appellat, & 3. 1. J gurthæ conſilium, *inchoatum* *fas.* quomodo Tacitus 1. 8. *occi dictator Cæſar, aliis peſſimum, a pulcerrimum facinus videbatur.* Seneca Natural. quæſt. 6. 23. de r bus Alexandri; *nil tam magnum*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

uordecim annos probata veteranorum manus
gradum retro dedit.[m] quod etſi nondum fugerat,
pparebat tamen pudore magis, quam virtute re-
iſtere. Itaque ablegato equo, ſimilis furenti, pri-
nam in aciem procurrit. Ibi prenſare fugientes,
onfirmare, per totum denique agmen oculis, ma-
ibus, clamore volitare. Dicitur in illa perturba-
ione & de extremis agitaſſe ſecum, & ita manife-
to vultu fuiſſe, quaſi occupare manu mortem vel-
et, niſi cohortes hoſtium quinque per transver-
am aciem actæ, quas Labienus periclitantibus ca-
tris ſubſidio miſerat, fugæ ſpeciem præbuiſſent.
oc aut & ipſe credidit, aut dux callidus [n] arripuit
n occaſionem: & quaſi in fugientes invectus, ſi-
nul & ſuorum erexit animos, & hoſtis perculit.
am hi dum ſe putant vincere, fortius ſequi; Pom-
ejani dum fugere credunt ſuos, fugere cœperunt.
Quanta fuerit hoſtium cædes, ira, rabiesque vi-
toribus, ſic æſtimari poteſt. hoc à prœlio profugi
uum ſe Mundam recepiſſent, & Cæſar obſideri
ſtatim

it, quam ſcelus Calliſthenes. Hic oquendi modus paullo ignotior ibrariis, fœde corrupit Livium 36. 15. de Damocrito; *ob eam ferociam majus victoribus gaudium traditum fuit.* apparet legendum; *traditus*, & de ipſo Damocrito capiendum. Adde ſupra 1. 18. *Idem.*

m *Gradum retro dedit*] Quidam *gr. r. fecit*; non male, *gradum facere*, ut *pedem facere*, —— *una omnes fecere pedem.* Salmaſius.

n *Arripuit in occaſionem*] In hunc modum ſe habent omnia exempla quæ refert Frontin. Strateg. 2. 7. Pertinet eo monitum Onoſandri in Strategetico cap. 23. ubi demonſtrat; *utile eſſe in ipſo conflictu imperatorem fauſta & læta militibus inclamare, etſi ea falſa ſunt.* Adde ſupra 3. 3. Similimum in Livio 2. 64. *Romani, quia paucitas damno ſentiendo propter erat, gradum retuliſſent, ni ſalubri mendacio conſul, fugere hoſtes ab altero cornu clamitans, concitaſſet aciem, impetu facto, dum ſe putant vincere, vicêre.* Nam (verba ſunt ejuſdem auctoris 34. 12.) *Sæpe vana pro veris, maxime in bello valuere: & credens ſe ali-*

ſtatim victos imperaſſet, congeſtis cadaveribus ag ger effectus eſt, quæ pilis jaculiſque confixa inte ſe tenebantur. fœdum etiam inter barbaros! Se videlicet victoriam deſperantibus Pompeji liberis Cnæum prœlio profugum, crure ſaucio deſerta & avia petentem, Ceſonius apud Lauronem oppi dum conſequutus, pugnantem (adeo nondum de ſperabat) interfecit. Sextum fortuna in Celtibe riam interim abſcondit; aliiſque poſt Cæſarem bel lis reſervavit. Cæſar in patriam o victor invehitur Primum de Gallia triumphum transmiſerat Rhe nus, & Rhodanus, & ex auro captivus Oceanus Alter laurus Ægyptia. tunc in ferculis Nilus, Ar ſinoë, & ad ſimulacrum ignium ardens Pharu Tertius de Pharnace currus, & Ponto. Quartu Jubam & Mauros, & p bis ſubactam oſtendebat H ſpaniam. Pharſalia, & Thapſos, & Munda nus quam. & q quanto majora erant, de quibus no trium

aliquid auxilii habere, perinde atque haberet, ipſa fiducia & ſperando atque audendo ſervatus eſt. Freinsh.

o *Victor*] Quinctum hunc triũphum Cæſaris numerant tabulæ Capitolinæ & Paterculus, quo devictis Pompeji liberis ex Hiſpania menſe Octobri reverſus, triumphavit, an. DCCIIX. Anno ſuperiori quatuor duxerat triumphos, Gallicum, Alexandrinum, Ponticum, Africanum, in quo etiam Juba regis filius is qui hiſtoriam ſcripſit, ductus eſt. *Stadius.*

p *Bis ſubactam Hiſpaniam*] Bis à Cæſare Hiſpaniam ante hanc de Pompeji liberis victoriam eſſe ſubactam obſervavi; ſemel cum Luſitaniam poſt urbanam præturam v cit, coactus triumphum dimitter ut præſens conſulatum peteret a no DCXCIII. Iterum cum Afraniu & Petrejum legatos Pompeji, it dem Varronem exercitibus exſui ſet, an. DCCIV. *Idem.*

q *Quanto majora erant*] Nen pe non barbaris artium belli rud bus, aut mollibus Aſiaticis dev ctis; ſed ipſis civibus, ipſis Rom nis. Quæ victoria per ſe ſatis m gna, ſplendorem auxit etiam eo quod non oſtentabatur: quomod apud Tacitum 3. 67. in funere J niæ *præfulgebant Caſſius atque Brutus, eo ipſo, quod effigies eorum n viſebantur.* Eodem redit Caron dictur

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

·iumphabat! Hic aliquando finis armis fuit, re-
qua pax incruenta: penſatumque clementia bel-
ım. [r] Nemo cæſus imperio præter Afranium. fatis
;noverat ſemel. & Fauſtum Syllam. didicerat [ſ] ge-
eros timere. [t] filiamque Pompeji cum patruelibus
x Sylla. hic poſteris cavebatur. Itaque non ingra-
s civibus, omnes unum in principem congeſti ho-
ores: [u] circa templa imagines, in theatro [x] di-
ſtincta

ctum apud Marcellinum 14. 15. *ii interrogatus, quamobrem inter ultos nobiles ſtatuam non haberet? 'alo, inquit, ambigere bonos, quamrem id non meruerim; quam, quod ? gravius, cur impetraverim muſare.* quod & apud Plutar. eſt in ta cap. 37. & hæc eſt *commenda- › ex injuria*, ut loquitur Tacitus 3. ;. vel ut noſter infra 4. 4. *injuria vorabilem* eſſe. *Freinsh.*

r *Nemo cæſus imperio, præter*] nmo *ne hos quidem voluntate i- ius interemptos putant*. Sueton. in ta 75. *Idem.*

ſ *Generos*] Generos Cæſaris vo- ıt, Pompejum primo generum i- ſius Cæſaris, deinde Pompeji i- ſius generum Fauſtum Syllam, qui uxerat filiam generi Cæſaris, & uaſi ut ita dicam erat progener ;æſar. Neptim enim Cæſar uxo- em habebat, filiam Pompeji; ideo ocat generos Pompejum & Fau- um Syllam. Pompejo filia Cæſa- s nupſerat, Fauſto Syllæ neptis e- ıſdem Cæſaris. Utrique igitur ge- eri dicuntur Cæſaris, quamvis de ylla minus proprie, qui potius rogener eſſet. *Salmaſius.*

t *Filiamque Pompeji, &c.*] In 'loro noſtro aut verbum, *conſervavit*, in contextu prætermiſſum eſt, aut diverſus abit ab Hirtio, qui Cæſarem *Pompeji Fauſti Sullæ conjugi ejus liberis reliquisque rebus omnia incolumia conceſſiſſe* ſcribit. Fauſtum Pompeji generum, Afraniumque dum poſt cladem Africanam per Mauritaniam in Hiſpaniam contendunt, cum MD. quos ex fuga collegerant, à P. Sirtio inſidiis exceptos captoſque, & ab exercitu ejus in diſſenſione quadam occiſos, teſtatur Hirtius, ita ut ab hac invidia Cæſarem liberet, ejuſdemque ſententiæ aliquot etiam ſcriptores fuiſſe Suetonius in Cæſare teſtatur. L. tamen Cæſarem cognatum ſuum, ut ſemper ſibi infeſtum, juſſit occidi, ut Dio ſcribit. Afranium autem in Hiſpania initio civilis belli incolumem demiſerat: nunc ille iterum arma cum contra Cæſarem ſumſiſſet, merito cæſus videbatur. Fauſtum Sullam ut Pompeji generum, & hinc ut novas partes contra ſe confirmaturum, occidendum putavit. Oroſius autem eadem cum Floro refert de Pompejæ & ejus librorum cæde. *Stad.*

u *Circa templa imagines*] Neſcio quid hæc ſibi velint, niſi forte quod Suetonius in vita 76. *ſimula-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

ſtincta radiis corona; [y] ſuggeſtus in curia; [z] faſt-
gium in domo; [a] menſis in cœlo; ad hoc [b] pat
ip

cra juxta deos. ſed inſolentior eſt pro hoc ſignificatu oratio, ſuſpicor locum corruptum. & de poſterioribus quidem verbis non dubito, quin recto caſu concepta fuerint; *templa*, *imagines*: illud *circa* turbat, ita tamen ut appareat loqui de honore qui in circo ei exhibitus, cujuſque meminit dicto loco Suetonius. *Freinsh.*

x *Diſtincta radiis corona*] *Effigie numinum*, ut appellat Tacit. 1. 10. ea enim ita pingebantur, ſicut & noſtrates Sancti. ſplendorem enim, quem emittere credebantur, exemplo Jani apud Ovid. Faſt. 1. 94. per radios iſtos ſignificant, quales jacere ſolet Solis jubar, aut ſtellarum fulgor. Mart. epigr. 1. 71. —— *Radiata coloſſi Moles.* Papin. Theb. 1. 27. —— *Licet ignipedum frenator equorum, Ipſe tuis alte radiantem crinibus arcum Imprimat.* —— qui Poëta ſimul reſpicit omen Auguſto oblatum, idque artificioſe ſuo principi accommodat: de Auguſto vide Vellejum 1. 59. Plinius panegyr. cap. 52. hoc ſenſu *radiatum caput* profert. Lucanus 7. 458.

Fulminibus manes, radiiſque ornabit & aſtris.

Ubi tamen non video quid *aſtra* ſibi velint, eoque potius credam fuiſſe, *radiiſque honorabit, & haſtis.* Nam & hæ inter deorum inſignia. Juſtinus 43. 3. *Idem.*

y *Suggeſtus in curia*] Cippus modicæ altitudinis, in quo ſtatueretur ſella aurea, ut vere putat Caſaubonus ad Suetonium hoc loco. Nam de columna Dionis, cuju bidem mentio, vix arbitrarer h trahi poſſe; quamvis & ipſe non deam, quid illa fieri debeat. Ap Dionyſ. tamen 3. 1. eſt colum cum inſcriptione quæ virtutem e ad poſteros teſtaretur, quæ n quidem regi dicata, ſed tamen gum tempore; ut appareat i quoque hunc honorem haberi litum. Poſſet igitur fortaſſis ita res habere, ut quemadmodum ges, aliaque ad memoriam co mnis inſculpebantur, ita claroru etiam virorum res geſtæ, & p conia. *Idem.*

z *Faſtigium in domo*] Faſtigi quale hoc loco intelligatur, ne pe ipſius faſtigii ornamentum, ut ita dicam profaſtigium, eru tiſſime explicat Salmaſius ad Ca tolinum fine Peſcennii. Plutarch ἀκρωτήριον vocat in vita cap. Meminit ejus Julius Obſequ cap. 126. *Calpurnia uxor ſomn vit, faſtigium domus, quod ſicut rat adjectum, ruiſſe.* Scribe, *qu Sc̄to erat adjectum*, nam ita expr ſe Livius apud Plutarchum dic loco. *Idem.*

a *Menſis*] Lege Antonia Juli menſis, qui antea Quinctilis er dictus eſt: quia Julius IV. Id Quinctileis natus erat, C. Mari L. Valerio Flacco coſſ. an. DCLI Cæſar etiam annum correxit, & Solis anfractus ex trecentis ſex ginta quinque diebus & quadra te dimenſus eſt, eumque Soſig nis, & Mathematicorum, qu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

ſe patriæ perpetuusque dictator: noviſſime, dubium an ipſo volente, oblata pro Roſtris ab Antonio conſule c regni inſignia. Quæ omnia velut infulæ in deſtinatam morti victimam congerebantur. Quippe clementiam principis vicit invidia. gravisque erat liberis ipſa beneficiorum potentia. Nec diutius dilatio donata eſt: ſed e Brutus & Caſſius, aliique patricii conſenſerunt in cædem principis.

Ægypto conſuluerat, traditione a ordinavit: unde annus iſte, quo iam nunc utimur, Julianus dictus eſt. Annotavit etiam in Faſtis rientium & occidentium ſiderum ies, in quos Cicero acerbe jocatus eſt; cui quidam poſtridie Lyram oriri dixiſſet, nimirum, inquit, x edicto, tamquam eam quoque arendi neceſſitatem hominibus Cæſar impoſuiſſet. Plin. Plutarch. lii. *Stad.* Hoc exemplo Auguſtus nenſi nomen dedit, & plures alii, Nero, Commodus &c. quætamen ppellationes cum auctorib. ſuis xtinctæ. *Freinshemius.*

b *Pater patriæ*] Qui honos Ciceroni primum obtigit, Plutarch. n vita cap. 31. Juvenalis 8. 244.

c *Regni inſignia*] Lupercalibus, hoc eſt, XVI. Kal. Mart. cum Cæſar pro Roſtris in aurea ſella ſedens, amictus toga purpurea, ſpectaret Lupercos, Antonius conſul unus è Lupercis ad ſellam acceſſit, & capiti ejus diadema lauro circumpoſita impoſuit, quod Cæſar cum plauſu populi rejecit. Lupercalibus multi nobiles adoleſcentes, & magiſtratum etiam gerentes, nudi per Urbem diſcurrebant, & obvios quosque per riſum jocumque hirſutis ſcuticis feriebant: multæ etiam matronæ nobiles de induſtria ipſis occurrebant, manuſque verberibus tanquam in ludo litterario præbebant, ad facilem partum gravidis, & ad fœcunditatem ſterilibus id conducere perſuaſæ. Plutarchus in Antonio, Cic. in Philip. ſecunda. *Stadius.*

d *Gravis erat liberis ipſa beneficiorum potentia*] Latius deducit hoc Seneca de benef. 2. 18. &c. Mitius autem hoc expreſſit auctor, licet idem vellet, quod Curtius 6. 6. Alexander *gratiam liberalitate doniſque recuperare tentabat, ſed, ut opinor, liberis pretium ſervitutis ingratum eſt:* & Ælianus var. hiſt. 12. 62. *Homini libero non eſt, meo judicio, digna merces, quæ cum injuria tanta comparetur.* Sic antiquior pop. Romanus *nullius acrior cuſtos quam libertatis fuit; nullaque in pretium ejus potuit largitione corrumpi.* Freinshemius.

e *Brutus & Caſſius*] M. Brutus & C. Caſſius conjurationis iſtius in Cæſaris perniciem principes, clade Pharſalica ab eo conſervati erant, & nunc honoribus ornati, tamen cum pluſquam ſexaginta ſenatoribus conſpiraverant in ejus viri necem,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

pis. quanta vis fati! manaverat late conjuratio. li-bellus etiam Cæſari datus, eodem die nec perlita-re centum victimis potuerat. venit in curiam tamen expeditionem Parthicam meditans. ibi in curuli ſe-dentem eum ſenatus invaſit: tribusque & vigi[nti] vulneribus ad terram datus eſt. Sic ille, qui ter-rum orbem civili ſanguine impleverat, tandem i[pſe] ſanguine ſuo curiam implevit.

C AP.

cem, pro cujus ſalute paulo ante & ipſi & Senatus ſe ſuosque devoverat, ejuſque vitam ſe protecturos juraverat. Atque cum Cæſar Idibus Martiis, quas ejus cædi deſtinaverant, Senatum per Antonium conſulem dimittere, nec prodire decreviſſet, vel uxoris ſuæ inſomniis perterritus, vel valetudine imbecilliore tardatus, vel aruſpicũ obnuntiationibus perculſus, tandem à Decimo Bruto, quo familiariſſime utebatur, perſuaſus, ne ſcilicet Senatus dignitatem aliqua ſuperbia offenderet, quincta fere diei hora progreſſus eſt. Cumque ipſi libellus index conjurationis eſſet oblatus, & adjectum quoque, ut eum mox legeret, pertinere enim ad ejus ſalutem: tamen à Decimo Bruto ita & conjurationis conſcius ſtudio eſt diſtentus, quod ne legere quidem eum potuerit. Cæſar vero cum in Senatum veniens conſediſſet, Cimber Tullius, velut pro fratre exſule deprecaturus, propius acceſſit, ejuſque togam utraque ma-nu apprehenſam à collo detra[xit] quod ſignum conjuratis erat ip[ſum] invadendi: Caſca eum primus, [ut] convenerat, circa cervicem, ut Plu-tarch. ut alii, circa jugulum pug[io-]ne percutit: Cæſar Caſcæ brachi[um] graphio trajecit, conatuſque pro[ſi-]lire, altero vulnere tardatus e[ſt:] cumque animadverteret ſe un[di-]que ſtrictis pugionibus invadi, [to-]ga caput involvit: & ad Pomp[eii] ſtatuam prolapſus, XXIII. vuln[e-]ribus confoſſus eſt: periit anno [æ-]tatis ſuæ ſexto & quinquageſim[o.] Curiam in qua occiſus, obſtrui p[la-]cuit. Idus Martias Patricidium n[o-]minati, & ne unquam eo die Sen[a-]tus haberetur. Percuſſorum nem[o] ultra triennium vixit, violenterq[ue] omnes perierunt; pars naufragi[o,] pars prœlio, nonnulli ſemet eode[m] pugione, (quod de Caſſio ſcribit [in] Cæſare Plutarchus) quo Cæſ[a-]rem violaverant, interemerun[t.] *Stadius.*

a Cu

CAP. III.

[a] Cæſar Auguſtus.

POpulus Romanus, Cæſare & Pompejo trucidatis, rediiſſe in ſtatum priſtinæ libertatis videbatur: & redierat, niſi aut Pompejus liberos, aut Cæſar hæredem liquiſſet: vel, quod utroque pernicioſius fuit; ſi on collega quondam, mox æmulus Cæſarianæ otentiæ, fax & turbo ſequentis ſæculi, ſuperfuiſ- t Antonius. Quippe dum [b] Sextus paterna repetit;

DUm Cæſaris percuſſores in Capitolium ſe à perpetrato inore recepiſſent, Cicero ante m XVI. Kal. Aprilis, (Ciceronem itarch. hujus conjurationis non ſſe conſcium teſtatur) quantum pſo fuit, jecit fundamenta pacis, henienſium renovavit vetus exemplum, Græcum etiam verbum ινηςίαν uſurpavit, quo tum in ſendis diſcordiis uſa erat civitas il-, atque omnem memoriam diſrdiarum oblivione ſempiterna lendam cenſuit. Habuit & Annius orationem de concordia, uſque parvus filius in Capitolium iſſus, pacis obſes fuit: itaque rcuſſores è Capitolio deſcendent. Brutus apud Lepidum, Caſ-ıs apud Antonium, ceteri apud a-ɔs cœnarunt. Atque omnia hæc ntonius callide ſimulabat, quouſ-ıe ſe ſuaque præſidiis contra onem metum muniiſſet. poſtero ıim die cum Cæſar funere elatus, M. Antonius oratione funebri ad lamentationem & commiſerationem compoſita, per quam geſtibus, & cruentata Cæſaris toga, & imagine fœdata ſanguine, populum, contra oblivionis decretum, & ad percuſſorum ultionem, accendebat. Plebs cum facibus è rogo raptis ad domum Bruti Caſſiique & aliorum contendebat, atque ægre vi manibus & precibus vicinorum repulſa ab incendio fuit. Erat inter conjuratos deliberatum, an Antonius, quem ut propugnatorem regni Cæſariani oderant, etiam interimendus eſſet cum Cæſare: ſed cum judicio Bruti Antonius ſatis honeſta cauſſa occidi non poſſet, tunc quidem dimiſſus eſt. *Stadius.*

b *Sextus*] Antonius ut artibus ſuis Senatum magis deciperet; etſi populum ſeditioſe in percuſſores Cæſaris irritaverat: ad Senatum tamen retulit de Sexto Pompejo, Magni omnibus deſiderati filio, qui tum à Cæſarianis in Bætica oppugna-

petit; trepidatum toto mari: dum Octavius m[...]tem patris ulciſcitur, iterum fuit movenda Th[...]ſalia; dum Antonius varius [c] ingenio, aut ſucc[...]ſorem Cæſaris indignatur Octavium, aut am[...] Cleopatræ [d] deſciſcit in regem. nam aliter ſal[...] eſſe non potuit, niſi confugiſſet ad ſervitutem. G[...]tulandum tamen in tanta perturbatione eſt, qu[...] potiſſimum ad Octavium Cæſarem Auguſtum [e] ſu[...]ma rerum rediit: qui ſapientia ſua atque ſolerti[...] percuſſum undique & perturbatum ordinavit i[...]perii corpus: [f] quod ita haud dubie nunquam c[...] re[...]

pugnabatur, utque pro paternis bonis in ærarium relatis darentur ei de publico ſeſtertium bis millies: ad hæc decerneretur ei, ſicut prius patri, maris imperium, claſſiſque daretur ad uſus neceſſarios. Patres mirabundi probaverunt omnia: atque ita Sextus in Siciliam Scto evocatus eſt, ex qua poſtea Cæſari Auguſto difficilimum bellum movit. Appianus, Dio, alii. *Idem.*

c *Ing. aut ſucc. &c.*] Expungebam olim particulam *aut* utroque loco, eamque emendationem Berneggero probaveram. Et ſane videtur ita ſcripſiſſe Florus. Prius enim cauſſas enumeravit, quapropter libertatem non recuperaverit populus, Pompejum, Cæſarem, Antonium: ordine proſequitur quid ſinguli mortuum excitaverint, quidve in quietem & rempubl. peccaverint. Et ſane frequenter particulas hujuſmodi inferciunt librarii; quod & factum opinor l. 1. C. de tyronib. lib. 1. ubi ſcripſerim; *aut veteranus cenſibus obnoxius.* quæ enim alias cauſa veteranos arcendi militia? *Freinsh.*

d *Deſciſcit in regem*] Elegan[...] ſime & plane ex animo veter[...] Romanorum, quibus adeo [...] ſum erat nomen regis in ſuis [...] bus, ut hæc præcipua Cæſare[...] necis cauſſa memoretur. Sic Sc[...] cum ab Hiſpanis rex appellare[...] reſpondit, *regium nomen alibi* [...] *gnum, Romæ intolerandum eſſe.* [...] 27. 21. 4. *Idem.*

e *Summa rerum*] Monarch[...] Auguſti intelligit, ſive merum [...] nius Principis abſolutum im[...] rium: nec enim reſpublica to[...] vilibus bellis labefactata, civi[...] ob privata odia bellantibus att[...] & partium ſtudio ſemper ale[...] diſcordiam tentata, aliter conqu[...] ſcere & reſpirare potuit, qua[...] ad unius optimi principis jus, [...] teſtatem, atque imperium, qu[...] magiſtratuum, Senatus ac pop[...] fuerat, transferretur. *Stadius.*

f *Quod haud dubie nunqu[...] coïre & conſentire potuiſſet, niſ[...] nius præſidis nutu, quaſi anima* [...] *& mente regeretur*] Apud Juſtin[...] l. 11. conſulentibus de fine diſc[...] diar[...]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

r& conſentire potuiſſet, niſi unius præſidis nutu, caſi anima & mente regeretur. Marco Antonio, gPublio Dolabella conſulibus, imperium Romarm jam ad Cæſares transferente fortuna, varius ëmultiplex civitatis motus fuit. quodque in annua eli converſione fieri ſolet, ut [h] mota ſidera tount, ac ſuos flexus tempeſtate ſignificent; ſic cum omanæ dominationis, [i] id eſt humani generis converſione,

rum Phrygibus, oracula reſponcunt, Rege diſcordiis opus eſſe. pe nempe adeo corruptæ Reſolicæ ſunt, ut niſi mutato ſtatu i pareant, ſalvæ eſſe non poſſint. uod plerumque evenit, quia quæ ntra illas fiunt, in principio exia eſſe videntur, & ideo conteuntur: Nec ante ea, etiam ſæpe i prudentiſſimi eſſe putantur, cuit, quam dum amplius emendanon poſſunt. *Zevecot.* Eadem ope verba Taciti I. 12. *Vnum eſſe p. corpus, atque unius animo reedum.* Seneca de clement. I. 3. *menſa multitudo unius* (malim i) *animæ circumdata, illius ſpiriregitur*, & mox *mens imperii* diur imperator, aut Rex. Rem iod attinet, ait Tacitus I. 9. *non iud diſcordantis patriæ remedium iſſe, quam ut ab uno regeretur.* & rum H. I. I. *omnem poteſtatem l unum conferri pacis interfuit.* einshemius.

g *Publio Dolabella*] P. Corneis Dolabella conſul deſignatus at, ut Cæſari ad Parthicum belm profecto ſuccederet: eo occi: ipſe natus annos XXV. conſulam invaſit, & in Syriam contendit, uam cum legionibus à Cæſare in Parthicum bellum præmiſſis, populi ſuffragiis, & Antonii auxilio obtinuit, & à Pergamo & Smyrna per C. Trebonium unum è Cæſaris percuſſoribus, excluſus, noctu reverſus, ex inſperato Smyrnam invadit, & urbem ex inſidiis occupat. Trebonius in cubili ſuo deprehenſus, & omni cruciatu corporis primum vexatus, trucidatus eſt: ejus caput per vias lapide ſtratas, milites ſibi invicem pro pila mittentes, per ludibrium & iram ita contriverant, ut nulla appareret facies; itaque Trebonius luit primas parricidii in Cæſarem pænas. Quo facto Dolabella hoſtis à Senatu judicatus eſt, qui cum Caſſium navali prœlio aliquoties viciſſet, ad ultimum ipſe victus Laodiceam fugit, ibique obſeſſus, urbe capta ſatelliti ſuo cervicem feriendam præbuit. Appianus, Dio, alii. *Stad.*

h *Mota ſidera*] Conſule Salmaſium in Solinum pag. 426. A. I.

i *Id eſt humani generis*] Vana opinio, ex ignorantia Geographiæ nata, deinde pudendis adulationibus alita, Romanorum, ſub imperatoribus præcipue, ſpiritus adeo inflaverat, ut crederent ſe totius orbis dominos, cum ſane modicam

cam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

verſione, penitus intremuit, omnique genere li[...] criminum, civilibus, terreſtribus, ac navalibus [...]lis, omne imperii corpus agitatum eſt.

CAP. IV.

Bellum Mutinenſe.

a PRima civilium motuum cauſſa b teſtam[...]tum Cæſaris fuit, cujus ſecundus c ha[...] Antonius prælatum ſibi Octavium fur[...] inexp[...]

cam ejus partem obtinerent. De his dici poſſet illud Senec. epiſt. 91. *Alexander diſcere Geometriam infelix cœperat, ſciturus quam puſilla terra eſſet, ex qua minimum occupaverat.* Ex his igitur ſomniis profectæ voces iſtæ; quibus præter poëtas, quos elegantiſſime ſimul & veriſſime *libertatis veſpillones* appellat Heinſius, etiam hiſt[...] abuſi. noſter ſupra Præfat. 2. *q*[...] *Rom. legunt generis humani* [...] *diſcunt.* Idem Agr. 31. Quin &[...] imperatores, non dicam Juſt[...]num aliosque ejus ſimiles, ſe[...] moderatus ille Antonius ἐγὼ [...] κόσμου κύριος. *Freinshemius.*

---

a C. Octavius qui deinceps imperium Romanum ſub nomine Auguſti tenuit, cum Cæſar ejus avunculus magnus) nupſerat enim Julia Cæſaris ſoror in domum Atii Balbi, ex quo Atia nata, uxor Octavii qui pater Auguſti fuit) Romæ interficeretur: Apolloniæ literis & militaribus diſciplinis operam dabat: erat enim eo in expeditionem Parthicam à Cæſare præmiſſus. Factus autem certior de Cæſaris cæde, in Italiam tranſiit, & Neapolim venit XIV. Kal. Maji: fuit etiam ruri cum Cicerone perhonorifice & amice. Romam cum perveniſſet, ab Antonio conſule ſuperbe exceptus eſt. Adiit tamen invidioſam Cæſaris hære[...]tem, quamvis id neque Atiæ [...]tri, neque L. Philippo vitrico [...] placeret. Adita hæreditate Cæ[...] nomen quoque ejus tulit, cum [...]prius C. Octavius nominare[...] deinceps C. Julius Cæſar Octa[...]nus de more dictus eſt: quamqu[...] lex Curiata de adoptatione [...] anno demum ſequente in ip[...] conſulatu perlata fuerit, teſte [...]ne, quod ideo neceſſarium eſſ[...]bi putabat, quia ea lege adop[...] jus habebant, ac naturales filii [...] & propinquos & libertos adop[...]tium aſſequerentur. *Stadius.*

b *Teſtamentum*] Teſtament[...] Cæſaris L. Piſone ejus ſocero [...]

ſtul[...]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

ıexpiabile contra adoptionem acerrimi [d] juvenis ıſceperat bellum. quippe quum [e] intra decem & ꝯto annos tenerum & obnoxium, opportunum ıjuria juvenem videret, ipſe plenæ ex commilitio ’æſaris dignitatis, [f] lacerare furtis hæreditatem, ipſum

ılante, invito Senatu, ad popu-
m recitatum fuit, antequam Cæ-
is cadaver in foro cremaretur:
ıod ideo percuſſoribus maxi-
am invidiam movebat, quia po-
lo viritim tricenos ſeſtertios Cæ-
legaverat, & hortos circa Tibe-
n publicaverat; atque nihil adeo
acerbavit omnium indignationē,
ıam quod Decimum Brutum
oditorem ſuum in ſecundis hęre-
ous primum ſcripſerat. Secundi
eredes ideo poſt primos adſcribe-
ınt, ut ſi quid illis primis huma-
ıus accidiſſet, tunc ſecundi ſucce-
rent. *Idem.*

c *Hæres*] Cicero Philippica ſe-
nda, cum Antonii ſcelera percun-
ationibus exagitat, hoc quoque
objicit, quod Cæſaris ex teſta-
ento, ut ipſe dicebat, filius eſſet,
opianus etiam, cum Octavius
cum Antonio expoſtulat, idem
bindicare videtur: *Et te filium*
optivum ſcripſiſſet, ſi ſciviſſet, te
uo animo ex Heraclidarum gente
nſiturum ad Æneadas: id enim
cit ambigere Cæſarem, dum de
ceſſore cogitat. *Idem.*

d *Iuvenis*] Decreverat ſenatus,
quis Auguſtum *puerum* diceret,
majeſtas tanti imperii diminue-
tur. Auctor Servius ad Virg. Ec-
g. 1. 44. Virg. ſæpe Octavium
venem nominat, ut dicto loco,
Hic illum vidi juvenem ——
& Georg. 1. 500.
Hunc ſaltem everſo juvenem ſuc-
currere ſæclo
Ne prohibete. Lege Ciceron.
Philipp. 4. & 5. *Camers.*

e *Intra decem & octo annos*] Pa-
rum ad calculum. Vellejus Paterc.
2. 61. 1. *C. Cæſar* XIX. *annum ingreſ-*
ſus. ubi vides adulationem homi-
nis: ambitioſe enim uſus eſt voce
ingreſſus. Melius Auguſtus, (in
monumento Ancyrano) *natus:*
nam anno qui præceſſit cædem Ju-
lii, nono Kal. Octob. ingreſſus an-
num XIX. erat, ac jam totum ferme
confecerat, quando contra Anto-
nium pro optimatibus bellum pri-
mum ſuſcepit. Atque hæc Octavii
ætas in equeſtri ſtatua fuerat nota-
ta, quam ei ſenatus in roſtris poſue-
rat, teſte eodem Vellejo. Hæc *Ca-*
ſaubonus nota ſecunda ad monu-
mentum Ancyranum.

f *Lacerare furtis hæreditatem*]
Calpurnia Cæſaris uxor vel mariti
cæde perturbata, vel Antonii con-
ſulis perculſa minis, pecuniam &
acta Cæſaris in ejus domum trans-
ferri permiſerat: at quia acta Cæ-
ſaris & conſilia nondum publicata,
tamen Antonii calliditate Senatuſ-
conſulto confirmata erant: ea An-
tonius in multorum gratiam vel do-
meſticis nundinationibus corrum-
pebat vel adulterabat, uſus in ea
fraude Taberii opera, qui Cæſari à
manibus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

ipſum inſectari probris, cunctis artibus cooptati- nem Juliæ gentis inhibere non deſinere ad opp- mendum juvenem; denique palam arma moliri: jam parato exercitu in Ciſalpina Gallia reſiſtente motibus ſuis Decimum Brutum obſidebat: Octavius Cæſar, ætate & injuria favorabilis, & nomi majeſtate, quod ſibi induerat, [g] revocatis ad arm veteranis, [h] privatus (quis crederet?) [i] conſule aggi-

manibus fuerat. Seſtertium quoque ſepties millies depoſitum à Cæſare ad Opis ædem occupatum erat ab Antonio. Octavium pecuniam eam repoſcentem, & ut ſibi adverſus avunculi ſui percuſſores adeſſet, petentem ſuperbe & contumelioſe repellebat: quare ut Octavius legatum populo Romano Cæſaris nomine repræſentaret, ſuum patrimonium, & quidquid ipſi teſtamento à Cæſare obvenerat, venale proſcripſit, legatumque populo perſolvit; qua beneficentia plebem ita ſibi devinxit, ut Antonium inviodioſiſſimum omnibus redderet. Octavius ſibi & Reipubl. contra eum vires paraturus, deductos à patre in colonias veteranos excitavit. Legiones Martia & quarta ſigna ad Octavium tranſtulerunt, deinde & complures ſævitia M. Antonii, qua paſſim in caſtris ſuis trucidari juſſerat quia ei ſuſpecti erant, ad eundem deſciverunt: quo nuntio allato, Antonius mente ita concidit, ut paludatus in Galliam citeriorem quam à populo obtinuerat, ante diem quartum Kal. Decemb. properaret. Decimus Brutus, qui provinciam Galliam primum à Cæſare datam, poſt interfecto Cæſare, à Senatu confirmatam proc. obti bat, ut irrumpenti in eam Anto obſiſteret, Mutinæ cum exerc ſubſtitit, ſeque ab Antonio ibi cumvallatum obſideri perm Dio, Appian. Plutarch. Cicer. S *dius.*

g *Revocatis &c.*] Hæc om Tacitus I. 10. *Concitos par la tiones veteranos: paratum ab a leſcente privato exercitum: co ptas conſulis legiones.* Quæ poſ ma verba interpretare de legi Martia, & Quarta, quæ ab Anto conſule ſigna ad Auguſtum tran lere. videatur Appianus de civ. lib. 3. pag. 556. non de exer Decimi Bruti, ut exponebat pſius. *Freinshemius.*

h *Privatus*] Kalend. Janu Hirtio & Panſa coſſ. an. DCCX. d M. Antonius Brutum Mutinæ o debat, S. C. factum eſt, ut Ca Octavianus, qui privato conſ pro Republica arma contra An nium ſumſerat, pro prætore bell gereret, ſenator eſſet, & ſententi loco prætorio diceret, quantam pecuniam militibus earum leg num, quæ Antonium reliquiſſe parta victoria pollicitus eſſet, ta publice daretur, & ut Cæſar

c

ggreditur. k obſidio Mutinæ liberat l Brutum: ntonium exuit caſtris. Tum quidem etiam manu pulcher

m Hirtio & Panſa coſſ. cum exercu illo quem haberet, bellum adiniſtraret. Antonio hoſte à Senajudicato, Hirtius ad bellum proctus, eumque paucis poſt diebus nſa conſecutus eſt. Cæſar atque irtius Bononia in poteſtatem recta, propius admotis caſtris Brum de ſuo adventu atque auxilio rtiorem faciunt. Prœliis aliquot cundis ferocior factus Antonius, ictis qui Cæſaris & Hirtii caſtra pugnarent, clam in Panſam adnientem Bononiam verſus XVII. al. Maji contendit, ac tum proere eo vulnerato pugnavit, audire, Hirtius redeunti ut victori curius & diſſolutius in caſtra ſua tonio ſe obtulit, ac fuſis ejus piis Panſæ cladem correxit. Ex re conſules & Cæſar Imperato à ſenatu & militibus appellati t, quamvis Panſa male, Cæſar nino ne pugnaſſet quidem. Dio, pian. Cicer. Sueton. alii. *Staus.*

i *Conſulem aggreditur, &c.*] ucis diebus poſtquam Panſam tonius, Hirtius Antonium viſet, ad Mutinam ſummo prœlio gnatum eſt, in quo fugatus & ſtris atque exercitu exſutus Annius ad M. Lepidum proconſun in ulteriorem Galliam cum ucis profugit. Hirtius poſt victom in inimicorum caſtris ſaucius iit: Panſa Bononiæ itidem ex lnere mortuus eſt. Bruto & Mua obſidione liberatis, ſolus Cæ incolumis glorioſiſſima victoria potitus eſt: atque cum de Decimo Bruto ut patris percuſſore pœnas ſumere potuiſſet, ipſum incolumem dimiſit. Senatus autem omnia in contumeliam Cæſaris, & ut eum quoque deprimerent, Bruto veluti victori contra Antonium, quæ Cæſari tribuenda eſſent, decrevit. Quare Cæſar tot injuriis irritatus, cum ſentiret quoque metu moto, favere Senatum Pompejanis partibus, ſeque tali ipſorum voluntate conterendum, niſi obſiſteret; adhæc Ciceronem cenſuiſſe, quod ipſe Cæſar ornandus & tollendus eſſet, cum aliud diceret, aliud intelligeret, nonnulli ſe puerum contumelioſe vocaſſent, cauſſam optimatium ſine cunctatione deſeruit. Tum inter eum & Antonium per commercia epiſtolarum conditionum facta mentio, cumque effeciſſet, ut milites inter ſe jurejurando ſancirent, cum nullo exercitu qui Cæſaris fuiſſet, bellum ſe geſturos, quadringentos milites Romam ad Senatum miſit, qui conſulatum ſibi nomime exercitus depoſcerent: cum quidem cnnctante Senatu, Cornelius Centurio princeps legationis rejecto ſagulo oſtendens gladii capulum, non dubitaſſet in curia dicere: *Hic faciet, ſi non feceritis vos.* Cicero ſubjecit, *Si ita petteritis conſulatum, eum accipiet.* Militibus re infecta ad Octavianum reverſis, Antonium & Lepidum in Italiam accerſivit, atque ipſe legiones hoſtiliter ad Urbem admovit, C. autem Cæſar Octa-

pulcher apparuit. nam cruentus & ſaucius aquilam, m à moriente ſignifero traditam, ſuis humeris in caſtra referebat.

C AP.

vianus conſul ſtatim factus eſt pridie Natalis ſui X. Kal. Octobris, cum poſtridie viginti annos impleret, cum Q. Pedio collega. Conſul legem tulit de quæſtione in eos habenda, quorum opera pater occiſus eſſet; perrogavit autem Q. Pedius collega: unde lex Pedia nominatur; eaque omnibus, qui Julium Cæſarem interfecerant, aqua & igni interdixit; poſtulatique ea lege M. Brutus, C. Caſſius, D. Brutus, & alii. *Idem.*

k *Obſidio*] Obſidii hujus tempore memorabilia ſtrategemata uſurpata, nempe literis columbarum opera tranſmittendis (Quod ſuperiori ſeculo in obſidio Leidano relatum memoratur) aut per natatores milites laminis plumbeis inciſas, aut immittendis copiis & commeatibus, recenſent Plinius 10. 37. & Frontinus 3. 13. & 3. 14. *Freinſh.*

l *Brutum*] Decimus Brutus cum quatuor veteranis legionibus, & ſex tironum, quos contra Antonium ex S. C. ducebat, fame & inopia coactus, ſtatuit ad Brutum & Caſſium in Macedoniam fugere: legiones tædio & difficultate itineris ejus, quod propoſuerat, deſeritæ, ſex tironum ad Cæſarem, quatuor veteranæ ad Antonium ciunt: ipſe cum peteret Aquilem captus, & à Capeno Sequano, illi Galliæ parti præerat, juſſu Antonii ttucidatus eſt, caputque tonio miſſum: ita Decimus Br patricidii etiam pænas Cæſari dit, ſeſquianno poſt Cæſarem emptum: & paulo poſt Minu Baſillus etiam percuſſorum unu ſuis ſervis, quos per iram caſtra rat, trucidatus eſt. *Stad.*

m *A moriente ſignifero tradit* Simile exemplum apud Cæſa de bel. civ. 3. Ad quorum imita nem hodierni quoque vexill cum ad ſupremum ventum eſt, aliter defendi poteſt vexillum, involuti moriuntur. Sic in pu ad Atellam *repertus eſt Germ ſignifer amputata dextra manu læva fœdo vulnere deſciſſa, ve lum mordicus retinens, ita ut in ſtigio invictæ virtutis expiraſſ deretur.* Jovius hiſt. lib. 4. *Fr hemius.*

a *Alt*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

CAP. V.

Bellum Peruſinum.

ALterum bellum concitavit agrorum diviſio, quos Cæſar veteranis, pretium militiæ, perſolvebat. [b] Semper alias Antonii peſſimum ingenium [c] Fulvia gladio cincta

A *Lterum bellum*] L. Antonius conſul Fulviæ conſilio s, modo apud veteranos Cæm criminatus, modo eos qui os amiſerant (quos veteranis in ris Philippicis Cæſar & Antos promiſſos dederant) ad arma ciens magnum conflaverat extum: ex altera parte Fulvia Anni triumviri uxor, nihil mulie praeter corpus gerens, omnia is tumultuque miſcebat, eaque neſte belli ſedem delegerat. n vero legatis de pace ultro cique miſſis, nihil proficeretur, ar in Nurſinos & Sentinates extum duxit. L. Antonius in ur hoſtiliter invaſit, M. Lepido, cuſtodiæ urbis cum exercitu erat, profligato. Cæſar Sentibus obſidendis Q. Salvidieno miſſis, Romam accurrens, Anum ejecit, & in Galliam condentem in itinere intercepit, at Peruſiæ ſe includentem diu ob. tandem aliquoties erumpere antem, ſed repulſum, fame ad tionem coëgit: ſed veniam pei dedit, & bellum prœlio conum eſt, Calvino & Pollione DCCXIII. Dio, Appian. Sue alii. *Stadius*.

b *Semper alias Antonii peſſimum ingenium*] Sic o. Pall. accedit ed. noſtra vetus. nam ea, *aliter Ant.* Aſſentior autem omnino Salmaſio, qui παρόραμα ipſius auctoris hic agnoſcit, quod equidem clare ſatis arguunt iſta verba, *uxor agitabat*: quæ quidem in editione modo laudata ſine nomine *Fulvia* leguntur, quod ipſum ſuſpicionem mihi movet, & illud vocabulum altrinſecus acceſſiſſe. Præterea ſequentia, *iterum in arma ierat*; nempe poſt bellum Mutinenſe: &, *jam non privatis, ſed totius ſenatus ſuffragiis judicatum hoſtem*: item ſequenti capite, *Antonium ultionis de iis qui ſe hoſtem judicaſſent*: omnia, inquam, hæc convincunt, Floro ſermonem eſſe de M. Antonio, non fratre ejus Lucio. quamvis hiſtoriæ omnes fide dignæ poſteriori huic id tribuant. Grutero tamen placebat Florum ſenſiſſe de Lucio; monebaturque quod M. Antonius non modo peſſimo, ſed ne malo quidem ingenio fuerit, Plutarcho teſte, itemque imperatore Claudio. Sed poſterius teſtimonium, ut domeſticum rejicimus, quamvis nec id quidem obſtet quod magnus appellatur ibi, nam hoc non negat

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

cincta virilis militiæ, uxor agitabat. Ergo depulſ agris colonos incitando, iterum in arma ierat. Hic vero jam non privatis, ſed totius ſenatus ſuffragiis i- dicatum hoſtem Cæſar aggreſſus, intra Peruſiæ m- ros redegit, compulitque ad extrema deditionis, tu- pi & nihil non experta fame.

CAP. VI.

a Triumviratus.

QUum ſolus etiam gravis paci, gravis R publicæ eſſet Antonius, quaſi ignis cendio Lepidus acceſſit. b Quid c tra duos exercitus neceſſe fuit venir cruentiſſimi fœderis ſocietatem? Diverſa omni vota in incendium. Lepidum divitiarum cupi quam

malum etiam fuiſſe, quomodo Val. Max. 9. 6. 2. ext. dicit Annibalem in dubio poſuiſſe, *majorne an pejor vir haberi deberet.* Plutarchum quod attinet, teſtatur ille quidem ingenio fuiſſe natura ſua haud malo, ſed opportuno corruptionibus, quod & noſter voluiſſe videri poſſit, dum *varium ingenio* appellat præcedente capite. Sed ingenium ejus peſſimum fuiſſe nemo melius exponat Cicerone: quamvis nec ei per omnia credendum eſſe cenſeam, cum interdum *accuſatorie* magis quam *Latine* (ſic enim ipſe in Ver. 4. 1. 4. diſtinguit) loquatur. *Fr.*

c *Fulvia*] Cum Fulvia intelligeret Antonium Cleopatræ amoribus irretitum captumque, uſa Manii conſilio, ſperabat cum motu Italico in Italiam à Cleopatra & revocari poſſe. Cum ipſa cto L. Antonio in Aſiam cum libus & Julia Antonii matre ad tonium navigaret, Antonius de intellecta, eam morbo ſe S næ ex zelotypia afflictante contabeſcentem neglexit: ipſe ducentis navibus contra Cæ in Italiam navigat, Sipuntum pat, Brundiſium invadit, & C rem bello laceſſit: ſed arma utrimque poſita ſunt, & ex mi interceſſione, pax compoſita, Octavia Cæſaris ſoror An collocata eſt. Ambo, quod alteri reconciliatus eſſet, cum umphali veſte in urbem in ſunt. Suetonius, Dio, Plutar Faſti Capitolini. *Stadius.*

a *Tr*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

darum ſpes ex turbatione Reipublicæ: Antonium
tiones de his, qui ſe hoſtem judicaſſent: Cæſa-
m inultus pater, & c Manibus ejus graves Caſſius
& Brutus

a TRiumviratus] Cum Cæſar
conſulatum per vim occu-
pſet, omnique ſtudio moliretur,
patris percuſſores ulciſceretur,&
jus opes, quam ut ſolus hoc
pſet,eſſent infirmiores, M.Anto-
n & Lepidum validiſſimis co-
inſtructos ſibi fœdere conjun-
Congreſſus horum trium oc-
us in triduum fuit in agro, ut
,Bononienſi;ut Appianus,Mu-
nſi, & flumine circumfuſo, ibi-
q populi Romani imperium
ſi poſſeſſionem aliquam inter ſe
iti ſunt: ut Cæſar utramque Ly-
n, cum Sicilia, & Sardinia: Le-
is Hiſpanias, & Galliam Nar-
enſem: Antonius reliquas ha-
et Gallias:ut ipſi triumviri eſſent
publicæ conſtituendæ, cum
mo imperio in quinquennium:
iſtratus nec Senatu nec populo
ſulto, quibus ipſi vellent, man-
nt: Lepidum in D.Bruti occiſi
m in inſequentem annum con-
m creant, eumque Romam ac
quam Italiam tueri jubent: An-
us & Cæſar bello Caſſium &
tum proſequerentur: proſcri-
nem ac cædem civium inimi-
m ederent: quod illi Urbem
lo poſt ingreſſi, exſecuti ſunt.
mium autem percuſſoribus
ſcriptorum ingenuis, quique
t proſcripti ad triumviros re-
ent, conſtituerunt centena mil-
Hs. Servius dimidium ejus, &
civitatis, & totidem indicibus
m, qui proſcriptos celaſſent,
aut protexiſſent. *Stadius.*

b *Quid contra duos ex. nec. fuit &c.*] Forte *quid* in *cui* reformandum: ut ſenſus ſit duobus ex diverſa parte exercitibus ſtantibus, neceſſe fuiſſe Lepido, utpote debiliori, venire in ſocietatem: quo ſenſu Vellej. 2. 66. 1. *repugnante Cæſare, ſed fruſtra adverſus duos*, aut legendum *contrarios exercitus*, ut indignetur eos qui nuper hoſtes erant, aliter non potuiſſe ſocietatem inire, quam in perniciem civium. *Freinshemius.*

c *Manibus ejus graves*] Credebantur enim occiſorum Manes ultione placari, quod tangit Juſtinus 16. 1. Hinc intelligendum illud Virgilii Æn. 10. 519.

—— *inferias quos immolet umbris.*

Obſervabant autem imprimis, ut ſi fieri poſſet, ad tumulos ipſos occiſorum mactarentur; quod videlicet nullum gratiorem umbris liquorem ſpargi poſſe crederent, quam inimicorum ſanguinem. Sic Pyrrhus Polyxenam ferit *paterni vertice in buſti.* Seneca in Troadibus verſu 1151. Sic L. Cæſar jugulatus ad buſtum Vari. Val. Max. 9. 2. 2. & Marius prætor ad buſtum Catuli, ſupra 3. 21. Sic Ariſtomes Meſſeniorum fortiſſimus ſibi necem intulit ad filiæ, quam prius occiderat, tumulum. Pauſanias in Meſſ. pag. 241. Alludit hunc motem Seneca de beneficiis 5. 16. *Niſi Allobrogum in illam* [patriam] *cohortes immiſerit* [Catilina] *& trans Alpes accitus*

 hoſtis,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

& Brutus agitabant. [d] In hoc velut fœdus pax inter tres duces componitur. Apud Confluentes inter Peruſiam & Bononiam junguntmanus, & exercitus conſalutant. [e] Nullo bono more Triumviratus invaditur. oppreſſaque armis Republica, redit Syllana proſcriptio: cujus atrocitas nihil in ſe minus habet, quam numerum * centum quadraginta ſenatorum. Exitus fœdi, truces, miſerabiles, toto terrarum orbe fugientium. pro quibus quis pro dignitate rei ingemiſcat, quum [f] Antonius Lucium [g] Cæſarem

hoſtis, vetera & ingenita odia ſatiaverit, ac diu debitas inferias Gallicis buſtis duces Romani perſolverint. Pertinet eo caput Galbæ, quod à liberto Patrobii, qui punitus à Galba fuerat, ad tumulum Patrobii, projectum eſt. Sueton. Galba 20.5. & Tacit. H. 1. 49. *Idem.*

d *In hoc velut fœdus pax inter tres duces componitur*] Conſenſit in triumviratum Octavius, quia adhuc adoleſcens nondū dignitatem tantam & auctoritatem comparārat, quæ ad invadendam Rempublicam & vindicandam Cæſaris cædem ſufficiebat. Sperans ideo Lepidum & Antonium vel ſuiſmet poſtea vitiis, vel occaſione poſſe ſubverti, ceteros qui virtute, opibus, aut dignitate eminebant, proſcriptione tolli maluit, ut invidiam cum aliis potius communicaret, quam ea oneraret ſe ſolus. Hinc etiam amicos prodidit, inter quos cui omnia debebat, Ciceronem, ne aut pro Rep. gravis libertatis exactor, aut privati exprobrator beneficii extaret, quod nonnullos, cum modum exceſſit, odio aut bene meriti exitio extinguere, etiam ante ex Tacito mon[…] Veriſſima eſt Mimi ſententi[…] multis:

Æs debitorem leve; grave ini[…]
cum facit. Zevecotius.

e *Nullo bono more*] Videtu[…] luſum ad exemplum Cæſaris pa[…] Pompeji, & Craſſi, de quibus ſu[…] 4. 2. 12. Ita Servius Æn. 8. 635

——— *raptas ſine more Sa[…]*
nas;

interpretatur, *ſine ullo exemplo*; [……] *ullo bono more.* Idem.

* *Centum quadraginta ſen[…]rum*] Immo ſi Appiano de bel. […] lib. 4. pag. 592. ccc. fuere. *Ide[…]*

f *Antonius, &c.*] Maxim[…] contentionem Ciceronis pro[…]ptio præbuit: cum Antonius […]ditionem acciperet, niſi prius […] interficeretur; Lepidus Anto[…] aſſentiretur, & Cæſar utrique re[…]gnaret; tandem tamen tertio […] Cæſar conſenſit: fuitque per[…]tatio ita facta; Ciceronem Cæ[…] Paullum fratrem Lepidus, L. C[…] L. rem avunculum ſuum Anto[…] proſcribi permitteret. *Stadius.*

g *Cæſarem, &c.*] Lucium C[…]ſar[…]

-trem avunculum ſuum, Lepidus h Lucium Paul-
-lum ſuum fratrem proſcripſerit? Romæ capita cæſo-
-rum proponere in Roſtris jam uſitatum erat: verum
-c quoque civitas lacrymas tenere non potuit, quum
-ciſum i Ciceronis caput in illis ſuis Roſtris vi-
deretur,

-rem Antonii avunculum proſcri- -um ejus ſoror Julia, Antonii ma- -, non diſſimulanter apud ſe ha- -it, & centurionibus hanc diu re- -ritis, ut matrem imperatoris, tan- -mque irrumpentibus ad ejus cæ- -m, mater Antonii ad forum pro- -rans, ad ejus pedes accidit vitam- -ie ejus deprecata eſt; Antoniuſ- -ue plebiſcito, per Plancium con- -lem rogato, ut pænæ eximeretur, -ecit: hoc odium Antonius avun- -lo ſuo repoſuit, quia hoſtis ab -ſo in Senatu judicatus erat. *Idem.*

dotem invitamentumque ſcele- -, ut loquitur Vellej. 2. 67. Et -ias ita ſolet fieri, ut principum -ſcordiæ, miniſtrorum & amico- -m exitio pientur. Cujus rei illu- -re exemplum in Homerica Juno- -, Iliad. 4. verſ. 50. &c. quæ Trojæ -inam non dubitat emere à con- -ge, cariſſimarum urbium exci- -is. *Freinshemius.*

h *L. Paullum*] L. Paullus Lepi- -i frater proſcriptus centurionibus -am reverenter ut Imperatoris ſui -atrem elabi convenientibus, ſe- -tus ad Brutum navigavit, poſt -jus obitum ſe Miletum contulit, -nde ne pace quidem facta, quam- -s revocatus, redire voluit: ita Ap- -ianus, etſi Dio hunc Paul. Aimi- -ilium poſtea cenſorem fuiſſe an. -ccxxxi. cum L. Munatio Planco -ribat, tamen in eo deceptus vide-tur, quia Lepidus cenſor, L. filius, Marci nepos in Capitolinis tabulis: at Lepidus triumvir, Marci filius, Quincti nepos in iiſdem ſcribitur, quod facile prodit, iſtos fratres non fuiſſe. *Stadius.*

i *Ciceronis caput*] Cicero ſub adventum triumvirorum Urbe ceſſerat, fugeratque in Tuſculanum ſuum: cognita vero proſcriptione, inde tranſverſis itineribus in Formianum, ut ab Cajeta navim conſcenſurus proficiſcitur: unde aliquoties in altum provectus, cum modo venti adverſi retuliſſent, modo ipſe jactationem navis pati non poſſet, tædium tandem eum & fugæ & vitæ cœpit, regreſſuſque ad ſuperiorem villam, quæ paulo plus mille paſſibus abeſt à mari, *Moriar*, inquit, *in patria ſæpe ſervata*. Cum ſervi ejus etiam prodigiis terrerentur, & percuſſorum venientium rumore, eum partim vi, partim precibus lectica exceptum ad mare deferebant: ſed Cicero cum percuſſores ad cædem accurrere ſentiret, lecticam deponere, & quod ſors iniqua cogeret, quietos pati juſſit, prominenti ex lectica, præbentique immotam cervicem, caput à Popillio Lænate (quem ipſe patricidii reum à manifeſta morte patrocinio ſuo eripuerat) præciſum eſt: nec ſatis ſtolidæ crudelitati militum fuit, manus quoque ſcripſiſſe

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

deretur, nec aliter ad videndum eum, quam ſoleb ad audiendum, concurreretur. Hæc ſcelera in A tonii Lepidique tabulis. Cæſar percuſſoribus p tris contentus fuit. Hæc quoque k niſi multa fu ſet, etiam juſta cædes haberetur.

CAP. VII.

Bellum Caſſii & Bruti.

a BRutus & Caſſius ſic Cæſarem, b qu Tarquinium regem, depuliſſe regn videbantur: ſed libertatem, quam m xime reſtitutam voluerunt, illo ip c parricidio perdidere. Igitur cæde perfecta, quu veteranos Cæſaris, nec immerito, timerent, ſtati è cu

aliquid in Antonium exprobrantes præciderunt. Caput & manus Ciceronis ipſe Lænas Antonio comitia in foro habenti eminus oſtendit, quo ille maxime lætatus, tribunum militum coronavit, & Hs. decies pro maximo præmio dedit. Fulvia uxor Antonii, caput antequam auferretur, in manus ſumſit, atque atrocibus verbis illudens & conſpuens, genibus ſuis impoſuit, & linguam ex ore extractam, acubus, quibus ad capitis ornamentum utebatur, compunxit, additis multis iiſque exſecrandis opprobriis. Juſſu autem Antonii pro roſtris loco præ aliis conſpicuo caput ejus poſitum eſt, ut unde in ipſum verba faciens auditus fuerat, ibi caput ejus inter duas manus conſpiceretur. Sed vix attollentes lacrumis oculos homines intueri trucidata ejus membra potera cæterorum enim cædes privatos ctus moverant, illa una comm nem. Cicero occiſus eſt 7. Idus I cembris DCCX. vixit an. LXIII. m ſes XI. dies quinque. Cætera ap Fabricium Marcoduranum fide ſimum Ciceronis vitæ ſcriptora leges, & in Sebaſtiani Corr Quæſtura. *Idem.*

k *Niſi multa fuiſſet*] Nam etia ſi juſta puniendi cauſſa ſit, præ ignoſcere, cum magna delinque tium copia eſt, aut paucorum tem ſupplicio contentum eſ quam acrioribus remediis ac i mala ſunt, civitatem labefacta Seneca de ira 2. 10. *In ſingulos ſeveritas imperatoris diſtringitur: ac ne ceſſaria venia eſt, ubi totus deſer* (Lipſius mallet *deliquit*) *exercit* Freinshemius.

a *Brut*

curia in Capitolium confugerunt. Nec illis ad ul-
onem deerat animus; ſed ducem non habebant.
Igitur

a BRutus & Caſſius] Brutus & Caſſius, Aſia & Græcia in poteſtatem ſuam redactis, in Macedo-
m, ut ibi bellum gererent, trajecunt: nec ita multo poſt imperaCæſar, & M. Antonius cum inati exercitu advenerunt, atque UrbemPhilippos(unde hoc beln Philippenſe dicitur) caſtra è reone hoſtium poſuerunt, ibi puatum eſt acerrimo prœlio, ſed tio eventu & dubio Marte, ita ut utus Cæſarem, Antonium Caſm(uterque eorum dextrum corregebat) pepulerint, & caſtra umque ab iis qui vicerunt, expuata ſint. Caſſius cum Brutum, iem in acie cecidiſſe metuebat, m equitatu redeuntem longe oſpexiſſet, irrumpentes hoſtes eſſuſpicatus, ſibi Pindari liberti ſui anu caput præſecari juſſit. Poſt ucos dies M. Brutus altero prœo victus, rebuſque deſperatis vim & ipſe, cum ageret trigeſimum ptimum annum, finivit, atque ipus latus gladio hauſitStrato, Bruto corante, ut hoc ſibi extremum ofcium præſtaret. Eodem tempore anus ſibi intulerunt principum omanorum circiter XL. Catonis lius in prœlio cecidit. Q. Hortenus juſſu Antonii triumviri ad fratis ſuiC. Antonii ſepulcrum (quem rutus operaHortenſii in ultionem Ciceronis interfici juſſerat) jugulaus eſt: quia Antonius cædem fratis ſui potius in Hortenſii culpam, uam in Bruti mandata referebat. *tadius.*

b *Quaſi Tarquinium &c.*] L. Junius Brutus Tarquinium Superbum regno ut tyrannum expulit, atque cum M. Brutus genus paternum ad eundem referret (multi tamen Cæſaris ex Serviliæ Catonis ſororis adulterio filium potius eſſe opinabantur) variis convitiis & dicteriis, ut qui Cæſarem dominantem degenerans à majoribus ſuis pateretur, irritatus, impetum ſumpſit occidendi Cæſaris, ut libertatem Reipublicæ aſſereret, conſpirantibus Caſſio & Decimo Bruto. Cæde perpetrata, cum ipſi quoque ut tyrannicidæ, laudis & gloriæ præmia peterent, cum Cæſaris interempti contumelia, Antonius conſul interceſſit, metuens, ſi Cæſar ut tyrannus damnaretur, quod cadaver ejus in Tiberim projiceretur, acta ejus cum magno Antonii diſcrimine reſcinderentur, & bona publicarentur. Prolato igitur Cæſaris cadavere, & populo, qui ob legatum Cæſaris ineſcabatur, ad commiſerationem commoto, Antonius omnia pacis conſilia, & iſtam percuſſorum ſpem perturbavit, uti latius à nobis capite tertio præcedenti expoſitum eſt. *Idem.*

c *Parricidio*] Patricidii vocabulo, auxeſi invidioſa, pro homicidio utitur, eo ſenſu, ut quem ex S. C. Patrem patriæ ſuperiori anno cognominaverant, eundem in Senatu occiderint. Percuſſores itaque Cęſaris ex vocabuli natione Patricidæ ſunt, & cædes ejus patricidium proprie diceretur. Teſtatur etiam Sue-

Igitur quum appareret, quæ ſtrages Reipublicæ i- mineret, diſplicuit ultio cum conſulis * abolitio decreta. d Ne tamen publici doloris oculos ferre in provincias ab illo ipſo, quem occiderant, Cæſ datas, Syriam & Macedoniam, conceſſerunt. S vindicta Cæſaris dilata potius, quam oppreſſa eſt. gitur ordinata magis, ut poterat, quam ut debeb in Triumviros republica, relicto ad Urbis præſidiu Lepido, Cæſar cum Antonio in Caſſium Brutu que ſuccingitur. Illi, comparatis e ingentibus c piis, eandem illam, quæ fatalis Cnæo Pompejo fu f harenam inſederant. Sed nec tum imminentia cl dis deſtinata ſigna latuere. Nam & aſſuetæ cadav ru

tonius placuiſſe populo, ut Idus Martiæ Patricidium dicerentur: nimirum quia ii patrem patriæ eo die in Senatu occidiſſent, quos ipſe hoſtes paullo ante ſervaverat. *Idem.*

* *Abolitione*] ἀμνηςία Athenienſium exemplo, & conſenſu etiam Antonii fuit decreta, ſed ab eodem mox abolita ſimulatque amoto metu, ſecutus ad ingenium redire poterat. *Idem.*

d *Ne tamen, &c.*] Cum irritata plebs ad percuſſorum domos facibus contendiſſet, M. Brutus & Caſſius Urbem reliquerunt, & Antium atque Lanuvium profecti, diu ibi otioſi fuerunt: quia ambitioſum putabant, cum nondum prætura urbana defuncti eſſent, in provincias (Caſſio Suria, Bruto Macedonia à Cæſare decreta erat) navigare. Sextili tamen menſe Brutum Italia ceſſiſſe, ex Cicerone manifeſtum eſt. *Idem.*

e *Ingentibus copiis*] Quippe *jam decem & ſeptem legionum pot tes erant.* Vellej. 2. 65. immo *bi nio non integro collegerunt pluſqu viginti legiones, & equitum circ viginti millia.* Plutarchus.

f *Harenam*] Philippos urb Macedoniæ intelligit, ubi hoc pr lium commiſſum eſt: unde & h bellum, ut diximus, Philippe vocatur, cum antea eadem urbs D thos diceretur. Arenam tranſlati vocat campos Philippicos, in q bus depugnatum eſt: quia loc ubi gladiatores committebantu arena ideo inſpergebatur, ut ne i ſanguinis ſui, dum digladiantur, l bricitate lapſarent. Aſſuetas cad verum pabulo volucres ambagib verborum pro vulturibus dix quia vultures pręſagio quodam n turali, biduo aut triduo convola eo ſolent, ubi cadavera ſunt futur ut Plinius & Ælianus teſtantu Quod ad magnitudinem copi ru

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

ım pabulo volucres, caſtra quaſi jam ſua circumolabant: & in aciem prodeuntibus obvius Æthiops imis aperte ferale ſignum fuit. Ipſique Bruto per octem, quum allato lumine ex more aliqua ſecum gitaret, atra quædam imago ſe obtulit: & *quæ eſſet:* iterrogata: *Tuus,* inquit, [g] *malus genius.* Hoc diit, & ſub oculis mirantis evanuit. Pari in meliora ræſagio in Cæſaris caſtris omnia aves, victimæque romiſerant: ſed nihil illo præſentius, quod Cæſais [h] medicus ſomnio admonitus eſt, *ut Cæſar caſtris exce-*

ım attinet, Appianus utrimque ndeviginti legiones conficit; adæc Antonii & Cæſaris equitatum III. & Bruti & Caſſii XX. M. *Staius.*

g *Malus genius*] Scribit Plutarchus Brutum minimi ſomni fuiſſe, x in animo plane ob ingens quod noliebatur bellum impedito, noctes egiſſe magna ex parte inſonnes. Cum eſſet poſtridie copias x Aſia in Europam tranſportaturus, concubia jam nocte omnibus altiſſimo ſilentio ſopitis, atque ipſo tenui admodum lumine utente, cogitanti, & curis anxio ſpectrum quoddam intrare videbatur terribile, & monſtroſa imagine, auſo percunctari, quiſnam hominum aut deorum eſſet, aut quid ſibi vellet? reſpondit imago? Tuus ô Brute malus ſum genius, apud Philippos iterum me videbis: tum ille imperterritus; videbo, inquit. Cum Brutus iſta Caſſio, qui Epicureus erat, de ſpectro referret, dicebat ille, ludibrium eſſe ex vi imaginatrice conceptum ab eo, cujus ſenſus curarum æſtu fatigati, ita mentem exagitarent, ut tales imaginationes conciperet. Verum idem ſpectrum, ſed mutum, ſe Bruto in Philippis obtulit, pridie quam ultimo prœlio Brutus ſuperaretur. *Idem.* Mirum plane hoc eſt, & quod Caſſius, ſi Plutarcho credimus, ut vanum irriſit, ſed mortuus in Philippis brevi poſt Brutus ſatis edocuit, illa, quæ nos latent, ridenda non eſſe. Sic poſt liberatas Syracuſas Dio paulo ante quam à Calippo interficeretur, vidit horrendam mulierem, nec cultu nec facie à tragica furia diverſam, quæ domum ſcopis verrebat. Caſſio Parmenſi, cum fractis Antonii rebus fugiſſet Athenas, paucis poſt diebus Octavii juſſu perituro apparuit homo immanis, niger & ſqualidus, qui ſe malum illius genium eſſe affirmavit. Juliano pridie quam in Perſide occumberet, umbra plena horroris, quaſi ab eo diſcedens ſe oſtendit, nec dubitavit ille ſtatim affirmare à genio ſuo ſe deſertum eſſe, & non dubiam imminere ſibi mortem. *Zevecotius.*

h *Medicus*] Medicum hunc Artorium

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

excederet, quibus capi imminebat: ut factum eſt. … cie namque commiſſa, quum pari ardore aliquar… diu dimicatum foret: & quamvis duces non eſſe… præſentes, quorum alterum corporis ægritudo, i… lum metus & ignavia ſubduxiſſent; ſtaret tamen p… partibus invicta fortuna [i] & ultoris, & qui vindic… batur: primum adeo anceps fuit & par utrimque di… crimen, ut exitus prœlii docuit. Capta ſunt hi… Cæſaris caſtra, inde Caſſii. Sed quanto efficaci… eſt fortuna quam virtus! & quam verum eſt, [k] quo… moriens efflavit, non *in re, ſed in verbo tantum e…* *virtutem!* Victoriam illi prœlio error dedit. Caſſiu… inclinato cornu ſuorum, quum, captis Cæſaris c… ſtris, rapido impetu recipientes ſe equites videret… fugere arbitratus, evadit in tumulum. inde pulver… & ſtrepitu, & jam nocte vicina, eximentibus geſt… re…

torium vocant Plutarchus & Paterculus. Cæſar ex valetudine imbecilliore in caſtris ſuis decumbebat, ſed ea medici denunciatione admonitus, in aciem ſe recepit, quæ res ipſi ſaluti fuit: nam hoſtes lecticam ejus vacuam pilis jaculiſque confoderunt, aſſeverantes Bruto, cui gladios cruentatos oſtendebant, ipſum quoque Cæſarem à ſe confectum eſſe. Antonius fertur primo congreſſu ſubtraxiſſe, & ad paludes receſſiſſe: ſed cum cornu ſuorum viciſſet, iterum in prœlium irruiſſe, ita ut victoriæ laus penes Antonium fuerit. *Stadius.*

i *Et ultoris, & qui vindicabatur*] Emendo, *ſtaret tamen pro partibus invicta & ultoris & qui vindicabatur*, ſtabat pro partibus fortuna ultoris, hoc eſt Octavii, qui necem patris ultum ibat, & qui vin… dicabatur; id eſt & ejus fortuna qu… vindicabatur, Julii nempe Cæſaris… ſubintelligendum autem *ejus*: ſi… loquitur noſter ſupra, *ſuorum ani… mos erexit & hoſtis perculit*; ſub… audi *animos*. Salmaſius.

k *Quod moriens &c.*] Dio extremo libr. 47. recitaſſe Brutu… Herculis quoddam dictum refert… tali ſenſu verborum: O *infelix, virtus itane, cum nihil quam nome… eſſes, ego te tanquam rem aliqua… exercui, cum tu fortunæ ſervieris!* hoc & Alciatus in Emblematis ita expreſſit:

Iamjam ſtricturus moribunda in
pectora ferrum,
Andaci hos Brutus protulit ore
ſonos; *(verbis,*
Infelix virtus, & ſolis provida
Fortu-

i ſenſum, quum [l] ſpeculator quoque in id miſſus, rdius renunciaret, transactum de partibus ratus, ni de proximis auferendum præbuit caput. Bruis quum in Caſſio etiam ſuum animum perdidiſſet, e quid [m] ex conſtituti fide reſignaret (ita enim par ſupereſſe bello convenerat) ipſe quoque uni conitum ſuorum confodiendum præbuit latus. Quis ipientiſſimos viros non miretur ad ultimum non is manibus uſos? niſi ſi hoc quoque ex perſuaſioe defuit, ne violarent manus, ſed in abolitione ſantiſſimarum piiſſimarumque animarum, judicio ſuo, ſcelere alieno, uterentur.

Fortunam in rebus cur ſequeris dominum. Stadius.

t hic forte ſit verſus, quem Bru- pronunciatum excidiſſe ſibi it Volumnius apud Plut. Bruto ap. 74.

l *Speculator*] Titinnium miſit peculatum Caſſius, atque cum um Bruti equites, ut victores, nutuis amplexibus exciperent, iiſque officiis ejus reditum remorarentur; Caſſius & ipſum ab hoſtibus interceptum ſuſpicatus, equiteſque Bruti, qui gratulabundi cum Titinnio ad ſe contenderent, eſſe hoſtes qui irruerent, opinatus, lacerna caput circumdedit, extenſamque cervicem interritus Pindaro (quem ad hujuſmodi neceſſitatem jam à Craſſiana clade ſecum ducebat) præbuit. Deciderat Caſſii caput, cum Titinnus advenit nuntians Brutum eſſe victorem, qui cum imperatorem proſtratum eſſe videret, *Sequar*, inquit, *eum, quem mea occidit tarditas*, ſtrictoque gladio ſe confodit. ita Patercul. Plutarch. alii. *Stadius.*

m *Ex conſtituti fide*] Brutus & Caſſius eo animo in hoſtem ſe ituros mutua fide ante prœlium receperant, ut aut vincerent, aut à victore ſibi deinceps non metuerent: intelligebant enim quod mortem ſibi, niſi Deus ipſorum res ſecundaret, conſciſcerent. *Idem.*

n *Par ſupereſſe bello convenerat*] Apparet corruptum eſſe locum hunc, præſertim diſſentientibus etiam membranis, quarum duæ vocem *par* omnino omittunt, quomodo & e. v. Naz. autem *perſupereſſe* præfert. Unde Salmaſius *præ ſupereſſe*, hoc eſt potius quam ſupereſſe: fortaſſis etiam legi poſſit: *ita enim ſuper iſto bello convenerat.* Vide omnino Plut. Bruto cap. 58. *Freinshemius.*

o *Scelere alieno*] Sic Darius apud Curtium 5. 12. 11. *Forſitan mireris quod vitam non finiam: alieno ſcelere quam meo mori malo.* A qua ſenten-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

CAP. VIII.

Bellum [a] cum Sexto Pompejo.

SUblatis percuſſoribus Cæſaris, ſuperer Pompeji domus. Alter juvenum in Hiſp nia occiderat, alter fuga evaſerat: co tractiſque infelicis belli reliquiis, quu inſuper ergaſtula armaſſet, Siciliam, Sardiniamqu habebat. Jam & claſſe medium mare inſederat, quam diverſus à patre! Ille Cilicas extinxerat: h ſecu

ſententia non longe diſtat quod de Carthaginenſibus eſt ſupra 2. 15.

Patriam ſuam malebant hoſtiu manibus, quam ſuis everti. Ide

a *CVm S. Pompejo*] S. Pompejus ex S. C. ab Hiſpania in Italiam revocatus eſt, ipſique ex ærario patrimonium reſtitutum, & claſſis commiſſa erat: ſed triumviris crudeliter dominantibus, cum undique proſcriptos & quoſcunque fugitivos reciperet, ſine ulla ullius loci poſſeſſione in mari prædabatur, Meſſana quoque Siciliæ, & deinde totam inſulam occupat. A. Pompejum Bithynicum prætorem occîdit, Q. Salvidienum Cæſaris legatum navali prœlio ſuperat, interea dum bellum à Cæſare & Antonio in Caſſium & Brutum paratur. Quibus devictis, cum Pompejus maritimas annonæ ſubvectiones claſſe infeſta arceret, Romanoſque per aliquot annos opprimeret, cum eo poſtulatam à populo R. pacem Cæſar & Antonius circa Miſenum fecerunt, ita ut ille Siciliam, Sardiniam, & Achajam per quinquennium haberet, mar à piratis liberaret, commeatum Urbem mitteret. Cum vero Sext iterum latrociniis commercia in pediret, nec pacem ex condition præſtaret, Cæſar neceſſarium co tra eum ſuſcepit bellum, duobu que prœliis ancipiti admodu Marte cum eo pugnavit, gravite que Cæſarem eo tempore fortun concuſſit, quippe majorem parte claſſis circa Veliam Palinuriqu promontorium adorta vis Africi la ceravit. Proximus inde annus i comparanda claſſe conſumtus eſ Anno demum ſequenti vario even tu navalibus prœliis pugnatum eſt ita ut duarum claſſium Cæſaris al tera, cui Agrippa præerat, vince ret, altera quam Cæſar ducebat deſereretur, expoſitique in terr milites fere à Pompejo oppreſſ ſint. Victus deinde Pompejus Meſſanam profugit, inde Corcyram, & cum

cum [b] piratas navales agitarat. Tanta mole bel-
penitus in Siculo freto juvenis oppreſſus eſt: ma-
nique famam ducis ad inferos ſecum tuliſſet, ſi ni-
il tentaſſet ulterius: niſi quod magnæ indolis ſi-
num eſt, ſperare ſemper. Perditis enim rebus pro-
igit, Aſiamque velis petit, venturus ibi in manus
oſtium & catenas, & [c] quod miſerrimum eſt for-
bus viris, ad hoſtium arbitrium [d] ſub percuſſore
ioriturus. Non alia poſt Xerxem miſerabilior fu-
ı. quippe modo trecentarum quinquaginta navium
ominus, cum ſex ſeptemve fugiebat, extincto
Prætoriæ navis lumine, anulis in mare abjectis,
avens atque reſpectans, & tamen non timens ne
eriret.

CAP.

cum in Cephalleniam nullo pro-
quente appuliſſet, ad Antonium
ſpicere cœpit. *Stadius.*

b *Piratas navales*] Qui iſti na-
les piratæ? Navales piratas vo-
t claſſem Sexti Pompeji. Cum
im vulgo piratæ myoparonibus
ntum lenunculis mare infeſtent:
i navibus & triremibus, ut in ma-
a claſſe infeſtum reddebant. *Sal-
aſius.*

c *Quod miſerrimum eſt fortibus
iris &c.*] Vere miſerrimum. cui
editati ut ſe ſubducant homines,
ortem ſibi ipſis inferunt, ſi ullo
odo poſſunt; aut adeo confodi-
ntur ſtrenue pugnantes, quemad-
odum oſtendi ad Tacit. 4. 25. Vo-
at hoc ipſum, *ſibi conſulere*, Juſti-
us extremo libr. 4. *Gruterus.*

d *Sub percuſſore*] Cum Sextus
ompejus ex fuga in Samum inſu-
am delatus eſſet, & de Antonii cla-
de à Parthis accepta intelligeret, ra-
tus ſe Antonii imperium ad ſe faci-
le tranſlaturum, ad auxilia & ſocie-
tatem varios reges & pepulos ſol-
licitare cœpit: ſed cum inter du-
cem, & ſupplicem tumultuatur, &
nunc dignitatem retinet, nunc vi-
tam precatur à Titio Antonii lega-
to victus, & Mileti jugulatus eſt,
cum ageret annum quadrageſi-
mum. Cæſar etiam poſt Pompeji
fugam, Lepidum triumvirum, quem
ex Africa in auxilium evocaverat,
ſuperbientem viginti legionum fi-
ducia, ſummaſque ſibi partes terro-
re ac minis vindicantem ſpoliavit
exercitu, ſupplicemque, conceſſa
vita, & abrogato triumviratus ho-
nore, Circejis in perpetuum rele-
gavit. Suetonius, Dio, Paterculus,
Appianus, alii. *Stadius.*

e *Prætoriæ navis lumine*] Legi-
tur & *prætorio navi lumine.* juſſit
autem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

CAP. IX.

a Bellum Parthicum duce Ventidio.

QUamvis in Caſſio & Bruto partes ſuſtuliſſ... in Pompejo totum partium nomen abol... ſet: nondum tamen ad pacis ſtabilitat... profecerat Cæſar, quum ſcopulus, & nodus, & m... ra publicæ ſecuritatis ſupereſſet Antonius. Nec ... le defuit vitiis, quin periret: immo omnia exper... ambitu & luxuria, primum hoſtes, deinde civ... tandem etiam terrore ſui ſæculum liberavit. P... thi clade Craſſiana altius animos erexerant: civil... que populi Romani diſcordias læti acceperant: ... taque ut prima adfulſit occaſio, non dubitaveru... & erumpere, ultro quidem invitante Labieno: c... miſſ...

autem Pompejus lumen ſuæ navis extingui, ut ne noctu, quo fugeret, id indicaret. Dio lib. 48. pag. 449. In prætoria Scipionis nave, inſigne nocturnum trium luminum eſt apud Livium 29. 25. *Vinetus.* ... autem lumen iſtud, *ignis quo na... prætoriæ reliquis prælucere ſole...* nempe ut eundem curſum tenea... Dio citato loco. *Freinshemius.*

---

a BEllum *Parthicum*] T. Labienus Titi filius à Bruto Caſſio miſſus erat ad Oroden Parthorum regem, ut eum in ſocietatem armorum ſollicitaret: ſed cum illos ab Antonio & Cæſare devictos intelligeret, ipſe regem impulit, quod in Aſiam cum exercitu mitteretur, uſurus & opportunitate temporis, & victoriæ occaſione, interea dum Antonius Cleopatræ amoribus dementatus, ſocordia contabeſceret: Cæſar L. Antonii, & Fulviæ bello & domeſtico & laborioſo diſtineretur. Irrupit itac... ipſe in Suriam cum Pacoro Oro... filio, victoque Decidio Saxa A... tonii legato, univerſam eam p... vinciam, & Phœniciam, Cilicia... & Palæſtinam occupat, & Impe... tor Parthorum ſalutatur. M. Ant... nius tot cladibus ab amore & ... brietate expergefactus, Ventidiu... Baſſum contra Parthos mittit, ... eos, nimia victoriæ fiducia, fe... cientes, altero etiam prœlio victo... Suria & Tauro monte, Labieno ... Phranapate præcipuis Partho... duc...

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

riſſus à Caſſio Brutoque (quis furor ſcelerum!) ſolicitaverat hoſtes in auxilium: & illi, Pacoro duce, egio juvene, diſſipant Antoniana præſidia. [b] Saxa legatus, ne veniret in poteſtatem, à gladio ſuo imperavit. Denique ablata Syria, emanabat latius malum, [c] hoſtibus ſub auxilii ſpecie ſibi vincentibus; niſi [d] Ventidius, & hic legatus Antonii, incredibili felicitate & Labieni copias, ipſumque Pacorum,

cibus occiſis, expulit, & Palæſtinam recepit. Sequenti deinde anno ... entem Parthorum ſtragem de... in agro Cyreſtico, Pacoro regis ...o occiſo, cujus caput, ut mani...s Craſſi parentaret, & Suriam in ...n propenſiſſimam ejus clade ad ...ditionem compelleret, oppida... circumferri juſſit. *Stadius.*

b *Saxa*] Ita vocatur Appiano ... Parthici & Syriaci pag. 120. Epi...mæ Livianæ 127. *Decidius Saxa.* ...llejus nomen non exprimit: præ...ea interfectum non ſua manu, ... hoſtili tradit. cui & Dio l. 48. ...g. 425. adſentit. *Freinshemius.*

c *Hoſtibus ſub auxilii ſpecie ſibi ...ncentibus*] Belle iſtud fit. ſic & ...ota habuimus 5.21. *ſub ſpecie par...tem ſe vendicant.* nec abludit illud ...hucydidis 3. 12. *Et per ſeptem dies ...os Eurymedon cum ſexaginta na...bus profectus, manſerat; Corcyrei ... interfecerunt, quos inimicos eſſe ...cebant: crimini quidem illis dan..., quod popularem ſtatum everte...nt. ſed nonnulli etiam ob inimici...s privatas, alii etiam propter pe...nias, quæ ipſis debebantur, à debi...ribus, qui eas acceperant, interfe... fuerunt.* Gruterus. Thucydidæo ...emplo ſimilia evenerunt inter proſcriptiones Romanas ſub Sylla & Triumviris. *Freinshemius.*

d *Ventidius*] Is egregio ſtratagemate hoſtes eluſit. Cum enim à Regulo quodam quem inter familiares habebat, Pacoro Regi omnia indicari ſenſiſſet, illius perfidia uſus optare ſe ſimulavit quæ minime volebat, & iſta arte Parthos decepit & ſuperavit. *Front. l. 1. c. 1.* Jam victos ulterius perſequi timuit, ne iniquius id ferret Antonius. Illa enim principum conditio eſt, ut caſus tantum adverſos aliis tribuant, ſecundos ſibi velint adſcribi. Unde bene monet Agrippa, (*Dio l. 49.*) ut qui Principibus placere vult, difficultatem rerum ipſe amoliatur, ſed gloriam impoſitæ ſummæ manus illis relinquat. Apud Curt. Alexander, *l. 6.* hoſtem vinci voluerat, Antipatrum viciſſe ne tacitus quidem indignabatur, ſuæ demptum gloriæ exiſtimans, quidquid ceſſiſſet alienæ. Ideo prudenter in ſacris 2. *Sam.* 12. Joab cum regiam Ammonitarum urbem redegiſſet ad extrema, Davidem monuit ut ipſe accederet, & occupati loci gloriam ſibi vendicaret. *Zevecotius.* Ventidius Baſſus bello ſociali à Pompejo Strabone expugnato Aſculo, captus erat, & in tri-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

corum, & omnem Parthicum equitatum, toto in[...]
e Orontem & Euphratem ſinu late cecidiſſet. V[...]
ginti amplius millium fuit. nec ſine conſilio duc[...]
f qui, ſimulato metu, adeo paſſus eſt hoſtem caſtris
ſuccedere, donec abſumto jactus ſpatio, adimeret
uſum ſagittarum. Rex fortiſſime dimicans cecid[...]
Mox g circumlato ejus per urbes, quæ deſcivera[...]
capit[...]

in triumphum ductus: qui obſcuro etiam loco natus, victum ſordide quærebat comparandis mulis & vehiculis, quibus magiſtratus, qui provincias ſortiti forent, proficiſcerentur. Hic cum Cæſari in Gallia ob diligentiam & induſtriam probatus eſſet, ab eodem in amicorum numero receptus, ad tribunatum plebis, præturam, & conſulatum promotus eſt, primuſque de Parthis triumphum duxit, anno DCCXV. *Stadius.*

e *Orontem*] Orontes Syriæ fluvius ex Antilibano defluens, juxta Seleuciam in Syriacum mare defluit. Euphrates fluvius in Armenia majore ortus, vario alvei flexu inter Meſopotamiam & Syriam delabitur: hinc ab ortu in ſeptentrionem ſinuoſo alveo ſeſe inſinuans, Babyloniam claudit, mox juxta Apamiam cum Tygri confuſus, tandem in ſinum Perſicum duobus oſtiis excurrit. Appian. & Dio in Cirrheſtica Syriæ hoc prœlio Pacorum à Ventidio ſuperatum ſcribunt, dum Parthorum audaciam ſimulato etiam metu uſque adeo accendit, ut caſtris ejus prærupto in loco poſitis ſuccederent, quos cum ſubita eruptione invaſiſſet, eos deturbat, profligat, occidit. Cyrrheſtica à Ptolemæo inter flexum, S[...] gæ fluvii & Euphratis deſcribi[...] *Idem.*

f *Qui, ſimulato metu*] Fronti[...] hoc ſtratagema libr. 2. ita rec[...] *Ventidius adverſus Parthos non a[...] milites deduxit, quam illi quinge[...] non amplius paſſibus abeſſent, a[...] ita procurſione ſubita adeo ſuos [...] movit, ut ſagittas, quibus ex [...] ginquo uſus eſt, cominus congre[...] eluderet, quo conſilio, quia quan[...] fiduciæ etiam ſpeciem oſtentave[...] celeriter barbaros debellavit.*

g *Circumlato ejus per urbes [...] capite &c.*] Variis de cauſſis [...] putata virorum inſignium ca[...] circumlata, aut alio miſſa fu[...] præſertim autem in fidem victor[...] & terrorem hoſtium. Exempla [...] quam plurima, ut in capite *M. A[...] tonii* oratoris, quod in Marii m[...] ſis expoſitum. ſupra 3. 21. *Aſ[...] balis*, quod ante Annibalis ca[...] projectum. Livius 27. 33. *De[...] Bruti*, quod ad Antonium miſ[...] eſt. Appianus fine tertii civili[...] *Caſetii Ruffi*, quod ad Anton[...] triumvirum delatum eſt. Val. M[...] 9. 5. 4. *Ciceronis*, quod in ro[...] expoſitum. ſupra 4. 6. *Clodii A[...] ni*, quod Severus exciſum pilo [...] cumtulit, Romamque miſit, lit[...] ac[...]

apite, Syria ſine bello recepta. Sic Craſſianam cla-
em Pacori cæde [h] penſavimus.

CAP.

ſenatum datis, quibus inſulta-
t, quod Albinum tantopere dile-
ſent. Capitolinus Albino, cap. 9.
nſtantini ultimi Græcorum im-
ratoris, quod *Mahomethis juſſu*
ſciſſum, per urbem & tota caſtra
ad ludibrium geſtatum. Sabelli-
s Ennead. 10. lib. 6. princ. *Craſſi,*
od ad regem Parthorum *reporta-*
m, ſupra 3. 11. 11. *Cunimundi,*
quo poculum fecit Alboinus.
ul. Diaconus de geſt. Langob. 2.
. *Curionis,* quod *reſectum ad Iu-*
m perlatum. App. civ. 2. p. 456.
ri, quod in *utrem humano ſan-*
ine repletum conjici Tamyris *juſ-*
. Juſtinus 1. 8. *Euryali*, quod
rectis in haſtis præfixere Rutuli.
rgilius Æn. 9. 465. *Galbæ* quod
lixas caloneſque ſuffixum lacera-
mque, ante Patrobii tumulum po-
ra demum die repertum. Tacitus
. 1. 49. *Goliathi*, quod *David*
tulit in Ieruſalem. 1. Reg. 17. *C.*
acchi, quod ad cos. relatum
rcuſſoribus auro penſatum eſt. ſu-
a 3. 15. d. *Induciomari*, quod ad
æſarem relatum. ſupra. 3. 10. *La-*
ni, quod ad Cæſarem relatum.
pianus 2. civilium pag. 493. *C.*
arii junioris, quod *ad ſe relatum*
lla pro roſtris poſuit. Idem 1. ci-
ium pag. 408. *Marcii Marii*, quod
aneſte miſſum. Idem ibidem. &
iſt. Miſcella. 5. 18. *Nicanoris*, quod
dæi *ſuſpenderunt contra Ieruſa-*
n. 2. Maccab. 15. *Nicephori*, quod
lgarorum rex *Crumus conto præ-*
it, omnibuſque demonſtravit. Ce-
enus pag. 396. *Niſi* quod *arrectis*

in haſtis præfixerunt Rutuli. Virgilius Æn. 9. 465. *Octavii cos.* quod *pro roſtris expoſitum.* ſupra. 3. 21. *Orebi* principis Madianitæ, quod *portatum ad Gedeonem.* Judic. 7. 25. *Olofernis*, quod Judæi *ſuſpenderunt ſuper muros* Bethuliæ. Judith 14. 7. *Philiſti*, quod à Syracuſanis demptum. Plutarchus Dione cap. 45. *Pompeji Magni*, quod *à Ptolemæo Cæſari miſſum.* Dio lib. 42. pag. 2. 2. *Cn. Pompeji filii*, quod Cæſari *allatum, & populo datum eſt in conſpectum.* Hirtius de bello Hiſpan. cap. 39. *Poſthumii*, quod in uſum vaſis vertere Boji. Livius 23. 24. *Proſcriptorum* Sulla, deinde Triumviris jubentibus. *Romanorum* in Macedonia, quæ Thraces Perſeo militantes haſtis affixa in caſtra retulerunt. Livius 42. 60. *Saulis*, quod *miſerunt in terram Philiſtinorum per circuitum.* Regum 1. 31. *Servilii*, quod *veruto ſuffixum allatum Annibali.* Silius 17. 312. *Stoſlai* Moſcorum ducis, *ex quo Cures Pacinacorum princeps poculum fieri curavit.* H. Henningea in Genealogia Moſcorum. *Vari*, quod ad Cæſarem relatum. Appianus civilium 2. pagina 493. *Zeos*, quod *portatum ad Gedeonem.* Judicum 7. 25. Sic apud Virgilium Æneidos 12. 511.

Turnus equo dejectum Amycum, fratremque Diorem
Congreſſus pedes, hunc venientem, cuſpide longa,
Hunc mucrone ferit: curruque abſciſſa duorum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

CAP. X.

[a] Bellum Parthicum cum Antonio.

EXpertis invicem Parthis atque Romanis quum Craſſus atque Pacorus utrinque virium mutuarum documenta feciſſent pari rurſus reverentia integrata amicitia & quidem ab ipſo fœdus Antonio cum rege percuſſum. Sed immenſa vanitas hominis, dum titulorum cupi

Suſpendit capita, & rorantia ſanguine portat.
Similis mos Scytharum apud Herod. 4. 54. Gallorum apud Strabon. lib. 4. pag. 136. De Thracibus eſt ſupra 3. 4. *Freinshemius.*

h *Penſavimus*] Eoque magis, ſi, quod ſcribit Eutropius libro 7. interfectus eſt *eo ipſo die quo olim Orodes Perſarum rex per ducem Surenam Craſſum occiderat.* Idem.

a *BEllum Parthicum*] Phraates Parthorum rex patrem ſuum Orodem, aqua intercute laborantem, ex aconito, quod ad perniciem ei miſcuerat, caſu in ſalutem converſum, cum vis morbi per alvum dejiceretur, uſus ſceleris compendio, præfocavit, & regnum patricidio occupatum crudeliſſime vexavit; ob quam tyrannidem primates Parthorum, & Monæſes primæ nobilitatis transfugerunt, qui ab Antonio magnifice & liberaliter exceptus erat, revocatumque à rege ſuo volentem benigne dimiſerat, ut Phraatem ſpe pacis deceptum imparatiorem invaderet. Accendebat & Antonii conſilia Artuaſdes Armeniæ rex, qui belli ſocietatem, ut regem Medorum hoſtem ſuum ulciſceretur, offerebat: quo fœdere deceptus Antonius, cum inſidiatore verſutiſſimo conſilia ſua communicabat, ejusque calliditate in calamitatem trahebatur. Armenius enim ipſius exercitum à Zeugmate in Mediam per montanos flexus & viarum perplexitatem, ad quingenta paſſuum millia, ut æſtatem eundo extraheret, circumduxerat, magnaque fraude ſe prima Antonianorum calamitate, domum abrupta neceſſitudine cum ſuo exercitu XVI. M. equitum contulit: quam injuriam Antonius, temporum neceſſitati ſubſerviens, ad tertiam uſque æſtatem diſſimulavit. Tum Artuaſdem arte captum, catenis, ne quid honori regio deeſſet, aureis vinctum, Alexandriam in triumphum duxit, regnoque exuit; ejus caput, perditis ad Actium rebu

upidine, [b] Araxem & Euphratem ſub imaginibus iis legi concupiſcit; neque cauſſa, nec conſilio, ac e imaginaria quidem belli indictione, quaſi hoc uoque ex arte ducis eſſet, obrepere; relicta re- ente Syria in Parthos impetum facit. Gens præ- er armorum fiduciam callida, ſimulat trepidatio- em, & in campos fugam: hic ſtatim quaſi victor equebatur: quum ſubito nec magna hoſtium ma- us, ex improviſo, & jam infeſſos via, ſub veſpere, elut nimbus erupit, & miſſis undique ſagittis duas giones operuerunt. Nihil acciderat in compara- onem cladis, quæ in [c] poſterum diem imminebat, iſi interveniſſet deûm miſeratio. Unus ex clade Craſſiana

bus Cleopatra dono regi Medo- m miſit, ut eum in novam belli cietatem contra Cæſarem victo- m pertraheret. Appianus, Dio, ıetonius, Paterculus, Strabo, alii. *adius.*

b *Araxem*] Araxes Armeniæ ajoris fluvius, in monte Abo, cum uphrate oritur, quorum fontes x M. paſſuum diſtant, Euphrates occaſu, Araxis ab ortu ſunt, qui acido curſu variiſque flexibus fluens, donec inter anfractus utium impetum collegerit, tum æcipiti pernicitate rapidus, alte alveo cum Cyro confuſus, alte- in Caſpium mare defluit. Pomp. Iela, Ptolemæus. Strabo lib. 12. *lem.*

c *Poſterum diem*] Antonius poſt onfectam cum Partho pactionem opias ſuas per eam qua venerat, iam, hoc eſt, per campos apertos ariditate ſqualentes reducturus rat; ita ut eas Parthorum equita- tui objicere videretur. Itaque Mardus qui Parthorum mores longa conſuetudine callebat, Antonium admonet, fictam eſſe illam Phraatis & infidam pacem, ut militem patentibus in campis pellectum, undique equitatu circumfuſum opprimeret, iter ſe aliud per loca culta & commeatibus abundantia compendioſius oſtenſurum, & ut fidem faceret, ſe vinciendum, donec promiſſa præſtitiſſet, obtulit. Progreſſus itaque eo duce per triduum erat Antonii exercitus, cum admonet Mardus ut contra ſubitam vim hoſtium (quam mox futuram veſtigiis aliquot ſe deprehendere indicat) ſuos expeditos in aciem collocaret: parebat admonitioni Antonius, cum ſubito emicans Parthus, parata vi Antonianorum profligatus eſt. Atque ſæpius equitatus Parthicus pari clade inter proficiſcendum repreſſus, fatigabantur: quouſque quincta die Fla-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

Craſſiana [d] Parthico habitu caſtris adequitat, & ſ-
lute Latine data, quum fidem ipſo feciſſet, quid ir-
mineret edocuit; *jam affuturum cum omnibus copi*
regem: irent retro, peterentque montes: ſic quoque h-
ſtem fortaſſe non defore. atque ita ſequuta eſt min
vis hoſtium quam imminebat. Adfuit tamen: d-
letæque reliquæ copiæ forent, niſi, urgentibus te
in modum grandinis, quadam forte, quaſi doc
procubuiſſent in genua milites, & [e] elatis ſuper c
pita ſcutis, cæſorum ſpeciem præbuiſſent. Tu
Parthus [f] arcus inhibuit. deinde Romani quum
rurſ

vius Gallus impetu temerario in hoſtem multo cum diſcrimine irrupit, atque dum carptim laboranti ſubſidia mittuntur, ea quoque, ut imbecilliora, ab hoſte cæſa ſunt, donec Antonius, tota vi cum exercitu procurrens, cæteros manifeſto periculo eriperet: cæſa ſunt tria millia Romanorum, quinque millia ſauciata. Antonius miſere ſe afflictans, ſaucios circumcurſando conſolabatur, & viciſſim pietas & benevolentia militum Antonii animum confirmabat. *Idem.*

d *Parthico, &c.*] Parthi ex præcedentis diei victoria ferociores, collecto XL. millium equitatu, contemtius inſultabant Romanis ut victis, & ad prædæ paratæ direptionem venientes; ſed fortiter ab Antonianis ſubmoti ſunt, quouſque iterum, ut per declivitatem quandam tardius digredientes ſagittis configerent, undique circumfunderentur, tum gravis armaturæ milites, receptis in medium velitibus, in ſiniſtro genu ſubſederunt, elatiſque ſuper capita clypeis, ſe ſu- que ab hoſtium ſagittis, in clyp- rum convexitatem lubricitate labentibus, protexerunt. *Idem.*

e *Elatis ſuper capita ſcutis*] ſtudinem intelligit, quæ ita Impedimentis & levis armat militibus equitibusque in medi receptis, gravis armaturæ pedit qui oblongis & in morem t convexis utuntur clypeis, undi extrema claudunt, clypeoſque ſtibus objiciunt. Cæteri qui geſtant ſcuta in medio conſerti ſupra ſe & reliquos extollunt denſitate ordinum à telis deſu labentibus protegerentur: hinc ſtudini nomen factum, à teſtæ, teſtudo animal ſe protegit, ſimil dine: hujus uſus eſt & in Urbi oppugnatione, & quando à ſagi riis circumfuſus eſt, ut hoc lo exercitus. *Idem.*

f *Arcus inhibuit*] Romani teſtudine protecti ſubſidentes, pinionem hoſti præbuerant ve confecti vulneribus concidiſſe

ırſus extuliſſent, adeo res miraculo fuit, ut unus (barbaris miſerit vocem, g *Ite & bene valete, Roani. merito vos victores gentium fama loquitur, qui rthorum tela fugiſtis.* Non minor ex aqua poſtea, uam ab hoſtibus clades. infeſta primum ſiti regio, ım quibuſdam h Salinacidis; fluvius infeſtior. noſſime, jam ab invalidis & avide hauriebatur: quum oxiæ etiam dulces fuere. Mox & ardores per Arıeniam; & nives per Cappadociam; & utriuſque æli ſubita mutatio pro peſtilentia fuit. Sic i vix tertia

i poſitis arcubus, contos ſumſent, atque accurrerunt: Romani agno multoque armorum fragoſe mutuo cohortati, proſiluent, atque primos pilis exceptos nfodiunt, & univerſos in fugam njiciunt. *Idem*.

g *Ite & bene valete*] Hoc accit in trajiciendo quodam fluvio, em limitem proſequendi Romaos Parthi conſtituerant, ſextoque e antequam ad Araxem fluvium rveniretur: tunc enim laudata omanorum virtute Parthi, octies decies victi, laxatis arcubus abrunt. *Idem*.

h *Salinacidis &c.*] Idem Aleandri militibus evenit qui fugienm Beſſum ad amnem uſque Oum fuerant perſecuti. Monuerat omanos Mardus ut ab aquis noiis & ab herba quæ in ripa fiecens creſcebat, abſtinerent: veım illorum multi ſiti&fame pœne necati, cum ſuadenti non auſcularent, inſania correpti fuerunt, uam brevi poſt mors excipiebat. *evec.* Cum Antoniani à frumenatione Parthorum perpetua inſultatione arcerentur, tanta fame in caſtris laboratum eſt, quod duæ libræ panis triticei ducentis ſeſtertiis venirent, hordeaceus panis pari argenti pondere venderetur. Converſi itaque ad herbas & radices edendas, inciderunt in quandam herbam, quæ manducata inſaniam & mortem adferebat: nam qui eam ediſſent, ſaxa moliebantur, lapideſque movebant (tanquam magnopere ſeriam rem agerent) tandem bilem evomentes (quia vino carebant, quod unicum huic malo remedium erat) moriebantur. Fluvium illum aquam frigidam & pellucidam, ſed ſalſam & venenoſam habuiſſe, nam bibentibus ſtatim tormina ventris ciebat, & ſitim exaſperabat, ſcribunt Plutarch. & Appian. *Stadius*.

i *Vix tertia parte de* XVI. *legionibus reliqua*] Nimis exaggerare videtur cladem Antonii. nam Plut. Ant. cap. 66. & exſcriptor ejus, *Viginti millia peditum, & quatuor equitum.* Velejus 2. 82. *haud minus partem quartam militum, calonum, ſervitiique deſideratum eſſe* ſcribunt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

tertia parte de ſedecim legionibus reliqua; quu
k argentum ejus paſſim dolabris concideretur; &
ſubinde inter moras mortem à gladiatore ſuo effla
gitaſſet egregius imperator; tandem perfugit in Sy
riam. ibi incredibili quadam mentis væcordia fero
cior aliquanto factus eſt: quaſi viciſſet, qui evaſera

CAP. XI.

Bellum cum Antonio & Cleopatra.

a FUror Antonii, quatenus per ambitu
non interierat, luxu & libidine exti
ctus eſt. Quippe poſt Parthos, quu
exoſus arma in otio ageret, captus amo

I

bunt. Item XIII. tantum legiones Antonio tribuit. Pro noſtro tamen auctore ſtat Juſtinus 42. 5. *Huic* (Phraati) *Antonius bellum cum* XVI. *validiſſimis legionibus intulit*. quin & Plutarchus Antonio peditum Romanorum LX. M. fuiſſe dicit, qui numerus eo ſæculo XVI. circiter legiones expleverit. Vide Lipſium de militia Romana 2. 5. ut forſan in Vellejo reponendum ſit ita XVI. pro XIII. *Freinsh.*

k *Argentum ejus paſſim*] Hoc non ſolum de argento Antonii factum, ſed quicquid auri, argenti, pretioſi fuit in toto ejus exercitu, id omne ab ipſis ejus militibus direptum eſt, & conciſum; ipſique interfecti plerique qui haberent. ut Plut. Ant. cap. 64. & Appianus na rant. *Vinetus.* Hoc accidit tumul militari, trepidatione nocturna p totum exercitum, quod hoſtes i rupiſſe putarent, coorto: arge tum enim aurumque habentes o ciderunt, ſpoliaveruntque; deniqu Antonii etiam impedimenta ag greſſi, pocula & menſas pretioſ diſciderunt, & inter ſe diſtribu runt. Antonius in tanta conſtern tione quendam ſtipatorum, nom ne Rhamnum, juramento ſibi ad ſtrinxit, ut juſſus ſtatim ipſum co foderet, & caput amputaret, ne v vus in hoſtium poteſtatem ven ret, & ne mortui truncus à rel quorum cadaveribus ſecerni po ſet. *Stadius.*

a F*Vror Antonii*] Inimicitiæ inter Antonium & Cæſarem cœperant Autronio & Volcati Coſs. anno DCCXX. eruperunt De

miti

r Cleopatræ, quaſi in regio ſe ſinu reficiebat. Hæc ulier Ægyptia, [b] ab ebrio imperatore, pretium lidinum Romanum imperium petit. Et promiſit ntonius: quaſi facilior eſſet Partho Romanus. I-gur dominationem parare, nec tacite: ſed patriæ, ominis, togæ, faſcium oblitus, totus in monſtrum iud [c] ut mente, ita animo quoque, & cultu deſci-rat. Aureum in manu baculum; ad latus acina-cs; purpurea veſtis [d] ingentibus obſtricta gemmis; diadema

rio & Soſio Coss. DCCXXI. tonius Cæſarem criminabatur, od Lepidum triumviratu exſuiſ-, quod militem ejus & Sext. mpeji, quem communem eſſe ortebat, ſolus occupaſſet, atque litis etiam illius, quem in Italia iſque communi conſcripſerat, tem repetebat. Cæſar autem tonio crimini dabat, quod Æ-ptum ſine ſorte obtinebat, & x. Pompejum, cui ipſe ſponte ig-viſſet, interemerat, & Artuaſ-n Armeniæ regem fraude circũ-ntum, in vincula cum magna po-li Romani infamia conjeciſſet, temque ſpoliorum repoſcebat. tio etiam vertebat, Cleopatram o uxore habitam in ſororis ſuæ ntumeliam, & liberos ex ea ſuſ-ptos eſſe reges ſalutatos, inpri-is quod Cæſarionem Cleopatræ ium ex C. Cæſare nominaſſet, at-e ad genus Cæſaris traduxiſſet. tque cum neque in Urbem veni-vellet, neque finito triumvira-s tempore imperium deponere, llumque moliretur, quod Urbi aliæque inferret, ingentibus co-is tam navalibus quam terreſtri-bus ob hoc contractis, remiſſoque Octaviæ ſorori Cæſaris repudio, omnium odia in ſe accendit. Cæ-ſar in Epirum cum exercitu traje-cit, ſe tertium, & M. Meſſalla coſſ. anno DCCXXII. Bellum hoc Actia-cum dicitur, quia ad Actium Epiri promontorium juxta Ambracium ſinum geſtum ſit. de quo Hora-tius eleganter Ode 37. primi. *Sta-dius.*

b *Ab ebrio imperatore*] Scribit Plinius 14. 22. M. Antonium homi-nem ebrium fuiſſe, *edito etiam vo-lumine de ſua ebrietate, patrocinari ſibi auſum.* Camers. Ebrioſitas illa creberrime ei exprobrabatur à Ci-cerone.

c *Vt mente, ita animo quoque &c. cultu*] Non video cur hoc loco de-beat animus & mens opponi. potius legendum fuerit *amictu.* ut ſequen-tia volunt, *purpurea veſtis ingenti-bus obſtricta gemmis:* ad cultum re-fero iſta alia; *Aureum in manu ba-culum &c.* Vult igitur eum men-tem ſuam, qua patriæ caritatem, mores, diſciplinam pridem exuerat, etiam externis indiciis, amictu nempe cultuque teſtatum. *Freinsh.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

diadema [e] aderat, ut regina rex ipſe frueretur. Ad primam novorum motuum famam Cæſar à Brundi-ſio trajecerat, ut venienti bello occurreret: poſi-tisque in Epiro caſtris, [f] Leucadem inſulam, mon-temque Leucaten, & [g] Ambracii ſinus cornua, in-fecta

d *Ingentibus obſtricta gemmis*] Eæ gemmæ in fibulis, ut interpretatur Salmaſius ad Spartianum Hadriano cap. 10. Sive fortaſſis in ipſa purpura, ut hodieque moris: quamvis verbum *obſtricta*, priorem potius interpretationem admittat. *Idem.*

e *Aderat*] Iſta vox omnino diſplicet. nihil tamen expedio, niſi forte legendum ſit, *diadema, adoratio.* quæ à Perſis in Alexandrum, ejuſque ſucceſſores propagata eſt. & hoc verbum præcipue conveniret cultui cujus modo facta mentio. *Idem.*

f *Leucadem*] Hic *d* in *t* mutabat vetus codex. Eſt *Leucas*, nomen declinatum ut Pallas. inſula Epiri. Eſt ejuſdem inſulæ urbs *Leucas*, & *Leucas* quoque ejuſdem loci promontorium: ſi nihil mendi ſit apud Ptolemæum geographum. *Leucata* vero, & *Leucates* idem illud *Leucadis* inſulæ promontorium, mons, & petra, cujus genitivus caſus eſt Æneidos 3.374. *Mox & Leucatæ nimboſa cacumina montis.* ac accuſativus Æn. 677.

Fervere Leucaten, auroque effulgere fluctus.

at ablativus apud Livium 26. 26. *ſuperato Leucate promontorio.* & in Auſonii Cupidine cruci affixo:

Et de nimboſo ſaltum Leucate minatur.

Cujus obliqui ultimam voc... quia corripit poëta, videntur ... qui *Leucates* declinaſſe, non ſo... ut *Anchiſes*, verum etiam ut *v*... Hinc factum, ut hæſitaverim, ... *caten* ne, an *Leucatem* hoc loco ... ponerem: quem caſum accuſ... librarius antiquus compendio ... mæ literæ ſic contraxerat, *Leuca*... Vinet. Pall. c. habent *Leuca*... *Leucada* pro Leucas, ut *Perſida* ... *Perſis*, *Elida* ſupra pro *Elis*, *Ch*... *da* pro *Chalcis*. Feſtus, *Chal*... *cum genus ædificii ab urbe Chal*... *dictum.* Sic *Tritonida Tritonidæ*, ... *Tritonis Tritonidis* apud eund... *Salmaſius.* Leucas inſula eſt, ... ea civitas cognomine Neritum ... tra Actium in ortum ſita, & ... phalleniæ inſulæ oppida: quæ ... olim cervici trium ſtadiorum c... tinenti adhæreret, à Corinth... quorum colonia fuerat, perf... Iſthmo, inſula facta eſt: ſic T... cyd. Strabo, Plinius. Iſtam inſul... (ut Paterculus ſcribit) in ore & c... lis Antonianæ claſſis, M. Agri... expugnavit, itidem Patras; in ... bus Antonius hiemaverat, & ... Corinthum Leucate petra eſt ... celſa, è Leucade in mare & ... phalleniam prominens. *Stadiu*...

g *Ambracii*] Ambracia urbs ... Epiri, quæ ſinui maximo, cui p... pinqua eſt, nomen dedit: hujus ... ces, quæ quatuor ſtadia pat... (Flo...

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

ſta claſſe ſuccinxerat. Nobis quadringentæ am-
pus naves; ducentæ non minus hoſtium: ſed nu-
erum magnitudo penſabat. Quippe h à ſenis in
venos remorum ordinibus, ad hoc turribus, at-
e tabulatis allevatæ, caſtellorum & urbium ſpecie,
n ſine gemitu maris, & labore ventorum fereban-
r. quæ quidem i ipſa moles exitio fuit. Cæſaris
naves

orus cornua vocat) ab Oriente
bent Actium oppidum, & nobile
ollinis Actii templum, ab occa-
Nicopolin Auguſti monumen-
n, quod ob victoriam condidit,
a eo loci contra Antonium &
eopatram potitus eſt. *Idem.*
h *A ſenis in novenos*] Imo à tri-
s in denos, ut Plutarch. Ant. cap.
. auctor eſt. aut à quaternis ad
nos, ut Dio princ. lib. 51. videtur
nuere: vel ut Strabo lib. 8. pag. 225.
uno ad denos. Porro mirabilis
rte earum navium moles extitit:
m ordines illi ſive gradus in alti-
dinem computentur, ut contra
yſium oſtendit Scaliger ad nu-
erum Euſebianum MCCXXX. Im-
anis autem illa *navis quam Pto-
mæus Philopator fabricatus eſt,
uadraginta ordinum,* 280. *cubito-
um longitudine; altitudine autem,
ſque ad ſummitatem puppis duode-
uinquaginta: nautis extra remiges
uadringentis inſtructum; remigum
uatuor millibus, adhæc milites ar-
natos capiebat in foris & tabulato
aullo minus tria millia.* Plutarchus
)emetrio cap. 59. *Freinshemius.*
It huic loco lucem adferamus ali-
uam, ea, quæ nos cum Bayſio ex
'linio obſervavimus de remigum
rdinibus ſic habent: Quinquere-

mis Caji (de qua Plinius) remigum quadringentorum remis impellebatur. Utrumque ergo latus navis ducentos remiges habebant, quos ſi per quinque diſtribuemus (unde nomen eſt quinqueremi) quadraginta remiges, ſingula ſedilia occupabunt, & ea ſedilia ordines remigum aut remorum dicuntur. Navibus itaque nomen non erat à remorum, quibus impellebantur, multitudine, ſed ab ordinum numero, qui in alterutro latere ſedilibus ſuis diſtinguebatur: ſic novenis remorum ordinibus dicebantur inſtructæ naves, quarum tabulati latera in novem ſedilia diſtributa erant, & ſingulis ordinibus remigum numerus ex imperatoris juſſu imponebatur, vel pro arte gubernatorum, vel ſcientia remigum, vel mole navium. Turribus etiam à prora & puppi fuiſſe Antonii naves inſtructas, ut in mari velut è muris pugnarent, ex Virgil. libr. 8. & Dione libr. 50. conſtat. *Stadius.*

i *Ipſa moles exitio fuit*] Vide ſupra 2. 2. Sic 2. 4. Pompejo *nulla res magis exitio fuit, quam ipſa exercitus magnitudo.* A talibus navibus quæ propter molem inhabiles ſunt, bellam comparationem mutuatur Curtius in Perſarum oratione ad

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

naves à triremibus in ſenos non amplius ordines ri verant. Itaque habiles in omnia quæ uſus poſcea ad impetus & recurſus flexuſque capiendos, illas ves, & ad omnia præpeditas, ſingulas plures ado miſſilibus ſimul, tum roſtris, ad hoc ignibus ja ad arbitrium diſſipavere. Nec ulla re magis ho lium copiarum apparuit magnitudo, quam poſt ctoriam. Quippe immenſa claſſis, naufragio b facto, toto mari ferebat. Arabum Sabæorum & mille aliarum gentium Aſiæ ſpolia; purpuram rumque in ripam aſſidue mota ventis maria revo bant. [k] Prima dux fugæ regina, cum aurea pup veloque purpureo, in altum dedit. Mox ſequu Antonius: ſed [l] inſtare veſtigiis Cæſar. Itaque [m]

præ

ne ad Alexandrum 4. 11. 8. *Videſne ut navigia quæ modum excedant, regi nequeant.* Freinshemius.

k *Prima dux, &c.*] Antonius aliquot prœliis navalibus à Cæſare victus, equitatu ejus à Stalitio Tauro fuſo fugatoque, ad hæc fidiſſimi cujuſque amici ad Cæſarem ob odium Cleopatræ defectione; Cleopatra autem aliquot prodigiis conſternata, commeatuque ob Cæſaris claſſem & exercitum interclufo, prœlio rem committendam eo conſilio cenſuerunt, ut inter prœliandum fuga Antonius & ipſa elaberentur: & hinc velut in rebus deploratis Antonium juſſiſſe, ut vela in naves ſuas deportarentur, tanquam ad fugam, non ad pugnam ſe præpararet, Plutarchus ſcribit. Et hic iterum Antonii conſilia Cleopatræ auctoritate ſunt corrupta, qui cum fidiſſimum mili-

tem haberet, maluerit navali gna, in qua Cæſaris copiæ obe lum cum Sexto Pompejo ge exercitatiſſimæ erant, quam te ſtri, in quo firmiſſimus erat, de nere. Antonii milites ab Imp tore ſuo deſerti diu fideliter & ſtanter pugnarunt, & deſperat ctoria in mortem dimicabant. ſar verbis eos mulcebat, clami & oſtendens Antonium fug quærebat pro quo & cum quo gnarent? qui ægre tandem ce victoriam, & vitam veniam Cæſar citius promiſit, quam illi ea precarentur, perſuaſum eſt. nidius, qui terreſtris Antonii piis præerat, nocte fuga elap cum ſuos deſeruiſſet, ipſi ſe Cæſ clementiæ permiſerunt. Victus Antonius ad Actium à Cæſare a diem IV. Nonas Septembris, a DCCXXII. à quo die Cæſaris Oc

vi

eparata in Oceanum fuga; nec munita præſidiis raque Ægypti cornua, [n] Parætonium atque Pe- ium, profuere. prope manu tenebantur. Prior rum occupavit Antonius. Regina ad pedes Cæ- is provoluta tentavit oculos ducis; fruſtra. Nam lchritudo intra pudicitiam principis fuit. Nec il- de vita quæ offerebatur, ſed de parte regni labo- bat. Quod ubi deſperavit à principe, [o] ſervari- que

ni imperium incipit. *Stadius.*

Inſtare veſt. Cæſar] Cæſar An- ium & Cleopatram victos in yptum fugientes aliis perſe- ndos dedit, ipſe in urbem ad urbanas, ne quis motus gravior iceretur, ordinandas revertitur, poſt xxx. dies cum in Græciam bellum trajeciſſet, poſtero anno bos Alexandriæ obſedit. Anto- s in ultima rerum deſperatione, paciſci cum Cæſare non potuit, tebat enim ut ſibi privato Athe- vivere liceret, Cleopatræ filiis gnum Ægypti daretur) falſo ru- ore occiſæ Cleopatræ perculſus, nteremit anno ætatis tertio, vel alii, ſexto & quinquageſimo. utarchus, Dio, Suetonius, alii. *m.*

m *Nec præparata &c.*] Cleo- tra obſtupenda molitione fugam Oceanum inſtituebat: namque ſſem ex Ægyptiaco mari in ſi- m Arabicum per Iſthmum illum o Aſiæ Ægyptus per xxxvii. m. ſſuum adhæret, transferre molie- tur, atque ita effugere bellum & vitutem: ſed cum Arabes aliquot ves incendiſſent, & Antonius ndum deſperaret, ab incepto de- tit. *Idem.*

n *Parætonium atque Peluſium*] Cornelius Gallus Cæſaris legatus Parætonium (eſt is portus ad viii. M. paſſuum patens, & oppidum ejuſdem nominis in Cyreniaca) occupaverat, ejecto Antonii præſidio. Antonius eo properat, confiſus ſe aut militem corrupturum, aut vi potiturum Parætonio: ſed id fruſtra fuit; namque cum Antonius ad murum accederet, ut milites alloquio ad ſe pelliceret, tum Cornelius Gallus claſſicum canere juſſit, ut ſenſum aurium obtunderet, & ſubita vi erumpens, Antonium profligavit, claſſemque ejus afflixit. Dio lib. 51.

Peluſium urbs eſt Ægypti, Arabiæ Petrejæ proxima, & ad extremum Nili ab ortu oſtium ſita, quod ab urbe vicina Peluſiacum dicitur, illud præſidio firmatum Cleopatra per proditionem Cæſari tradidiſſe creditur, ut jam tum ejus animum officio ſibi demereretur. *Stadius.*

o *Servarique ſe triumpho vidit*] Recte vidit: Cæſar enim omnibus modis id contendebat: eaque re ſollicite cuſtodiri juſſerat, ne ſibi monus inferret. quin etiam cum illa cuſtodes fefelliſſet, *Pſyllos admovit, qui venenum ac virus exſugerent.* Sueto-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

que ſe triumpho vidit, incautiorem nacta cuſtodi[...], in Mauſoleum ſe (p ſepulchra regum ſic voca[...]) recipit. ibi q maximos, ut ſolebat, induta cul[...], in r differto odoribus ſolio, juxta ſuum ſe collo[...]vit Antonium: admotiſque ad venas ſerpentib[...] ſic ſ morte, quaſi ſomno, ſoluta.

C A[...]

Suetonius Auguſto 17. 10. Pſyllis enim hoc tribuit Strabo lib. 17. *Freinshemius.*

p *Sepulchra regum ſic vocant*] Scilicet hoc ignorabatur Flori ævo; aut ita ſolent hiſtorici verbis ſuis interpretationes addere. *Idem.*

q *Maximos, ut ſolebat, induta cultus*] Hæc verba, *ut ſolebat*, ſuppoſititia cenſeo, inſerta ab aliquo, qui de ſolemni Cleopatræ faſtu inaudiverat. Sed ejicienda ſunt, ut auctor ſibi conſtet, qui morem potius moriturorum, quam Cleopatræ exprimere voluit. Antiquitus enim ſolatium quoddam mortis habebatur, in pretioſiſſimis veſtibus mori, & ita quaſi ad tumulum componi; quem morem Dominus etiam noſter non damnaſſe videtur: unctus enim à muliere, diſcipulis indignantibus, inquit, *prævenit ungere corpus meum in ſepulturam.* Apud Ælianum 3. 24. *Xenophonti curæ fuit, ut haberet arma pulchra & expolita. Ajebat enim, ſi viciſſet hoſtes, elegantiſſimo quoque ſe ornatu dignum eſſe, & ſi vitam amitteret in prœlio, cum quodam decore appariturum in armatura ſplendida. Nam hæc eſſe ſtrenuo & forti viro ornamenta ſepulcralia, quæ revera ipſum ornent.* Idem.

r *Differto odoribus ſolio*] [...] exterorum regum. Tacitus [...] de Poppæa Neronis: *Corpus* [...] *igni abolitum; ut Romanus mos* [...] *regum externorum conſuetudi*[...] *fertum odoribus conditur.* Sic [...]xandro mortuo, Ægyptii Cha[...]que *purgavere corpus, repletum* [...] *eſt odoribus aureum ſolium*, [...] enim diſtinguendum vel ex [...] loco conſtat) *& capiti adject*[...] *tunæ ejus inſignia. Solium* po[...] his locis pro loculo, ubi m[...] conduntur, ſicut apud Pliniu[...] 12. in antiquioribus quidem li[...] & Curtium 10. 1. *Idem.*

ſ *Morte*] Quo genere m[...] Cleopatra ſit extincta, admo[...] eſt incertum: nullum enim ve[...] manifeſti veſtigium in corpore[...] paruit, duas tantum cicatrices [...] repertas, exiles & obſcuras, qu[...] aſpidis laceſſitæ morſu relinqui[...]cuntur, quibus adductum C[...]rem expreſſam fictamque ejus i[...]ginem in triumphum deport[...] cui aſpis affixa adhæreret, ſc[...] Plutarchus, & quod aſpidis ven[...] afflicti, ſomno in mortem ſol[...]tur. Periit autem Cleopatra a[...] ætatis ſuæ triceſimo nono. *St*[...]

a [...]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

CAP. XII.

Bella adverſus gentes exteras.

HIc finis armorum civilium. reliqua adverſus exteras gentes: quæ diſtricto circa mala ſua imperio, diverſis orbis oris emicabant. b Nova quippe pax: nec um aſſuetæ frenis ſervitutis tumidæ gentium inflaque cervices, ab impoſito nuper jugo reſiliebant. d Septemtrionem converſa ferme plaga ferocius ebat; Norici, Illyrii, Pannonii, Dalmatæ, Myſi, hraces & Daci, Sarmatæ atque Germani. Nori s animos dabant Alpes atque nives, c quo bellum non

HIc finis] Ut Auguſtum totius orbis victorem de onſtraret, per partes colligit, ographicam diſtributionem ſe tus, & quatuor terræ tractus vi oria ejus edomitos recenſet: qua m ab Italia orbis in ſeptemtrio m & ortum vergit, Salaſſos, Ja des, Noricos, Pannonios, Myſios, cos, Thraces, Sarmatas, Euro os devicit: qua in occaſum um, Aſtures, & Cantabros Hi niæ populos: qua in meridiem, ricam, Gætuliam, Marmaticam: que in ortum, Armeniam, Par am, Indiam ſponte ejus imperio ſſiſſe colligit: ſed rerum geſta m ſeriem etiam temporis ratione glecta, confundit. *Stadius.*

b *Nova quippe pax &c.*] *Cru m adhuc ſervitium* appellat Ta us 1. 8. Conſimilis eſt huic Ale ndri ſententia, apud Curt. 6. 3. *In novo, & (ſi verum fateri volumus) precario imperio, adhuc jugum ejus rigida cervice ſubeuntibus barbaris, tempore opus eſt, dum mitioribus ingeniis imbuantur, & efferatos mollior conſuetudo permulceat, &c.* Hinc explices illa Suetonii Veſpaſ. 7. *Auctoritas quædam majeſtas, velut inopinato & adhuc novo principi deerat.* Item illud Tacit: agric. 13. Britanni *domiti ut pareant, nondum ut ſerviant.* Freinsh.

c *Quo bellum non poſſet aſcendere*] Salmaſius ex pr. legendum conjecit: *Noricis animos Alpes dabant, ac ſi in nives bellum non poſſet aſcendere.* nam particula *&*, *ac*, crebro invicem commutantur. Noricos autem quod attinet, cogitandum illis fuit; *nihil tam alte naturam conſtituiſſe, quo virtus non poſſet eniti.* ſicut Alexander ait apud Curtium 7. 11. *Idem.*

d *Bren-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

non poſſet aſcendere: ſed omnes illius cardinis p... pulos, [d] Brennos, Senones atque Vindelicos, p... privignum ſuum Claudium Druſum perpaca... Quæ fuerit [e] callidarum gentium feritas, facile ... [f] mulieres oſtendere; quæ deficientibus telis, ... fantes ipſos afflictos humo in ora militum adverſa ... ſeru...

d *Brennos, &c.*] De Retis & Vindelicis Florum loqui ſatis conſtat, qui per Tiberium Druſum fratres, Cæſaris privignos, una æſtate M. Druſo, & L. Piſone Coſſ. edomiti ſunt. Rætia à Vindelicia ab ortu Lyco amne, Vindelicia à Norico Aëno flumine terminatur. Rætia ab occaſu fontibus Danubii & Rheni clauditur, ut Vindelicia Lyco: ſed utraque Danubio à ſeptemtrione, à meridie Alpibus Græcis, Pœnis, Ocra in Vindelicis Brenni, in Rætis Suanitæ à Ptol. cenſentur, Sennones à Strabone inter Suevos. Iſtarum gentium uſque adeo immania fuiſſe in Romanos odia Strabo teſtatur, ut ſi quo illorum oppido aut vico potita eſſet, non ſolum cædibus graſſaretur in impuberes, ſed etiam cum vates ſuos conſuluiſſet de ſexu gravidæ ſi maſculum utero geri reſpondiſſent, ipſam quoque prægnantem conficeret. Ut eam crudelitatem Auguſtus ulciſceretur, Druſum contra eos miſit, qui prœlio apud Tridentinas Alpes fuſos ab Italia ſubmovit, atque cum in vicinam Galliam incurriſſent, Tiberium quoque Druſi fratrem contra eos miſit, qui multis urbium & caſtellorum expugnationibus, variis quoque prœliis diſſipatos aggreſſi, plurimo eorum cum ſanguine perdomuerunt. ... autem gens populoſiſſima (N... cos etiam eodem tempore deb... tos Strabo teſtatur) bellum de... moveret, bellicoſiſſimam & ro... ſtiſſimam inde deduxerunt, rel... invalidiſſima, ut agrum coleret... ritatem quam mulieribus iſta... gentium Florus adſcribit in pa... los filios, eam Oroſius tribuit f... ri Cheruſcorum, Suevorum, ... cambrorum lib. 6. *Stadius.*

e *Callidarum*] Vocem il... *callidarum* non immerito ſu... ctam habemus. nihil enim m... convenit barbaris & feris genti... quam calliditas. [Vide tamen ... lej. 2. 118. & noſtrum ſupra ... & 3. 9.] & ſi maxime convenit... quorſum ejus calliditatis men... hoc quidem loco, cum nihil ſec... tur, aut callide aut doloſe ab... factum; ſed meræ feritatis & b... bariæ facinus. Suſpicionem ... ſtram auxit optimus liber, in ... reperi *Albidarum*; hoc quid... equidem neſcio. forte ſcriben... ſit *Alpicarum*. *Alpicus* autem ... *Ciſalpicus*, & *Tranſalpicus* in ... Tyronis & Senecæ legimus. *b* ... ſæpe invicem mutant: rurſus *d* ... *Salmaſius.*

f *Mulieres*] Immane hoc ... ctum, non Alpinis feminis, ...

Che...

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

regnum à populo datum eſſet, infenſus, filium, quem ex
la habebat, in Cypro occîdit, caputque ejus, & manus,
pedes, matri miſit. Seditiones à triumviris, Fulvio Flac
& C. Graccho, & C. Carbone, agro dividendo creatis,
citatæ. quibus quum Scipio Africanus adverſaretur, fortiſ
ac validus pridie domum ſe recepiſſet, mortuus in cubiculo
ventus eſt. Suſpecta fuit, tanquam ei venenum dediſſet, S
pronia uxor: hinc maxime, quod ſoror eſſet Gracchoru
cum quibus ſimultas Africano fuerat. de morte tamen ejus n
la quæſtio acta. Eo defuncto, ſeditiones triumphales ac
exarſerunt. C. Sempronius conſul contra Japydas primo r
male geſſit: mox victoria cladem acceptam emendavit: v
tute D. Junii Bruti, ejus qui Luſitaniam ſubegerat.

EPITOME LIB. LX.

L. Aurelius conſul, rebellantes Sardos ſubegit. M. Fulv
. Flaccus primus omnium Tranſalpinos Ligures bello
muit; miſſus in auxilium Maſſilienſibus adverſus Salvios G
los, qui populabantur fines Maſſilienſium. L. Opimius præ
Fregellanos, qui defecerant, in deditionem accepit. Freg
las diruit. Peſtilentia in Africa ab ingenti multitudine locu
rum, & deinde necatarum ſtrage, fuiſſe traditur. Luſtrum
cenſoribus conditum eſt. Cenſa ſunt civium capita trecena
naginta millia ſeptingenta triginta ſex. C. Gracchus, Tib
frater, tribunus plebis eloquentior quam frater, pernicio
aliquot leges tulit: inter quas frumentariam, ut ſemiſſe
triente frumentum plebi daretur: alteram legem Agraria
quam & frater ejus tulerat: tertiam, qua equeſtrem ordine
tunc cum ſenatu conſentientem, corrumperet; ut ſexcenti
equitibus in curiam ſublegerentur: & quia illis temporibus t
centi tantum ſenatores erant, ſexcenti equites trecentis ſe
toribus admiſcerentur. id eſt, ut equeſter ordo bis tantum
rium in ſenatu haberet. & continuato in alterum annum trib
natu, legibus Agrariis latis effecit, ut complures coloniæ
Italia deducerentur, & una in ſolo dirutæ Carthaginis, q
ipſe triumvir creatus, coloniam deduxit. Præterea res à
Metello conſule adverſus Baleares geſtas continet: quas Gr
ci Gymneſias appellant; quia æſtatem nudi exigant. Balea
à teli miſſu appellati: vel à Baleo Herculis comite ibi relic
tunc, quum Hercules ad Geryonem navigaret. Motus quoq
Syriæ referuntur, in quibus Cleopatra Demetrium virum ſuu
& Seleucum filium, indignata, quod, occiſo patre ejus à
injuſſu ſuo diadema ſumſiſſet, interemit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

EPITOME LIB. LXI.

C. Sextus proconſul, victa Salviorum gente, coloniam Aquas Sextias condidit, ob aquarum copiam, & calidis & igidis fontibus, atque à nomine ſuo ita appellatas. Cn. Doitius proconſul contra Allobroges ad oppidum Vindalium feciter pugnavit. Quibus bellum inferendi cauſſa fuit, quod 'eutomalium, Salviorum regem, fugientem recepiſſent, & mni ope juviſſent: quodque Æduorum agros, ſociorum puli Romani, vaſtaviſſent. C. Gracchus ſeditioſo tribunatu ao, quum Aventinum quoque armata multitudine occupaviſt, à L. Opimio conſule, ex Senatuſconſulto vocato ad arma opulo, pulſus, interemtus eſt: & cum eo Fulvius Flaccus conlaris, ſocius ejuſdem furoris. Q. Fabius Maximus conſul, aulli nepos, adverſus Allobroges, & Bituitum Arvernorum gem feliciter pugnavit. Ex Bituiti exercitn cæſa millia hoinum centum viginti. & quum ipſe ad ſatisfaciendum ſenai Romam profectus eſſet, Albæ cuſtodiendus datus eſt; quia ontra pacem videbatur, ut in Galliam remitteretur. Deretum quoque eſt, ut Congentiatus, filius ejus, compreenſus, Romam mitteretur. Allobroges in deditionem acepti. L. Opimius, accuſatus apud populum à Q. Decio triuno plebis, quod indemnatos cives in carcerem conjeciſſet, ſolutus eſt.

EPITOME LIB. LXII.

Q. Marcius conſul Stonos, gentem Alpinam, expugnavit. . Micipſa, Numidarum rex, mortuus, regnum tribus filiis liquit, Adherbali, Hiempſali, & Jugurthæ, fratris filio, uem adoptaverat. L. Cæcilius Metellus Dalmatas ſubegit. Jurtha Hiempſalem fratrem bello petiit, quem victum intereit: Adherbalem regno expulit, qui à ſenatu reſtitutus eſt. . Cæcilius Metellus, Cn. Domitius Ahenobarbus, cenſores, uos & triginta ſenatu moverunt. Præterea motus Syriæ reum continet.

EPITOME LIB. LXIII.

C. Porcus conſul in Thracia male adverſus Scordiſcos pugnavit. Luſtrum à cenſoribus conditum eſt. Cenſa ſunt vium capita trecenta nonaginta quatuor millia trecenta triinta ſex. Æmilia, Licinia, Marcia, virgines Veſtales, inceſti amnatæ ſunt: idque inceſtum quemadmodum & commiſ-

ſum, & deprehenſum, & vindicatum ſit, refertur. Cimbri, gens vaga, populabundi in Illyricum venerunt: ab iis Papirius Carbo conſul cum exercitu fuſus eſt. Livius Druſus conſul adverſus Scordiſcos, gentem à Gallis oriundam, in Thracia feliciter pugnavit, magnumque honorem tulit.

EPITOME LIB. LXIV.

ADherbal bello petitus à Jugurtha, & in oppido Cirtæ obſeſſus, contra denuntiationem ſenatus, ab eo occiſus eſt. Ob hoc ipſi Jugurthæ bellum indictum: idque Calpurnius Beſtia conſul gerere juſſus, pacem cum Jugurtha injuſſu populi & ſenatus fecit. Jugurtha, fide publica evocatus ad indicandos auctores conſiliorum ſuorum, quod multos pecunia in ſenatu corrupiſſe dicebatur, Romam venit: & propter cædem admiſſam in Regulum quendam, nomine Maſſivam, qui regnum ejus populo Romano inviſi appetebat, Romæ interfectum, quum periclitaretur; cauſſam capitis dicere juſſus, clam profugit, & cedens urbe fertur dixiſſe, *O urbem venalem & cito perituram, ſi emptorem invenerit!* A. Poſthumius, legatus infeliciter prœlio adverſus Jugurtham geſto conflixit. pacem quoque adjecit ignominioſam, quam non eſſe ſervandam ſenatus cenſuit.

EPITOME LIB. LXV.

Q. Cæcilius Metellus, conſul, duobus prœliis Jugurtham fudit, totamque Numidiam vaſtavit. M. Junius Silanus, conſul, adverſum Cimbros infeliciter pugnavit. legatis Cimbrorum ſedem & agros, in quibus conſiderent, poſtulantibus ſenatus negavit. M. Minucius, proconſul, contra Thracas proſpere pugnavit. L. Caſſius conſul à Tigurinis Gallis, pago Helvetiorum, qui à civitate ſucceſſerant, in finibus Allobrogum cum exercitu cæſus eſt. milites, qui ex ea clade ſuperaverant, obſidibus datis, & dimidia rerum omnium parte, ut incolumes dimitterentur, cum hoſtibus pacti ſunt.

EPITOME LIB. LXVI.

JUgurtha pulſus à C. Mario ex Numidia, auxilio Bocchi Maurorum regis, adjutus eſt: & cæſis prœlio Bocchi quoque copiis, nolente Boccho bellum infeliciter ſuſceptum diutius ſuſtinere; vinctus ab eo & Mario traditus eſt: in qua re præcipua opera L. Cornelii Sullæ, quæſtoris Marii, fuit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

EPITOME LIB. LXVII.

MArcus Aurelius Scaurus, legatus conſulis, à Cimbris fuſo exercitu captus eſt: & quum, in conſilium ab iis evocatus, eterreret eos, ne Alpes tranſirent Italiam petituri, eo quod iceret Romanos vinci non poſſe, à Bojorige, feroce juvene, ccifus eſt. Ab iiſdem hoſtibus C. Manlius conſul, & Q. Servi-us Cæpio proconſul, victi prœlio, caſtris quoque binis exuti unt: octoginta millia militum occiſa, calonum ac lixarum uadraginta. Secundum populi Romani juſſionem, Cæpionis, ujus temeritate clades accepta erat, damnati bona publicata unt; primi poſt regem Tarquinium: imperiumque ei abroga-um. In triumpho C. Marii ductus ante currum ejus Jugurtha um duobus filiis, & in carcere necatus eſt. Marius triumphali eſte in ſenatum venit, quod nemo ante eum fecerat: eique ropter Cimbrici belli metum continuatus per complures an-os magiſtratus eſt. Conſulatu ſecundo & tertio abſens conſul reatus. Quartum conſulatum diſſimulanter captans conſecutus ſt. Cn. Domitius, pontifex maximus, populi ſuffragio, crea-us eſt. Cimbri, vaſtatis omnibus quæ inter Rhodanum & Py-enæum ſunt, per ſaltum in Hiſpaniam tranſgreſſi, ibique mul-a loca populati, à Celtiberis fugati ſunt: reverſique in Gal-iam, bellicoſis ſe Teutonis conjunxerunt.

EPITOME LIB. LXVIII.

MArcus Antonius prætor in Ciliciam maritimos prædones perſecutus eſt. C. Marius conſul ſumma vi oppugnata à Teutonis & Ambronibus caſtra defendit. duobus deinde prœ-lis circa Aquas Sextias eos delevit: in quibus cæſa traduntur oſtium ducenta millia, capta nonaginta. Marius abſens quin-um conſul creatus eſt. triumphum oblatum, donec & Cim-ros vinceret, diſtulit. Cimbri, repulſo ab Alpibus fugato-ue Q. Catulo proconſule, qui fauces Alpium obſederat, & d flumen Atheſim caſtellum editum inſederat reliqueratque, uum virtute ſua expliciti fugientem proconſulem exercitum-ue conſecuti, in Italiam trajeciſſent; junctis ejuſdem Catuli x C. Marii exercitibus, prœlio victi ſunt ab eis: in quo cæſa raduntur hoſtium centum quadraginta millia, capta ſexaginta. Marius, totius civitatis conſenſu exceptus, pro duobus trium-his qui offerebantur, uno contentus fuit. Primores civitatis, ui aliquamdiu, ut novo homini ad tantos honores evecto, in-iderant, conſervatam ab eo Rempublicam fatebantur. Publi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

cius Malleolus, matre interemta, primus omnium inſutus leo, in mare præcipitatus eſt. Ancilia cum ſtrepitu mota e antequam Cimbricum bellum conſummaretur, referun Bella præterea inter Syriæ reges geſta continet.

EPITOME LIB. LXIX.

L. Appulejus Saturninus, adjuvante C. Mario, & per tes occiſo A. Nonio competitore, tribunus plebis per creatus, non minus violenter tribunatum, quam petie geſſit; & quum legem Agrariam per vim tuliſſet, Metello midico, eo quod in eam non juraverat, diem dixit. qui qu à bonis civibus defenderetur, ne cauſſa majorum certami eſſet, in voluntarium exilium Rhodum profectus eſt: ibi legendo, & audiendis magnis viris, vacabat. Profecto C. rius, ſeditionis auctor, qui ſextum conſulatum per tribus ſa pecunia emerat, aqua & igni interdixit. Idem Appuleju turninus, tribunus plebis, C. Memmium, candidatum co latus, quem maxime adverſarium actionibus ſuis timebat, teremit. quibus rebus, concitato ſenatu (in cujus cauſſam C. Marius, homo mutabilis, & varii conſilii ingeniique, ſemper ſecundum fortunam tranſierat, quum eum tueri mini poſſet) oppreſſus armis cum Glaucia Prætore, & aliis ejuſ furoris ſociis, à Rabirio quodam interfectus eſt. Q. Cæcilius tellus ab exilio, ingenti totius favore civitatis, reductus eſt Aquilius proconſul, in Sicilia bellum ſervile excitatum confe

EPITOME LIB. LXX.

QUum M. Aquilius de pecuniis repetundis cauſſam dice ipſe rogare judices noluit. M. Antonius, qui pro eo p rabat, tunicam à pectore ejus diſcidit, ut honeſtas cicatrice tenderet; quibus conſpectis, indubitanter abſolutus eſt. cero ejus rei ſolus auctor. T. Didius, proconſul, adverſum tiberos feliciter pugnavit. Ptolemęus, Cyrenarum rex, cui c nomentum Apioni fuit, mortuus, heredem populum Ro num reliquit, & ejus regni civitates Senatus liberas eſſe ju Ariobarzanes in regnum Cappadociæ, à L. Cornelio Su reductus eſt. Parthorum legati, à rege Arſace miſſi, ad Sul venerunt, ut amicitiam populi Romani peterent. P. Rutili vir ſummæ innocentiæ, quoniam legatus C. Mucii procon à publicanorum injuriis Aſiam defenderat, inviſus equeſtri o ni, penes quem judicia erant, repetundarum damnatus, exilium miſſus eſt. C. Geminius, prætor, contra Thraces inf

C

iter pugnavit. Senatus, quum impotentiam equeſtris ordinis judiciis exercendis ferre nollet, omni vi niti cœpit, ut ad ſe dicia transferrentur, ſuſtinente cauſſam ejus M. Livio Druſo, ibuno plebis: qui, ut vires ſibi acquireret, pernicioſa ſpe lartionum, plebem concitavit. Præterea motus Syriæ regum ontinet.

EPITOME LIB. LXXI.

M. Livius Druſus, tribunus plebis, ut majoribus viribus ſenatus cauſſam ſuſceptam tueretur, ſocios & Italicos populos, ſpe civitatis Romanæ, ſolicitavit. iiſque adjuvantibus, per m legibus Agrariis frumentariiſque latis judiciariam quoque rtulit; ut æqua parte judicia penes ſenatum & equeſtrem ornem eſſent. Quum deinde promiſſa ſociis civitas præſtari non oſſet, irati Italici defectionem agitare cœperunt. eorum cois, conjurationes, orationeſque in conciliis principum, referntur, propter quæ Livius Druſus etiam ſenatui inviſus factus: lut ſocialis belli auctor, incertum à quo, domi occiſus eſt.

EPITOME LIB. LXXII.

Talici populi defecerunt, Picentes, Veſtini, Marſi, Peligni, Marrucini, Samnites, Lucani: initio belli à Picentibus moto. Servilius, proconſul, in oppido Aſculo cum omnibus civibus omanis, qui in eo oppido erant, occiſus eſt. ſaga populus ſumit. Servius Galba à Lucanis comprehenſus, unius fœminæ ora, ad quam divertebatur, captivitate exemtus eſt. Æſernia Alba, coloniæ, ab Italicis obſeſſæ ſunt. Auxilia deinde Lainominis, externarumque gentium, miſſa populo Roma-, & expeditiones invicem, urbiumque expugnationes, reruntur.

EPITOME LIB. LXXIII.

Julius Cæſar, conſul, male adverſus Samnites pugnavit. . Nola colonia in poteſtatem Samnitium venit cum L. Ponumio prætore, qui ab iis interemtus eſt. Complures populi ad ſtes defecerunt. Quum P. Rutilius conſul parum proſpere ntra Marſos pugnaſſet, & in prœlio cecidiſſet, C. Marius, gatus ejus, meliore eventu cum hoſtibus conflixit. Servius lpitius Pelignos prœlio fudit. Q. Cæpio, legatus Rutilii, quum ſeſſus proſpere in hoſtes erupiſſet, &, ob eum ſucceſſum, æatum ei cum C. Mario eſſet imperium, temerarius factus,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

& circumventus inſidiis, fuſo exercitu cecidit. L. Cæſar co
ſul feliciter contra Samnites pugnavit. ob eam victoriam
mæ ſaga poſita ſunt, &, ut varia belli fortuna eſſet, Æſern
colonia cum M. Marcello in poteſtatem Samnitium venit.
C. Marius prœlio Marſos fudit. Herio Aſinio, prætore Ma
cinorum, occiſo, C. Cæcilius in Gallia tranſalpina Salvios
bellantes vicit.

EPITOME LIB. LXXIV.

CN. Pompejus Picentes prœlio fudit, & obſedit. prop
quam victoriam Romæ prætextæ, aliaque magiſtratu
ornamenta & inſignia, ſumpta ſunt. C. Marius cum Marſis
bio eventu pugnavit. Libertini tum primum militare cœper
Aulus Plotius legatus Umbros, L. Porcius prætor Marſos, qu
uterque populus defeciſſet, prœlio vicerunt. Nicomede
Bithyniæ, Ariobarzanes in Cappadociæ regna reducti ſu
Cn. Pompejus conſul Marſos acie vicit. Quum ære alieno
preſſa eſſet civitas, A. Sempronius Aſellio prætor, quoniam
cundum debitores jus dicebat, ab iis, qui fœnerabantur, in
ro occiſus eſt. Præterea incurſiones Thracum in Macedon
populationeſque continet.

EPITOME LIB. LXXV.

AUlus Poſthumius Albinus, legatus, in obſidione caſt
rum hoſtilium cecidit. Sulpicius legatus, quum claſſi p
eſſet, infamis crimine proditionis, ab exercitu ſuo interfe
eſt. L. Cornelius Sulla legatus, Samnites prœlio vicit, &
na caſtra eorum expugnavit. Cn. Pompejus Veſtinos in d
tionem accepit. L. Porcius conſul rebus proſpere geſtis, fu
que aliquoties Marſis, dum caſtra eorum expugnat, cecidit
res hoſtibus victoriam ejus prœlii dedit. Coſconius, & Lu
jus, Samnites acie vicerunt, Marium Egnatium, nobiliſſim
hoſtium ducem, occiderunt, compluraque eorum oppida
deditionem acceperunt. L. Sulla Hirpinos domuit, Samni
multis prœliis fudit; aliquot populos recepit: quantiſque r
quiſquam alius ante conſulatum rebus geſtis, ad petition
conſulatus Romam eſt profectus.

EPITOME LIB. LXXVI.

AUlus Gabinius legatus, rebus adverſum Lucanos proſ
re geſtis, & pluribus oppidis expugnatis, in obſidione
ſtroru

trorum hoſtium cecidit. Sulpicius legatus Marrucinos cecîdit, otamque eam regionem recepit. Cn. Pompejus proconſul Vetinos & Pelignos in deditionem accepit. Marſi quoque, à L. Murena & Cæcilio Pinna legatis, aliquot prœliis fracti, pacem petierunt. Aſculum à Cn. Pompejo captum eſt, cæſis & à Manerco Æmilio legato Italicis. Silo Popædius, dux Marſorum, auctor hujus rei, in prœlio cecidit. Ariobarzanes Cappadociæ, Nicomedes Bithyniæ regno, à Mithridate Ponti rege pulſi ſunt. Præterea incurſiones Thracum in Macedoniam populationeſque continet.

EPITOME LIB. LXXVII.

QUum P. Sulpicius, tribunus plebis, auctore C. Mario, perniciosas leges promulgaſſet, ut exules revocarentur, & novi cives libertinique diſtribuerentur in tribus, & ut Marius adverſus Mithridatem, Ponti regem, dux crearetur, & adverſantibus conſulibus, Q. Pompejo, & L. Sullæ, vim intuliſſet, occiſoque Pompeji conſulis filio, genero Sullæ; L. Sulla conſul cum exercitu in urbem venit, & adverſus factionem Sulpicii & Marii in ipſa urbe pugnavit, eamque expulit. ex qua duodecim à ſenatu hoſtes, inter quos C. Marius pater & filius, judicati ſunt. P. Sulpicius, quum in quadam villa lateret, indicio ſervi ſui retractus & occiſus eſt. ſervus, ut præmium promiſſi indicii haberet, manumiſſus eſt, &, ob ſcelus proditi domini, de ſaxo dejectus eſt. C. Marius filius in Africam trajecit. C. Marius pater, quum in paludibus Minturnenſum lateret, extractus eſt ab oppidanis: & quum ad occidendum eum miſſus ſervus, natione Gallus, majeſtate tanti viri perterritus receſſiſſet, impoſitus publicæ navi delatus eſt in Africam. L. Sulla civitatis ſtatum ordinavit: exinde colonias deduxit. Q. Pompejus conſul, ad accipiendum à Cn. Pompejo proconſule exercitum profectus, conſilio ejus occiſus eſt. Mithridates, Ponti rex, Bithynia & Cappadocia occupatis, & pulſo Aquilio legato, Phrygiam, provinciam populi Romani, cum ingenti exercitu intravit.

EPITOME LIB. LXXVIII.

MIthridates Aſiam occupavit: Q. Oppium proconſulem, item Aquilium legatum, in vincula conjecit: juſſuque ejus, quicquid civium Romanorum in Aſia fuit, uno die trucidatum eſt. Urbem Rhodum, quæ ſola in fide permanſerat, oppugnavit, & aliquot prœliis navalibus victus receſſit. Archelaus præfectus in Græciam cum exercitu venit; Athenas

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

occupavit. Præterea trepidationem urbium inſularumque a liis ad Mithridatem, aliis ad populum Romanum, civitat ſuas tradentibus, continet.

EPITOME LIB. LXXIX.

L. Cornelius Cinna, quum pernicioſas leges per vim atq arma ferret, pulſus ab urbe à Cn. Octavio collega, c ſex tribunis plebis: imperioque ei abrogato, corruptum A Claudii exercitum in poteſtatem ſuam redegit, bellum urbi tulit; accerſito C. Mario ex Africa cum aliis exulibus: in q bello duo fratres, alter ex Pompeji exercitu, alter ex Cinn ignorantes concurrerunt: & quum victor ſpoliaret occiſu agnito fratre, ingenti lamentatione edita, rogo ei extructo pſe ſupra rogum ſe transfodit, & eodem igni conſumtus eſt. quum opprimi inter initia potuiſſet, Cn. Pompeji fraude, q utramque partem fovendo, vires Cinnæ dedit, nec niſi pro gatis optimatium rebus auxilium tulit, & conſulis ſegnitie co firmati Cinna & Marius, quatuor exercitibus, quorum duo Sertorio & Carboni dati ſunt, urbem circumſederunt. Oſtia coloniam Marius expugnavit, & crudeliter diripuit.

EPITOME LIB. LXXX.

Italicis populis à ſenatu civitas data eſt. Samnites, qui ſ arma recipiebant, Cinnæ & Mario ſe conjunxerunt. ab Plancius cum exercitu cæſus eſt. Cinna & Marius cum Carb ne & Sertorio Janiculum occupaverunt, & fugati ab Octav conſule receſſerunt. Marius Antium, & Ariciam, & Lanuviun colonias devaſtavit. Quum nulla ſpes eſſet optimatibus re ſtendi, propter ſegnitiem & perfidiam & ducum & militum qui corrupti aut pugnare nolebant, aut ad diverſas part tranſibant; Cinna & Marius in urbem recepti ſunt: qui vel captam, eam, cædibus & rapinis vaſtarunt; Cn. Octavio co ſule occiſo, & omnibus adverſæ partis nobilibus trucidatis inter quos M. Antonio eloquentiſſimo viro, L. & C. Cæſare quorum capita in roſtris poſita ſunt. Craſſus filius ab equitibu Fimbriæ interemtus. pater Craſſus, ne quid indignum vir tute ſua pateretur, gladio ſe transfixit. Et citra ulla comiti conſules in ſequentem annum ſe ipſos renuntiaverunt. Eodem que die, quo magiſtratum inierant, Marius Sex. Licinium Senatorem de ſaxo deiici juſſit: editiſque multis ſceleribus, Idibus Januariis deceſſit: vir, cujus ſi examinentur cum virtutibus vitia, haud facile ſit dictu, utrum bello melior, an pace perni-

ɩerniciosior fuerit. adeo, quam Rempublicam armatus ſervavit, eam primo togatus omni genere fraudis, poſtremo armis, ɩoſtiliter evertit.

EPITOME LIB. LXXXI.

L. Sulla Athenas, quas Archelaus præfectus Mithridatis occuparat, circumſedit, & cum maximo labore expugnavit. urbi libertatem, & civibus, quæ habuerant, reddidit. Magneſia, quæ ſola in Aſia civitas in fide manſerat, ſumma virtute adverſus Mithridatem defenſa eſt. Præterea tranſitus Thracum in Macedoniam continet.

EPITOME LIB. LXXXII.

SUlla copias regis, quæ Macedonia occupata in Theſſaliam venerant, prœlio vicit; cæſis hoſtium centum millibus, & aſtris quoque expugnatis. Renovato deinde bello, iterum xercitum regis fudit ac delevit. Archelaus, cum claſſe regia, ullæ ſe tradidit. L. Valerius Flaccus conſul, collega Cinnæ niſſus, ut Sullæ ſuccederet, propter avaritiam inviſus exercitui ſuo, à C. Fimbria legato ipſius, ultimæ audaciæ homine, ociſus eſt: & imperium ad Fimbriam tranſlatum. Præterea expugnatæ in Aſia urbes à Mithridate, & crudeliter direpta peunia, incurſioneſque Thracum in Macedoniam, referuntur.

EPITOME LIB. LXXXIII.

C. Fimbria, in Aſia fuſis prœlio aliquot copiis Mithridatis, urbem Pergamum cepit, obſeſſumque regem non mulum abfuit quin caperet. Urbem Ilion, quæ ſe poteſtati Sullæ eſervabat, & expugnavit ac delevit, & magnam partem Aſiæ ecepit. Sulla multis prœliis Thracas cecîdit. Quum L. Cinna, & Cn. Papirius Carbo, à ſeipſis conſules per biennium creati, ɩellum contra Sullam pararent; effectum quidem eſt per L. Vaerium Flaccum, principem ſenatus, qui orationem in ſenatu ɩabuit, & per eos qui concordiæ ſtudebant, ut legati ad Sulam de pace mitterentur. Cinna ab exercitu ſuo, quem invitum ogebat naves conſcendere & adverſus Sullam proficiſci, intereremtus eſt. conſulatum Carbo ſolus geſſit. Sulla, quum in Aſiam trajeciſſet, pacem cum Mithridate fecit; ita ut his cederet provinciis, Aſia, Bithynia, Cappadocia. Fimbria, deſertus b exercitu, qui ad Sullam tranſierat, ipſe ſe percuſſit: impetraitque de ſervo ſuo, præbens cervicem, ut ſe interficeret.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

EPITOME LIB. LXXXIV.

SUlla legatis, qui à ſenatu miſſi erant, futurum ſe in po- ſtate ſenatus reſpondit, ſi cives, qui à Cinna pulſi ad ſe gerant, reſtituerentur. quæ conditio quum juſta ſenatui vi- retur, per Carbonem factionemque ejus, cui bellum vide- tur utilius, ne conveniret, effectum eſt. Idem Carbo, quum omnibus oppidis Italiæ coloniſque obſides exigere vellet, fidem illorum contra Sullam obligaret, conſenſu ſenatus p- hibitus eſt. Novis civibus Senatuſconſulto ſuffragium dat- eſt. Q. Metellus Pius, qui partes optimatium ſequutus er- quum in Africa bellum moliretur, à C. Fabio prætore pulſus ſenatuſque conſultum per factionem Carbonis & Marianar- partium factum eſt, ut omnes ubique exercitus dimitterentur Libertini in quinque & triginta tribus diſtributi ſunt. Præte- belli apparatum, quod contra Sullam exitabatur, continet.

EPITOME LIB. LXXXV.

SUlla in Italiam cum exercitu trajecit, miſſiſque legatis de pace agerent, & à conſule C. Norbano violatis, eu- dem Norbanum prœlio vicit. Et, quum L. Scipionis alter- conſulis, cum quo per omnia id egerat, ut pacem jun- ret, nec potuerat, caſtra oppugnaturus eſſet, univerſus ex- citus conſulis, ſollicitatus per emiſſos à Sulla milites, ſigna Sullam tranſtulit. Scipio, quum interimi poſſet, dimiſſus Cn. Pompejus, Cn. F. ejus qui Aſculum ceperat, conſcrip- voluntariorum exercitu, cum tribus legionibus ad Sullam nerat; ad quem ſe nobilitas omnis conferebat: ita ut deſe- urbe ad caſtra veniretur. Præterea expeditiones per univ- ſam Italiam utriuſque partis ducum referuntur.

EPITOME LIB. LXXXVI.

QUum C. Marius, C. Marii filius, conſul ante annos vigi- ti per vim creatus eſſet, C. Fabius in Africa, propter cr- delitatem & avaritiam, in prætorio ſuo vivus exuſtus eſt. Philippus, legatus Sullæ, Sardiniam, Qu. Antonio præto- pulſo & occiſo, occupavit. Sulla cum Italicis populis, ne tim- retur ab iis, velut erepturus civitatem, & ſuffragii jus nup- datum, fœdus percuſſit. idemque, ex fiducia jam certæ vict- riæ, litigatores, à quibus adibatur, vadimonia Romam diffe- re juſſit; quum à parte diverſa urbs adhuc teneretur. L. Dam-

ſipp

ſippus prætor, ex voluntate C. Marii conſulis; quum ſenatum contraxiſſet, omnem, quæ in urbe erat, nobilitatem trucidavit. ex cujus quidem numero Q. Mucius Scævola, pontifex maximus, fugiens, in veſtibulo ædis Veſtæ occiſus eſt. Præterea bellum à L. Murena adverſus Mithridatem in Aſia renovatum continet.

EPITOME LIB. LXXXVII.

SUlla C. Marium, exercitu ejus fuſo deletoque ad Sacriportum, in oppido Præneſte, obſedit: urbem Romam ex inimicorum manibus recepit. Marium erumpere tentantem repulit. Præterea res à legatis ejus, eadem ubique fortuna partium, geſtas, continet.

EPITOME LIB. LXXXVIII.

SUlla Carbonem, exercitu ejus ad Cluſium, ad Faventiam Fidentiamque cæſo, Italia expulit: cum Samnitibus, qui ſoli Italicorum populorum nondum arma poſuerant, juxta urbem Romam ante portam Collinam debellavit: recuperataque Republica, pulcherrimam victoriam crudelitate, quanta in nullo hominum unquam fuit, inquinavit. Octo millia deditorum in villa publica trucidavit: tabulam proſcriptionis poſuit: urbem ac totam Italiam cædibus replevit: inter quas omnes Præneſtinos inermes concîdi juſſit: Marium, ſenatorii ordinis virum, cruribus brachiiſque fractis, auribus præſectis, & effoſſis oculis, necavit. C. Marius, Præneſte obſeſſus à Lucretio Ofella, Sullanarum partium viro, quum per cuniculum captaret evadere, ſeptus ab exercitu, mortem ſibi conſcivit. in ipſo cuniculo, quum ſentiret ſe evadere minime poſſe, cum Pontio Teleſino, fugæ comite, ſtricto utrimque gladio concurrit: quem quum occidiſſet, ipſe ſaucius impetravit à ſervo ut ſe occideret.

EPITOME LIB. LXXXIX.

M. Brutus à Cn. Papirio Carbone, qui Corcyram appulerat, miſſus nave piſcatoria Lilybæum, ut exploraret an ibi Pompejus eſſet, & circumventus navibus, quas Pompejus miſerat, in ſe mucrone verſo, ad tranſtrum navis obnixus corporis pondere, occubuit. Cn. Pompejus in Siciliam cum imperio à ſenatu miſſus, Cn. Carbonem, qui flens muliebriter mortem tulit, captum occîdit. Sulla dictator factus, quod nemo unquam fecerat, cum faſcibus viginti quatuor proceſſit,

rebus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

rebus novis Reipublicæ ſtatum confirmavit, tribunorum plebis poteſtatem minuit, & omne jus legum ferendarum ademit: Pontificum augurumque collegium ampliavit, ut eſſent quindecim: ſenatum ex equeſtri ordine ſupplevit: proſcriptorum liberis jus petendorum honorum eripuit, & bona eorum vendidit: ex quibus plurima primo rapuit. redactum eſt ſeſtertium ter millies quingenties. Lucretium Ofellam, conſulatum, contra voluntatem ſuam, petere auſum, juſſit interimi in foro: quum hoc indigne ferret populus Romanus, concione advocata, ſe juſſiſſe dixit. Cn. Pompejus in Africa Cn. Domitium proſcriptum, & Hierbam, regum Numidarum, bellum molientes, victos interemit. & quatuor & viginti annos natus, adhuc eques Romanus, quod nulli contigerat, ex Africa triumphavit. Cn. Norbanus conſularis proſcriptus, in urbe Rhodo quum comprehenderetur, ipſe ſe interemit. Mutilus, unus ex proſcriptis, clam capite adoperto, ad poſticas ædes Baſtiæ uxoris quum acceſſiſſet, admiſſus minime eſt, quia illum proſcriptum diceret. itaque ſe transfodit, & ſanguine ſuo fores uxoris reſperſit. Sulla Nolam in Samnio recepit. quadraginta ſeptem legiones in agros captos deduxit, & eos iis diviſit. Volaterram, quod oppidum adhuc in armis erat, obſeſſum, in deditionem accepit. Mitylenæ quoque in Aſia, quæ ſola urbs poſt victum Mithridatem arma retinebat, expugnatæ dirutæque ſunt.

EPITOME LIB. XC.

SUlla deceſſit, honoſque ei à ſenatu habitus eſt, ut in campo Martio ſepeliretur. M. Lepidus, quum acta Sullæ tentaret reſcindere, bellum excitavit: & à Q. Catulo, collega, Italia pulſus eſt: & in Sardinia, fruſtra bellum molitus, periit. M. Brutus, qui Ciſalpinam Galliam tenebat, à Cn. Pompejo occiſus eſt. Q. Sertorius proſcriptus, in ulteriore Hiſpania ingens bellum excitavit. L. Manlius proconſul, & M. Domitius legatus ab Herculejo queſtore prœlio victi ſunt. Præterea res à P. Servilio proconſule adverſus Cilicas geſtas continet.

EPITOME LIB. XCI.

CN. Pompejus, quum adhuc equeſter eſſet, cum imperio conſulari adverſus Sertorium miſſus eſt. Sertorius aliquot urbes expugnavit, plurimaſque civitates in poteſtatem ſuam redegit. Appius Claudius, proconſul, Thracas pluribus prœliis vicit. Q. Metellus, proconſul, L. Herculejum, quæſtorem Sertorii, omni cum exercitu cecidit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

EPITOME LIB. XCII.

CN. Pompejus dubio eventu eum Sertorio pugnavit, ita ut ſingula ex utraque parte cornua vicerint. Q. Metellus Ser-orium & Perpernam, cum duobus exercitibus prœlio fudit: ujus victoriæ partem cupiens ferre Pompejus, parum proſpere ugnavit. obſeſſus deinde Calagurii Sertorius, aſſiduis eruptio-ibus non leviora damna obſidentibus intulit. Præterea à Cu-ione proconſule in Thracia res geſtas adverſus Dardanos, & Q. Sertorii multa crudelia in ſuos facta, continet. qui plurimos x amicis & ſecum proſcriptis, crimine proditionis inſimula-os, interemit.

EPITOME LIB. XCIII.

P. Servilius proconſul in Cilicia Iſauros domuit, & aliquot urbes piratarum expugnavit. Nicomedes, Bythyniæ rex, noriens, populum Romanum fecit heredem, regnumque ejus n provinciæ formam redactum eſt. Mithridates, fœdere cum Sertorio icto, bellum populo Romano intulit. Apparatus dein-le regiarum copiarum pedeſtrium navaliumque: & occupata Bithynia, M. Aurelius Cotta conſul ad Chalcedonem prœlio à ege victus eſt. reſque à Pompejo & Metello adverſum Serto-ium geſtas continet, qui omnibus belli militiæque artibus par uit. quos etiam, ab obſidione Calagurii oppidi depulſos, coë-git diverſas regiones petere, Metellum ulteriorem Hiſpaniam, Pompejum Galliam.

EPITOME LIB. XCIV.

LUcullus conſul adverſus Mithridatem equeſtribus prœliis feliciter pugnavit: & expeditiones aliquot proſperas fe-cit, poſcenteſque pugnam milites à ſeditione inhibuit. Dejota-rus, Gallogræciæ tetrarches, præfectos Mithridatis, bellum in Phrygia moventes, cecîdit. Præterea res à Pompejo in Hiſpa-nia contra Sertorium proſpere geſtas continet.

EPITOME LIB. XCV.

C. Curio proconſul Dardanos in Thracia domuit. Quatuor & ſeptuaginta gladiatores Capuæ ex ludo Lentuli profu-gerunt: & congregata ſervorum ergaſtulorumque multitudi-ne, Crixo & Spartaco ducibus bello excitato, Claudium Pul-chrum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

chrum legatum, & P. Varenum prætorem, prœlio vicere
L. Lucullus proconſul ad Cyzicum urbem exercitum Mithri
tis fame ferroque delevit; pulſumque Bithynia regem, va
belli ac naufragiorum caſibus fractum, coëgit in Pontum p
fugere.

EPITOME LIB. XCVI.

Q. Arrius prætor Crixum, fugitivorum ducem, cum vigi
millibus hominum, cecîdit. Cn. Lentulus conſul m
adverſus Spartacum pugnavit. Ab eodem L. Gellius conſul,
Q. Arrius prætor, acie victi ſunt. Sertorius à Manio Antoni
& M. Perperna, & aliis conjuratis, in convivio interfect
eſt; octavo ducatus ſui anno: magnus dux, & adverſus du
imperatores Pompejum & Metellum ſæpe par, vel frequent
victor: ad ultimum deſertus & proditus. Imperium parti
ad Marcum tranſlatum eſt: quem Cn. Pompejus victum
ptumque interemit, ac recepit Hiſpanias decimo fere ann
quam cœptum eſt bellum. C. Caſſius proconſul, Cn. Manl
prætor, male adverſus Spartacum pugnaverunt: idque bell
M. Craſſo prætori mandatum eſt.

EPITOME LIB. XCVII.

M. Craſſus prætor primum cum parte fugitivorum, quæ
Gallis Germaniſque conſtabat, feliciter pugnavit; cæ
hoſtium triginta quinque millibus, & duce eorum Granic
Cum Spartaco deinde bellavit; cæſis cum ipſo millibus quad
ginta. M. Antonius prætor, bellum, adverſus Cretenſes
rum proſpere ſuſceptum, morte ſua finivit. M. Lucullus pr
conſul Thracas ſubegit. L. Lucullus in Ponto adverſus Mith
datem feliciter pugnavit; cæſis hoſtium amplius quam ſex
ginta millibus. M. Craſſus, & Cn. Pompejus, antequam qu
ſturam gereret, ex equite Romano, tribunitiam poteſtate
reſtituerunt. Judicia quoque per L. Aurelium Cottam præt
rem ad equites Romanos tranſlata ſunt. Mithridates, deſper
tione rerum ſuarum coactus, ad Tigranem Armeniæ rege
confugit.

EPITOME LIB. XCVIII.

M Achares, filius Mithridatis, Boſphori rex, à L. Lucullo
amicitiam receptus eſt. Cn. Lentulus, & L. Gellius, ce
ſores, aſperam cenſuram egerunt, quatuor & ſexaginta ſen

tu mo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

i motis. à quibus, luſtro condito, cenſa ſunt civium capita uadringenta quinquaginta millia. L. Metellus prætor in Sicilia dverſum piratas proſpere rem geſſit. Templum Jovis in Caitolio, quod incendio conſumptum, ac refectum erat, à Q. Catulo dedicatum eſt. L. Lucullus, in Armenia Mithridaem & Tigranem, & immenſas utriuſque regis copias, plurius prœliis fudit. Q. Metellus proconſul, bello ſibi adverſum Cretenſes mandato, Cydoniam urbem obſedit. L. Triarius, egatus Luculli, adverſus Mithridatem parum proſpere pugnait. Lucullum, ne perſequeretur Mithridatem ac Tigranem, ummamque victoriæ imponeret, ſeditio militum tenuit, qui equi nolebant: id eſt, legiones Valerianæ, impleta à ſe ſtiendia dicentes, Lucullum reliquerunt.

Epitome Lib. XCIX.

Q. Metellus proconſul Gnoſon, & Lyctum, & Cydoniam, & alias plurimas civitates, expugnavit. L. Roſcius, tribunus lebis, legem tulit, ut equitibus Romanis in theatro quatuorlecim gradus proximi aſſignarentur. Cn. Pompejus, lege ad opulum lata, perſequi piratas juſſus, qui commercium anonæ intercluſerant, intra quadrageſimum diem toto mari eos expulit, belloque cum iis in Cilicia confecto, acceptis in leditionem piratis, agros & urbes dedit. Præterea res geſtas à Q. Metello adverſus Cretenſes continet: & epiſtolas Metelli & Cn. Pompeji invicem miſſas. queritur Metellus, gloriam erum à ſe geſtarum à Pompejo ſublatam præteriri, qui in Cream miſerit legatum ſuum ad accipiendas urbium deditiones. Pompejus rationem reddit, hoc ſe facere debuiſſe.

Epitome Lib. C.

C. Manlius, tribunus plebis, indignatione maxima nobilitatis, legem tulit, ut Pompejo bellum Mithridaticum mandaretur. Concio ejus bona. Q. Metellus perdomitis Cretenſibus, liberæ in id tempus inſulæ, leges dedit. Cnejus Pompejus, ad gerendum bellum adverſus Mithridatem profectus, cum rege Parthorum Phraate amicitiam renovavit. equeſtri prœlio Mithridatem vicit. Præterea bellum, inter Phraatem regem Parthorum, & Tigranem Armeniorum regem, ac deinde inter filium Tigranem, patremque, continet.

Epi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

EPITOME LIB. CI.

CN. Pompejus Mithridatem nocturno prœlio victum coë Boſphorum profugere. Tigranem in deditionem accep eique ademtis Syria, Phœnice, Cilicia, regnum Armeniæ re tuit. Conjuratio eorum qui in petitione conſulatus ambitus mnati erant, facta de interficiendis conſulibus, oppreſſa Cn. Pompejus, quum Mithridatem perſequeretur, in ul mas ignotaſque gentes penetravit. Iberos, Albanoſque, transitum non dabant, prœlio vicit. Præterea fugam Mithri tis per Colchos, Heniochoſque, & res ab eo in Boſphoro g ſtas, continet.

EPITOME LIB. CII.

CN. Pompejus in provinciæ formam Pontum redegit. Ph naces, filius Mithridatis, bellum patri intulit. ab eo M thridates obſeſſus in regia, quum veneno ſumpto parum pr feciſſet ad mortem, à milite Gallo, nomine Bitæto, à quo, juvaret ſe, petierat, interfectus eſt. Cn. Pompejus Judæ ſubegit: fanum eorum Hieroſolymæ, inviolatum ante id te pus, cepit. L. Catilina, bis repulſam in petitione conſulat paſſus, cum Lentulo prætore, & Cethego, & pluribus ali conjuravit de cæde conſulum & ſenatus, incendiis urbis, opprimenda Republica: exercitu quoque in Etruria comp rato. Ea conjuratio induſtria M. Tullii Ciceronis eruta eſt. C tilina urbe pulſo, de reliquis conjuratis ſupplicium ſumptu eſt.

EPITOME LIB. CIII.

CAtilina à C. Antonio proconſule cum exercitu cæſus e P. Clodius accuſatus, quod in mulieris habitu in ſacrariu in quod virum intrare nefas eſt, intraſſet: quumque uxore Metelli Pontificis ſtupraviſſet, abſolutus eſt. Cn. Pontin Prætor Allobroges, qui rebellaverant, ad Solonem domu P. Clodius ad plebem tranſiit. C. Cæſar Luſitanos ſubegit: e que conſulatus candidato, & captante Rempublicam invad re, conſpiratio inter tres principes civitatis facta eſt, Cn. Pon pejum, M. Craſſum, C. Cæſarem. Leges Agrariæ à Cæſa conſule cum maxima contentione, invito ſenatu, & alter conſule M. Bibulo, latæ ſunt. C. Antonius proconſul in Thrac parum proſpere rem geſſit. M. Cicero, lege à P. Clodio tribu no pl

no plebis lata, quod indemnatos cives necaviſſet, in exilium miſſus eſt. Cæſar in provinciam profectus, Helvetios, vagam gentem, domuit: quæ, ſedem quærens, per provinciam Cæſaris Narbonem iter facere volebat. Præterea ſitum Galliarum continet. Pompejus de liberis Mithridatis, Tigrane, & Tigranis filio, triumphavit: Magnuſque à tota concione conſalutatus eſt.

EPITOME LIB. CIV.

PRima pars libri, ſitum Germaniæ moreſque continet. C. Cæſar cum contra Germanos, qui Arioviſto duce in Galliam deſcenderant, exercitum duceret, rogatus ab Æduis & Sequanis, quorum ager poſſidebatur, trepidationem militum, propter metum novorum hoſtium ortam, allocutione exercitus inhibuit, & victos prœlio Germanos Gallia expulit. M. Cicero, Pompejo inter alios orante, & T. Annio Milone tribuno plebis agente, ingenti gaudio ſenatus ac univerſæ Italiæ, ab exilio reductus eſt. Cn. Pompejo per quinquennium annonæ cura mandata eſt. Cæſar Ambianos, Sueſſiones, Viromanduos, Atrebates, Belgarum populos, quorum maxima multitudo erat, prœlio victos in deditionem accepit: ac deinde contra Nervios, unam harum civitatum, cum maximo diſcrimine pugnavit, eamque gentem delevit. quæ bellum geſſit, donec ex ſexaginta millibus armatorum trecenti ſupereſſent, ex nonaginta quinque ſenatoribus tres tantummodo evaderent. Lege lata de redigenda in provinciæ formam Cypro, & publicanda pecunia regia, C. Catoni adminiſtratio ejus rei mandata eſt. Ptolemæus, Ægypti rex, ob injurias quas patiebatur à ſuis, regno pulſus, Romam venit. C. Cæſar Venetos, gentem Oceano junctam, navali prœlio vicit. Præterea à legatis ejus eadem fortuna res geſtas continet.

EPITOME LIB. CV.

QUum C. Catonis, tribuni plebis, interceſſionibus comitia tollerentur, ſenatus veſtem mutavit. M. Cato, in petitione præturæ prælato Vatinio, repulſam tulit. idem quum legem impediret, qua provinciæ conſulibus in quinquennium, Pompejo Hiſpaniæ, Craſſo Syria & Parthicum bellum, Cæſari Gallia & Germania, dabantur, à C. Trebonio, tribuno plebis, legis auctore, in vincula ductus eſt. A. Gabinius, proconſul, Ptolemæum reduxit in regnum Ægypti, ejecto Archelao, quem ſibi regem adſciverant. Cæſar, victis Germanis & in Gallia cæſis,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

Rhenum tranſcendit, & proximam partem Germaniæ domui ac deinde Oceano in Britanniam, primo parum proſpere, te pestatibus adverſis, trajecit; iterum parum felicius, maxim que hominum multitudine cæſa, aliquam partem inſulæ in p teſtatem redegit.

EPITOME LIB. CVI.

IUlia Cæſaris filia, Pompeji uxor, deceſſit: honoſque e populo habitus eſt, ut in Campo Martio ſepeliretur. Gal rum aliquot populi, Ambiorige duce Eburonum, defecerun quibus Cotta, & Titurius, legati Cæſaris, circumventi i diis, cum exercitu, cui præerant, cæſi ſunt. & quum aliar quoque legionum caſtra oppugnata maximo labore defenſa ſent, interque eos, qui in Treviris præerat, Q. Cicero; ab ij Cæſare hoſtes prœlio fuſi ſunt. M. Craſſus, bellum Parthis i turus, Euphratem fluvium tranſivit, victuſque prœlio, in c & filius ejus cecidit, quum reliquias exercitus in collem re piſſet, evocatus in colloquium, ab hoſtibus, ut de pace ac ris, quorum dux erat Surenas, comprehenſus, &, ne quid vus pateretur, repugnans interfectus eſt.

EPITOME LIB. CVII.

C. Cæſar, Treviris in Gallia victis, iterum in German tranſit: nulloque ibi invento hoſte, reverſus in Gallia Eburones, & alias civitates, quæ conſpiraverant, vicit, & A biorigem in fuga perſecutus. P. Clodii à T. Annio Milone, c didato conſulatus, in Appia via ad Bovillas occiſi corpus pl in curia cremavit. Quum ſeditiones inter candidatos conſu tus, Hypſæum, Scipionem, & Milonem eſſent, qui ar ac vi contendebant; ad comprimendas eas, Cn. Pompejus gatus à ſenatu conſul tertium factus eſt, abſens & ſolus, qu nulli alii unquam. Quæſtione decreta de morte P. Clodii, lo, judicio damnatus, in exilium actus eſt. Lex lata eſt, ut tio abſentis Cæſaris in petitione conſulatus haberetur, inv & contradicente M. Catone. Præterea res geſtas à C. Cæ adverſum Gallos, qui prope univerſi, Vercingetorige Arve duce, defecerunt, & laborioſas obſidiones urbium, contin inter quas Avarici Biturigum, & Gergoviæ Arvernorum.

Ep

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

Epitome Lib. CVIII.

C. Cæſar Gallos ad Alexiam vicit, omneſque Galliæ civitates, quæ in armis fuerant, in deditionem accepit. C. Caſſius, quæſtor M. Craſſi, Parthos, qui in Syriam tranſcenderant, cecîdit. In petitione conſulatus M. Cato repulſam tulit; creatis conſulibus Ser. Sulpitio, & M. Marcello. C. Cæſar Bellovacos cum aliis Gallorum populis domuit. Præterea contentiones inter conſules, de ſucceſſore C. Cæſari mittendo, agente in ſenatu M. Marcello conſule, ut Cæſar ad petitionem conſulatus veniret, quum is lege lata in id tempus conſulatus provincias obtinere deberet; reſque à M. Bibulo geſtas in Syria, continet.

Epitome Lib. CIX.

Cauſſa civilium armorum & initia referuntur, contentioneſque de ſucceſſore C. Cęſari mittendo, quum ſe dimiſſurum exercitum negaret, niſi à Pompejo dimitterentur. & C. Curionis, tribuni plebis, primum adverſus Cæſarem, dein pro Cæſare actiones continet; quum ſenatusconſultum factum eſſet, ut ſucceſſor Cæſari mitteretur. M. Antonio, & Q. Caſſio, tribunis plebis, quoniam interceſſionibus id ſenatusconſultum impediebant, urbe pulſis; mandatum à ſenatu Conſulibus, & Cn. Pompejo, ut viderent, ne quid Reſpublica detrimenti caperet. C. Cæſar, bello inimicos perſecuturus, cum exercitu in Italiam venit: Corfinium cum L. Domitio & L. Lentulo cepit, eoſque dimiſit. Cn. Pompejum, ceteroſque partium ejus, Italia expulit.

Epitome Lib. CX.

C. Cæſar Maſſiliam, quæ portas ipſi clauſerat, obſedit: & relictis in obſidione urbis ejus legatis, C. Trebonio, & D. Bruto, profectus in Hiſpaniam, L. Afranium, & C. Petreium, legatos Cn. Pompeji, cum ſeptem legionibus ad Ilerdam in deditionem accepit, omneſque incolumes dimiſit: Varrone quoque, legato Pompeji, cum exercitu in poteſtatem ſuam redacto, Gaditanis civitatem dedit. Maſſilienſes, duobus navalibus prœliis victi, poſt longam obſidionem poteſtati Cęſaris ſe permiſerunt. C. Antonius, legatus Cæſaris, male contra Pompejanos rebus geſtis, in Illyrico captus eſt. in quo bello Opitergini Tranſpadani, Cæſaris auxiliares, rate ſua ab hoſti-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

hoſtilibus navibus clauſa, potius quam in poteſtatem hoſtiu
venirent, inter ſe concurrentes occubuerunt. C. Curio lega
in Africa, cum proſpere adverſus Varum, Pompejanarum pa
tium ducem, pugnaſſet, à Juba rege Mauritaniæ cum exerc
cæſus eſt. C. Cæſar in Græciam trajecit.

EPITOME LIB. CXI.

M. Cælius Rufus prætor, quum ſeditiones in urbe conci
ret, novarum tabularum ſpe plebe ſollicitata, abrog
magiſtratu pulſus urbe, Miloni exuli, qui fugitivorum exe
tum contraxerat, ſe conjunxit. uterque, quum bellum m
rentur, interempti ſunt. Cleopatra, Ægypti regina, à Pto
mæo fratre regno pulſa eſt. Propter Q. Caſſii prætoris av
tiam crudelitatemque, Cordubenſes in Hiſpania cum dua
Varianis legionibus à partibus Cæſaris deſciverunt. Cn. Po
pejus ad Dyrrhachium obſeſſus à Cæſare, & præſidiis ejus c
magna clade diverſæ partis expugnatis, obſidione liberat
tranſlato in Theſſaliam bello, apud Pharſaliam acie victus
Cicero in caſtris remanſit; vir nihil minus quam ad bella na
omnibuſque adverſarum partium, qui ſe poteſtati victoris p
miſerunt, Cæſar ignovit.

EPITOME LIB. CXII.

Trepidatio victarum partium per diverſas orbis terrar
partes, & fuga, referuntur. Cn. Pompejus quum Æg
ptum petiſſet, juſſu Ptolemæi regis pupilli, auctore Theod
præceptore, cujus apud regem maxima erat auctoritas,
Photino, occiſus eſt ab Achilla, cui delegatum id erat fa
nus, in navicula, antequam in terram exiret. Cornelia ux
& Sex. Pompejus filius, in Cyprum refugerunt. Cæſar p
tertium diem inſecutus, quum ei Theodotus caput Pompej
annulum obtuliſſet, & infenſus eſt, & illacrymavit: ſine
riculo Alexandriam tumultuantem intravit. Cæſar, dicta
creatus, Cleopatram in regnum Ægypti reduxit, & infer
tem bellum iiſdem auctoribus Ptolemæum, quibus Pompej
interfecerat, cum maximo ſuo diſcrimine vicit. Ptolemæ
dum fugit, in Nilo navicula ſubſedit. Præterea laborioſ
M. Catonis in Africa, per deſerta, cum legionibus iter,
bellum à Cn. Domitio contra Phraatem proſpere geſtu
continet.

EP

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

Epitome Lib. CXIII.

COnfirmatis in Africa Pompejanis partibus, earum imperium P. Scipioni delatum eſt; Catone, cui ex æquo defe-ebatur, cedente. Et quum de diruenda urbe Utica, propter avorem civitatis ejus in Cæſarem, deliberaretur, idque ne fie-et, M. Cato renuiſſet, Juba ſuadente, ut dirueretur; tutela jus, & cuſtodia mandata eſt Catoni. Inde Pompejus, Mani filius, in Hiſpania contractis viribus, quarum ducatum nec franius nec Petrejus excipere volebant, bellum adverſus Cæ-rem renovavit. Pharnaces, Mithridatis filius, rex Ponti, ſine lla belli mora victus eſt. Quum ſeditiones Romæ à P. Dolaella, tribuno plebis, legem ferente de novis tabulis, excita-e eſſent, & ex ea cauſſa plebs tumultuaretur, inductis à M. ntonio, magiſtro equitum, in urbem militibus, octingenti è lebe cæſi ſunt. Cæſar, veteranis cum ſeditione miſſionem po-ulantibus, dedit. & quum in Africam trajeciſſet, contra copias ubæ regis cum diſcrimine magno pugnavit.

Epitome Lib. CXIV.

BEllum in Syria Cæcilius Baſſus, eques Romanus, Pompejanarum partium, excitavit; relicto à legione Sexto Cæ-re, quæ ad Baſſum tranſierat: occiſoque eo, Cæſar Scipionem rætorem, Afranium, Jubamque vicit ad Thapſum, caſtris eo-um expugnatis. Cato, audita re, quum ſe percuſſiſſet Uti-e, & interveniente filio curaretur, inter ipſam curationem ſciſſo vulnere exſpiravit, anno ætatis quadrageſimo nono. Pe-ejus Jubam ſeque interemit. P. Scipio, in nave circumventus, oneſtæ morti vocem quoque adjecit. quærentibus enim im-eratorem hoſtibus, dixit, Imperator bene ſe habet. Fauſtus Afranius occiſi. Catonis filio venia data: Brutus, legatus æſaris, in Gallia Bellovacos rebellantes prœlio vicit.

Epitome Lib. CXV.

CÆſar quatuor triumphos duxit; ex Gallia, ex Ægypto, ex Ponto, & Africa: epulum, & omnis generis ſpectacula edit. M. Marcello conſulari, ſenatu rogante, reditum conceſſit. ui Marcellus beneficio ejus frui non potuit, à Cn. Magio Chi-oce, cliente ſuo, Athenis occiſus. Et cenſum egit, quo cenſa int civium capita centum quinquaginta millia: profectuſque in Iiſpaniam adverſus Sex. Pompejum, multis utrimque ex-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

peditionibus factis, & aliquot urbibus expugnatis, ſumm
victoriam cum maximo diſcrimine ad Mundam urbem conſe
tus eſt. Pompejus Sex. effugit.

EPITOME LIB. CXVI.

C. Cæſar ex Hiſpania quintum triumphum egit. & qu
plurimi maximique honores ei à ſenatu decreti eſſent :
ter quos, ut Pater Patriæ appellaretur, & ſacroſanctus,
Dictator in perpetuum eſſet, invidiæ cauſſam adverſum e
præſtitere, quod ſenatui deferenti hos honores, quum a
ædem Veneris Genitricis ſederet, non aſſurrexit: & quod,
Antonio conſule, collega ſuo, inter Lupercos currente, dia
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

INDEX.

ABUNDANTIA ſervorum pernicioſa, 3. 12.

Accendere facem certaminum, *hoc eſt, cauſſam præbere ſeditionibus*, 3. 14. fax quæ Druſum cremavit, ſocios in arma accendit, 3. 18.

Acceſſio, *pro additamento, auctario, quod accedit principi cauſſæ. Sic* acceſſio belli, 2. 9. cladis, 3. 1. provinciæ, 3. 6. *Ita Plinius*, 29. 1. *ne videatur* Acceſſio *alterius.* Seneca, *parva ruinæ ingentis acceſſio fui*, Conſol. ad Helviam.

Acceſſus, *h. e. aditus, tranſitus*, 1. 17. *alibi vocat* Clauſtra.

Accius. *Vide* Attius.

Accipere, *pro interpretari, intelligere*, 2. 18. accipere, *pro ſuſcipere, non reſpuere*, 1. 2. accipere regnum, *pro conſequi*, 1. 5. omen, *h. e. in omen, loco ominis*, 4. 12. *Sic apud Ciceronem, divin.* 1. 46. *Æmilius*; Accipio omen, *mea filia. Tacitus*, H. 1. 62. *Vt haud dubium magnæ & proſperæ rei* omen acciperetur. *Adde Tac.* 2. 13. *Liv.* 1. 7.

Accire mortem, 4. 2.

Accuſatorie loqui, *h. e. omnia ad invidiam rei coacervare, etiam falſa*, 4. 5.

Acerbiſſimum, *quod maximum dolorem inurit*, 3. 10.

Acerrimus juvenis, 4. 4.

Acerrima calliditas, 2. 17. *Sic* Acerrima *mens divi Auguſti, apud Tacitum, H.* 2. 76. *h. e. acutiſſima, ſollertiſſima.*

Acervatim, 1. 17.

Achaja, 1. 18: 3. 6. liberata, 2. 7.

Achaicum bellum, 2. 16.

Acies, *pro prœlio*, 3. 22. Acies prima, *pro parte aciei quæ proxime hoſtem eſt*, 4. 2. Aciem committere, *h. e. confligere*, 4. 7. dirige, *pro inſtruere, ordinare*, 3. 16.

Acies intentionis, *Præfat.*

Acilius Glabrio cos. 2. 8.

Acinaces, 4. 11.

Acrior, *h. e. vehementior*, 2. 2.

Acrius, *pro vehementius, majore & impetu*, 1. 11: 1. 13.

Actum eſt de illo, *h. e. periit. Ga-licè, S'en eſt fait*, 1. 18: 2. 6: 3. 3. 5: 4. 1. nihil Actum eſt, *h. nihil profectum eſt*, 2. 6.

Acta Pompeji, 4. 2. Syllæ reſci-dere, 3. 23.

ACUIT virtutem ratio, 1. 8.

Ad arma, *Itali* à l'arme: *unde Ga-lorum vox alarme*, 2. 15. Ad f-mam rei, *h. e. cum nunciaret-ea res*, 3. 9. Ad id tempus, *p-eouſque*, 3. 10. Ad id tempori-2. 17. Ad mare, *pro juxta mar-*1. 16. Ad ſimilitudinem, *h. e. a-exemplum, exemplo, more*, 1. Ad tempus, 1. 6. *Sic Marcellinu-*14. Ad ultimum; *pro poſtrem-*4. 7. *Niſi forte* ultimum *pro mor-te ponatur hoc loco.* Ad ambitur-uſque armari, 1. 16. Ad iniqu-pondera gladium addere, 1. 1-Ad virtutem dolum addere, 1. 3. 3. Ad ſonum virgæ expave-ſcere, 1. 26.

Adæquare famam alicujus, 2. 2 urbem flammis, 3. 10.

Addere dignitatem, *non tam eſ-augere, quam facere*, 1. 8. *Ita Sal-luſtius, Cat.* 22. *de Catone: hui-ſeveritas* dignitatem addiderat. Addere licentiæ ſcelus, 2. 5. Virtuti dolum, 1. 3: 3. 3.

Addicere, *verbum prætoriæ juriſdictionis, pro adjudicare.* 3. 23. *Videtur hæc conjunxiſſe Livius*, 6. 14. *Ne quem veſtrum, Quirites,*

donec

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

donec quicquam in re mea ſuper-erit, adjudicatum (*ſic velim, non, ut editur*, judicatum) addictumve *duci patiar*. Pro vulgari tamen lectione eſt Plautus in Nonio: ubi ſic legi velim: JUDICATUM, *adjudicatum atque addictum*.

Adeo terribilius, 2.6.

Adequitare caſtris, 4. 10.

Adeſſe, *pro urgere, inſtare*, 3. 5. *Hoc ſenſu Seneca, epiſt.* 53. *Domina eſt*, adeſt *& jubet*. Adeſſe precibus alicujus, *h.e. patrocinari, ſive, ut in l.* 6. §. 1. *de poſtul. exponitur, advocationem præſtare. vel, ut apud Senec. de brev. vitæ, cap.* 2. *advocare*, 2. 9. Aderat puellæ forma, *h.e. patrocinabatur ei, cauſſam illius agebat*, 4. 2. *Nam* adeſſe *dicebantur cauſſarum patroni. ut in l.* 19. §. 1. *de donat. & apud Tacitum*, 3. 11. *Piſoni patronos petenti, M. Lepidus, & L. Piſo, & Livenejus Regulus*, adfuere. *Sic* adeſſe dolori, *Seneca conſol. ad Helv. cap.* 2. Ovid. de arte, 3. 531.

—— *Ius qui profitebitur, adſit.*

Vide Livinejum, ad Paneg. Plin. cap. 78, pag. 301.

Adgubernare, 2. 8. iter, *h. e. regere*, 3. 5.

Adherbal Bomilcaris, 2. 6.

Adherbal Numida, 3. 1.

Adhoc, *pro inſuper*, 2.8:3.9:3.10:4.2.

Adhuc, *pro inſuper*, 1. 13.

Adigere gladium, 4.2. Adig. ſacramento, *h. e. adſtringere, obſtringere*, 3. 1. *Valet autem hoc loco, militem facere.*

Adire hereditatem, *h. e. pro herede ſe gerere, ut explicatur in Novel.* 1. c. 1. §. 4. *verſ. in omnibus*, 2. 20.

Admirabilior, 4. 2. Admirabilius, 3. 3.

Admittere hoſtes, *h. e. aditum præbere*, 1. 1.

Admodum, *h. e. omnino, non amplius. ſicut apud Iuſtinum*, 17. 2. *poſt menſes* admodum *ſeptem.* & 24. 1. *congregati* admodum *quingenti. Sic* in noſtro, 2. 6. prætextatus admodum filius, *h. e. non amplius adhuc quam prætextatus, impubes etiamnum. intendit enim rem hæc particula, & admirationem auget.*

dmovere arma, 3. 23. ſigna commilitonum, *h. e. adducere*, 1. 24. ubera, *pro præbere*, 1. 1.

Adoleſcentia populi Romani. *Præfat:* 1. 22.

Adoptare in locum liberorum, 1. 9. ſervi in bona libertatis noſtræ adoptantur, *h. e. per manumiſſionem, quaſi adoptionem, libertatem conſequuntur*, 3. 20.

Adoptati nomen familiæ ſuæ retinent, 2. 20.

Adoptio Auguſti, 4. 4.

Adorata urbs, 2. 4. *Non liquent mihi Gruteri rationes, quas una cum Suſpicionibus haud dum editis aliena manus abſtulit. Putem autem*, Adorare urbem *explicari poſſe, non in conſpectum ejus modo, ſed ita prope accedere, ut & colloqui cum civibus poſſit.* an ſic *adoratur penna?* Lucan. 4. 478. Statius Theb. 6. 664. —— *adorato redit illa ingloria diſco. Apud Apulejum Metamorph.* 2. *&* 3. adorare populum, *eſt verba ad populum facere.*

Adorta urbs, *quam quis adortus eſt*, 4. 2.

Adortus, *h. e. aggreſſus*, 1.3:3.1:4 2:4. 12.

Ad-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

Adprobare ſe, *h. e. probum ſe oſtendere*, 1. 18. *ſic* Adprobare cauſſam belli, 2. 11. Latro apud Senecam, controv. 5. 32. in Diviſ. *Mores tuos patri debes approbare.* Tacitus, 1. 75. *probare cauſſam ſenatui juſſit.*

Adremigare, 2. 8. litori, 1. 18. portibus, 3. 7.

Adrianum mare, 2. 5.

Adriaticum mare, 3. 4: 3. 6: 4. 2.

Adverſari voluntati alicujus, 1. 22.

Adulteratæ reliquiæ, 2. 11. Adulteratum *dicitur, quicquid aliena ſpecie in deterius mixtum eſt. Sic* adulterata moneta, nummi, rationes, &c. apud JCtos.

Ædes, *pro templo*, 1. 7.

Ædificator, *libenter ædificans*, 1. 8.

Ædul, 3. 2.

Æëtas Ponticus, 3. 5.

Ægates inſulæ, 2. 2.

Ægeum mare, 2. 16: 3. 6.

Æger rerum temere motarum, 3. 17. *Sic* Æger conſilii. Salluſt. H. 4. 3. Ægra animi, *Liv.* 1. 58. *Hujus generis exempla compluria notat Rhenanus in locutionibus Taciti.* ÆGRÆ reip. requieſcere quomodocunque expedit, 3. 23.

Ægimurus, 2. 2.

Ægritudo corporis, *pro morbo*, 4. 7. *Utitur hac phraſi Curtius*, 3. 5.

Ægyptius triumphus Cæſaris, 4. 2. Ægyptium mare, 3. 6.

Ægyptus, 4. 2. Ægypti cornua, 4. 11. fugam in Ægyptum agitat Pompejus, 4. 2. in Ægypto bellum cum Cæſare, 4. 2.

Æmilius Inſubres vincit, 2. 4.

Æmilius Paullus cos. 2. 12. *Vide etiam* Paullus.

Æmilius Regillus, 2. 8.

Æmulus Cæſarianæ potentiæ Antonius, 4. 3. Æmula Romæ Alba, 1. 3. ÆMULARUM metu ablato luxuriantur urbes, 2. 15.

Æmulatio imperii inter Latinos & Romanos, 1. 11: 1. 14.

ÆMULATIO inter pares, 3. 17. ÆMULATIO metu remoto erumpit, 4. 2.

Æneas, 1. 1. in Italiam venit, 1. 1.

Æqui, 1. 11.

Æquitatis ſpecies in ſeditionibus tribuniciis, 3. 13.

Æquo Marte contendere, *ut nemo ſit ſuperior*, 4. 2.

Æquum & bonum, 1. 22: 3. 14.

Ærarium, 3. 9. reip. nervus, 3. 13. ſanctum, 4. 2.

Æs Corinthium, 2. 16.

Æſapus, *fl.* 3. 5.

Æſtimare victoriam modeſte, 4. 12.

Æſtivæ deliciæ, *pro loco in quem æſtate ſecedimus*, 1. 11. *Huc referenda illa Curtii*, 5. 8. *Urbem hanc nunc tenent Parthi: eaque æſtiva agentibus ſedes eſt. quod ipſum* Æſtivare *dicitur Suetonio, Galb.* 4. 8. *& Veſp.* 24. 1.

Æſtus Oceani, 3. 10. *Sic per tranſlationem* Æſtus fortunæ, 2. 7. furoris, 4. 2.

Ætas juvenilis favorabilis, 4. 4. Ætas Pop. R. prima, *Præf.* 1. 8. ſecunda, *Præf.* 1. 22: tertia *Præf.* 2. 1: 2. 19: 3. 12. Ætatis diſcrimina in tabulis, 1. 6. Ætate poſſidere, *h. e. longo tempore*, 3. 13.

Æthiops in aciem prodeuntibus obvius ferale ſignum, 4. 7.

Ætnæus ignis, 1. 16.

Ætoli, 2. 9. in partibus Pompeji, 4. 2.

Ætolia, 2. 8.

Affectare Siciliam, 2. 2.

Affectator imperii populus, 2. 7.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

Afficere pudendis fœderibus, 2. 18.

Affectus, *pro liberis & uxoribus*, 1. 13.

Afflat urbem terror regius, *h. e. tam prope eſt, ut quaſi ſpiritu contingere poſſit*, 3. 5. *Ad hunc modum videtur dictum illud Virgilii, Georg.* 1. 250. *Noſque ubi primus, equis Oriens* afflavit *anhelis. & Æneid.* 5. 739, *Et me ſævus equis Oriens* afflavit *anhelis. Sic* fulmine afflari *dicuntur, qui non prorſus feriuntur, ſed ejus fervore & halitu perſtringuntur, apud eundem, Æn.* 2. 649. *Plin. paneg. cap.* 90. *Spartian. Adriano, cap.* 14. Ovid. Pont. 3. 6. Sic apud Statium, Theb. 10. 323. *Afflatusque fugit curru majore Bootes.* Ariſtides Orat. XIII. pag. 214. καίτοι μεστοῦντας μὲν οὖν ἐπὶ τῆς πορείας προσέβαλλεν, ὥσπερ πνεῦμα ἀπὸ θαλάττης· ubi bene interpres uſus verbo *afflavit*. Val. Flaccus, —— *virque virum galeis afflavit adactis.* Barth. adverſ. 1091.

Affligere humo, *pro illidere*, 4. 12.

Afflictus, *pro perdito, proſtrato. ſic* Afflicti mores, 3. 12. Afflictæ res, 2. 6.

Affluunt copiæ, 3. 20.

Afranius dux Italus, 3. 18.

L. Afranius cos. 4. 1. Pompeji legatus, 4. 2. occiditur, 4. 2.

Africa Romanis cedit, 2. 6. nomini induitur, 1. 11. Africæ captivitas, 2. 6. in Africam fugam agitat Pompejus, 4. 2. in Africam navigatur à Tarento, 1. 18. Africa contenti debuerant eſſe Romani, 3. 12. in Africa bellum civile geritur, 4. 2.

Africanus ille magnus, 2. 15. *Vide* Scipio.

Africum mare, 2. 2.

Agamemnon cur vocatus, Pompejus, 4. 2.

Ager quem Annibal caſtris inſederat, Romæ venditus, 2. 6. Agrorum diviſio bellum concitat, 4. 5. Agris dividendis creati triumviri, 3. 14. Agros à tribunis flagitat populus, 3. 12. Agris multati hoſtes, 4. 12.

Agere, *pro degere, verſari, habitare*, 1. 2: 2. 5: 4. 12. *ſic* Agere extorrem, 3. 13. immunem, 1. 23. *pro adminiſtrare: ſic* Agere ducem, 2. 8. poteſtatem, 1. 7. regnum, 1. 6. *ita non ſemel Tacitus, ut in Indice ejus notamus. & Livius*, 1. 32. Agere, *pro abigere, exigere, deturbare*, 2. 11. *pro celebrare: ſic* Agere cenſum, 1. 8. conventum, 4. 2. *Sic Iuſtinus*, 12. 13. *Cicero* forum agere *dixit, ad Atticum*, 5. 16. *forum indicere Virgilius, Æn.* 5. 758. *ubi & explicat, jura dare.* delectum, 3. 10. triumphum, 2. 2. Agere, *pro pellere*, 3. 4. *pro impellere: ſic* Agere tranſverſum, 4. 2. *pro repellere*, 3. 4. Agere equos, 1. 7. naves remis, 2. 2. Agere *pro efficere, proficere*, 1. 13. Agere gratias, *Ibidem.* funes ſub mari, 4. 2.

Agger effectus ex congeſtis cadaveribus, 4. 2. Aggere cinctæ civitates obſeſſæ, 4. 2.

Agitare, *pro habitare*, 4. 12. *pro cogitare*, 1. 5. *pro impellere, inſtigare*, 1. 16: 2. 12: 3. 1: 4. 15: 4. 6. *ſic* agitatus injuriis populus, 1. 8. *pro quo tamen forte rectius* fatigatus *legeres. Iuſtinus tamen*, 14. 4. *hoc ferme modo* ſeditionibus agitare *dicit.* Agitatum ſideribus bellum, 3. 21. *pro deliberare, ſic* Agitare

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

tare extrema deditionis, 2. 17. fugam, 4.2. imperium, 2.2. mœnia, 1. 1. ſecum aliqua, 4. 7. ſecum de extremis, 4.2. *pro movere, concutere*, 4. 3. *pro agere*, *ſic* Agitare otia, luxus, 2. 8.

Agmen *pro exercitu*, 3. 5: 3. 21: 4. 2.

Agrariæ leges, *vide* Leges.

Agricola triumphalis, 1. 11.

Agriculturæ neglectæ cauſſa, 1.22.

Agrigentum, 2. 2.

Agrippa, 4. 12.

Alba, 1. 1.

Albanus, *pro Albani*, 1. 3. *Vide* Singularis pro plurali.

Albanus mons, 3. 18.

Albani, *Aſiæ pop.* 3. 5.

L. Albinius, 1. 13.

Albinovanus, 3. 21.

Albinus, A. Poſthumius, 3. 1.

Alexander Macedo, 2. 7.

Alexandria, 4. 2.

Alexia, *urbs*, 3. 10.

Algidum, *urbs*, 1. 11.

ALIA minari, alia irrepere, 2.12.

Alienum bellum, *quod non à nobis geritur*, 3. 6.

Aliquando, *pro tandem*, 4. 2.

Aliquo, *h.e. aliqua in re, aliquatenus. Florus ſæpe.* Salmaſ. Pall. Tertull. 222. ni forte ſic ſit in Mss. quos ille viderit.

Alii ex aliis reges prodeunt, 3. 5. *vult dicere, quibuſdam debellatis, nihilo ſegnius alios arma moviſſe.* Alia terra, mutati homines, *quædam quaſi proverbialis locutio, de mutatione morum*, 4. 12. ſic apud Liv. 25. 1. *tanta religio, & ea magna ex parte externa, civitatem inceſſit, ut aut homines, aut dii repente alii viderentur facti.* Aliud ex alio captare, 3. 17.

Allevari, *pro niti, fretum eſſe, ſublevari*, 4. 2.

Allia, *fl.* 1. 13.

Allobroges, 3. 2. in arma ſollicitantur à Catilinianis, 4. 1.

Alluere, *dicitur Oceanus aut fluvius terras pone jacentes*, 4. 12.

Alpes, 1. 13: 1. 26. clauſtra Italiæ, 3. 3. hieme creſcunt, 3. 10. tranſcenduntur ab Annibale, 2. 6. Romanis, 3. 2. Alpes Noricæ, 3. 3: 4. 12.

Alpheus, *fl.* 2. 16.

Alpinorum corporum vitia, 2. 4.

Altera patria, 2. 6. Roma, 3. 5.

Altus animus, *pro magno, &, ut Salluſtio Cat. cap. 5. dicitur, vaſto*, 4: 12. Altum, *ſubaudi mare*, 3.8:4.11. *Sic apud Virgil. Æn.* 1.7. *& terris jactatus, & alto.* Altum *autem* mare *eſt medium, cum longius à terra receditur: ibi enim aquæ conglobantur, & in convexi ſpeciem tumeſcunt. vide Plinium*, 2. 65.

Alumna urbis oſtia, *h. e. quæ alit urbem, nempe commeatibus ex aliis regionibus eo convectis: quod tangit*, 1. 4. *ſupra*, 3.21. Alumnus *enim non is modo dicitur, qui alitur, ſed & qui alit. ut* eloquentia alumna licentiæ *vocatur apud Auctorem de cauſſis corruptæ eloquentiæ, cap.* 40. *& alios, quos citat Becmannus in Originibus linguæ Latinæ. contrario ſenſu* alumnus urbis *eſt apud Tacitum*, 12. 11.

Ambiorix Gallus, 3. 10.

Ambitus, *pro ambitione*, 4. 9: 4. 11. Ambitus ducum in retinendis imperiis, 4. 2. Ambitus honorum, *cum magiſtratus illicitis mediis, ut pecunia, aliiſque lenociniis,*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

ciniis, *ambiuntur*, 3. 12. *hoc ſenſu*, Ambitus rei, 3. 17. uſque ad Ambitum armati Samnites, *h.e. ambitioſe, ut non uſum magis armorum reſpicerent, quam ornamenta*, 1. 16. *quo fere ſenſu* ambitioſas copias *dixit Ammianus*, 24. 19. *ita magnas, ut ad oſtentationem potius, quam uſum, comparatæ fuiſſe videantur.*
mbracia, 2. 9.
mbracius ſinus, 4. 11.
mici vitibus montes, 1. 16.
micitia, *pro fœdere*, 4. 10.
micti vitibus montes, 1. 16. *Sic alii terram* veſtitam *vitibus, gramine*, &c. *dicunt. vide Taubmannum ad Virg. Georg.* 2. 38. Corippus, lib. IV.
—— *& amictæ vitibus ulmi.*
MISSA quaſi rapta repetimus, 3.5.
MOENITATE Aſiatica mollita Gallorum feritas, 2. 11.
mor immaturus, *h.e. intempeſtivus*, 1. 3.
mplius, *h. e. majus. ſic* Amplius bellum, 2. 7. nefas, 4. 1.
mple ſonare, *amplum & magnum nomen habere*, 4.2. Amplius, *h.e. plus, magis. ſic* Amplius audere quam congredi, 1. 14. Amplius ſuſpicari aliquem quam ſit, 1.18. nihil Amplius quam, *h.e. tantum. Sic Sueton. Claud. cap.* 16. *Galba, cap.* 19. *Tito, cap.* 9. *Tacitus* 13. 40.
Amplexus amicorum, 4. 2.
Amputare ſarcinas, *h.e. adimere*, 2. 18. *Idem fecit Alexander, apud Curtium*, 6. 6.
Amulius, 1. 1.
An. dubium an. *vide* D.
Ana, *fl.* 3. 22.
Anceps acies, 3. 22. bellum, 4. 2. contentio, 1. 3. prœlium, 4. 2.
Ancharius, 3. 21.
Ancilia, 1. 2.
Ancus Marcius, 1. 4.
Andriſcus, 2. 14.
Anguis Lernæus, 1. 18. Angues, obtrito capite, poſtremum cauda minantur, 3. 5.
Angulus Bruttius, 3. 20. Italiæ ultimus, 2. 6.
Anicius prætor, 2. 13.
ANIMA imperii imperator, 4.3. Animæ immortalitas, 4. 2. Anima amiſſa corpore locum tegere, 4. 1.
Animadvertere, *pro punire*, 4. 1. in aliquem, 3. 21.
Animalia quædam aquam & terram incolunt, 3. 6.
Animoſior cladibus Samnitium gens, 1. 16.
Animus Mithridatis malis auctus, 3. 5. Animo præſagire aliquid, *h.e. mente prævidere*, 4. 1. Animi ferarum Inſubribus, 2. 4. Animi mobiles facinore obligantur, 1. 9. Animus, *pro prudentia, recto conſilio*, 2. 17. *Sic* Mens *eſt apud Livium*, 26. 11. *pro fiducia, audacia.* ANIMUM noſtrum in ſociis perdimus, 4.2: 4.7. Animi, *pro ſpiritu, ſuperbia: ſic* tantum animorum, 3. 16. Animos tollere, *utrumque ſignificat, & audaciam alteri facere, ut*, 1.3. *apud Virg. Æn.* 9.127. *&* 10.278. *& ipſum capere, ut*, 1.11. & *apud Livium*, 1. 32. *quod* 4. 9. Animos erigere *dixit. &* 3. 5. Animis ingentibus efferri.
Annales, 1. 10: 1. 12.
Annibal, 2. 6. vincitur ab Æmilio, 2. 8. à Scipione, 2. 6. fœdus cum Phi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

Philippo percutit, 2. 7. Romanis hoſtem toto orbe quærit, 2. 8. cum iis XVII. annis bellavit, 3.5. minus vaſtavit Italiam, quam ſocii, 3. 18: 3. 21. non videtur optaſſe quod Catilina, 4. 1.

Anniti, *valde niti. nam* ad *particula ſignificationem verbi auget, ut videre eſt ex illis Senecæ, ep.71.7. Si virtutem adamaveris, amare enim parum eſt. ſic* Annitente regina, 1. 6. Annixus ex ſummo ſtudio, 1. 9. omni modo, 1. 18.

Anniverſarii Romanorum hoſtes Vejentes, 1. 12. *h. e. qui ſingulis annis, velut ſtato tempore, eos laceſſerent. Sic apud Livium,* 4. 45. *Æquorum jam velut* anniverſariis armis *aſſueverat civitas.*

Annius, 3. 16.

Anno Pœnus, 2. 17.

Annonæ pignora, 4. 2.

Anni bellorum Annibalis, Pyrrhi, Mithridatis, 3. 5.

Annus à Numa in menſes deſcriptus, 1. 2. Anni ſancti, pii, aurei, 3. 12. per annos ducentos in Hiſpania dimicatum, 2. 17. Annis L. cum Samnitibus bellatum, 1. 16. Annis CC. Africa, Europa, *&c.* à Roman. ſubactæ, 2. 1.

Annua cæli converſio, 4. 3.

Anquirere, *pro inquirere*, 4. 12. *etiam extra judicium.*

Anſer Capitolium ſervat, 1. 13.

Ante ducis imperium ſigna canunt, *h. e. priuſquam dux id imperaret*, 4. 2. Ante finitum bellum, quam geri nuntiaretur, 2. 13. Ante in media Gallia fuit Cæſar, quam ab ultima timeretur, 3. 10. Ante victus hoſtis, quam viſus, 4. 2.

Antecellere, *prævalere, plus poſſe*, 1. 13.

in Anteceſſum prædam divide[...] 4. 12. ſibi parentare, 3. 21. *h*[...] *ante juſtum tempus.*

Antiochus *Magnus*, 2. 8.

Antiſtius, 4. 12.

Antium, *urbs*, 1. 11.

Antonius Pompeji legatus, 3. 7.

C. Antonius cos. cum Cicerone, [...]

C. Antonius triumviri frater, 4. 2[...]

L. Antonius triumviri frater, 4. [...]

M. Antonius triumviri avus, 3. 2[...]

M. Antonius triumviri pater, 3. [...]

M. Antonius, 4. 2. cos. 4. 3. [...] ſignia regni offert Cæſari, 4[...] fax & turbo ſeculi, 4. 3. gra[...] reip. 4. 6. avunculum proſcrib[...] 4. 6. ſcopulus ſecuritatis pub[...] cæ, 4. 9. bello Mutinenſi vin[...] tur, 4. 4. proficiſcitur con[...] Caſſium & Brutum, 4. 7. vin[...] tur à Parthis, 4. 10. ab Auguſ[...] 4. 11. Antonii metus & ignav[...] 4. 7. ingenium peſſimum, 4. 5[...]

Anuli, 1. 5. ſenatorum, 2. 6. An[...] lorum modii Carthaginem m[...] ſi, 2. 6. Anulos in mare abji[...] Sex. Pompejus, 4. 8.

Apenninus *mons*, 3. 10.

Aperire, *h. e. viam facere, ſic* Ap[...] rire Europam, 3. 5. Italiam, 2.[...] *ita Curtius*, 7. 1. *primus* Aſia[...] aperuerat *regi. &c*, 5. 3. mari qu[...] que novum iter aperuerat. Ap[...] rire iter ad victoriam, 1. 14. q[...] maris noſtri limen aperitur, *h.*[...] *ubi incipit mare*, 3. 6. *ſic* aper[...] Oceani *dicit Tacitus*, 2. 23. *p*[...] *medio mari.*

Apes in ſignis, malum omen, 2. [...] 4. 2.

Apollo Cumanus, 2. 8. Pythiu[...] 1. 12.

Apparatus conviviorum magnif[...] cus, 3. 12.

Appia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

Appiani nomine falſa forte ſcripta circumferuntur, 4. 10.

Appius, *vide* Claudius.

Applicare, *pro appellere*, 4. 2.

Approbare, *vide* Adprobare.

Appropinquare, 1. 13.

Appulejana ſeditio, 3. 1. ejus origo, 5. 12.

Appulejus Saturninus, 3. 16.

Apulo Hiſter, 2. 10.

Apuli, 1. 18.

Aqua & igni interdicere, 3. 16. *Æquivalet hodiernæ pænæ Banni.*

Aquæ Sextiæ, 3. 3.

Aquila, *ſignum Romanæ legionis*, ſervata à ſignifero intra baltei latebras, 4. 12. Aquilam in caſtra refert Auguſtus, 4. 4. Aquilæ prodire nolentes, *h.e. non cedentes, cum revellerentur humo*, 2.6. Aquilæ Romanæ captæ Parthis, 3. 11. remittuntur, 4. 12. duæ penes Germanos, 4. 12.

Aquilius reliquias Aſiatici belli conficit, 2. 20.

Manius Aquilius ſervos vincit, 3. 19.

Aquitani, 3. 10.

Ad Aram juratum, 2.6. *Vide Berneccerum ad Iuſtinum*, 24. 2. Aras amplecti inter necem, 3. 21. *Hoc autem factum, ſeu præſidii cauſſa, ut ad aras, tanquam aſylum, confugerent, quemadmodum Ioabus, 3 Reg. 2. & Priamus apud Pauſan. pag. 129. &c. ſeu ut exſecrarentur homicidas, & quaſi à præſentibus diis ultionem peterent: vide Vellejum*, 2. 22.

Arabes, 3. 5. in claſſe Cleopatræ, 4. 11.

Ab Aratro dictator, 1. 11.

Araxis, *fl.* 4. 10.

Arbiter inter reges Judæos Pompejus, 3. 5. regum & gentium Pop. Romanus, 3. 18.

ad ARBITRIUM hoſtium mori fortibus viris miſerrimum, 4. 8.

Arbores taxei, 4. 12.

Arcades, 1. 1.

Arcanum gentis Judaicæ, 3. 5. *Claudianus de bel. Ger. verſ.* 103. arcanum tanti *deprendere* regni. *Iiſdem & verbis, & ſenſu.*

Arceſſere, *pro vocare*, 3. 15.

Archelaus, 3. 5.

Archimedes, 2. 6.

Arctæ res, 2. 6. *Livio aliquoties acciſæ res, ſunt. Sic Iuvenali*, 3. 165. *dicitur*, Res anguſta *domi.*

Arcus Perſici, 2. 8.

Ardentes oculi, 1. 16. ardentibus focis manum injicit Scævola, 1. 10. Ardentiſſimus dux, *h.e. animoſus, omnia audens*, 4. 2. *Sic* quid Romulo ardentius? 1. 8.

Ardere cupiditate *auri. h.e. vehementiſſime cupere*, 3. 11. *Sic Virgil. Æn.* 11. 782. *ſpoliorum ardebat amore.* Ardet mare ventis, *h. e. turbatur, exagitatur*, 4. 2. novis motibus Aſia, 3. 5.

Ardor pugnantium, 4. 2. Ardores *pro æſtibus*, 4. 10.

Arena. *vide* Harena.

Arethuſæ fons, 2. 6.

Argentariæ tabernæ, 25. 6. *Vide titulum ff. de edendo.*

Argentea arma Samnitum, 1. 16. haſta Salondici, 12. 17. Argenteum carpentum Bituiti, 3. 2.

Argentum Antonii dolabris conciſum, 4. 10. Arg. in uſum armorum pro ferro conflatum, 2. 15. Argenti 10. pondo pro luxuria habita, 1. 18. Argento fulgentes elephanti, 2. 8.

Argentum (*h.e. ſignum*) pacis, clauſus Janus, 1. 2.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

Aricinum, *urbs*, 1. 11.
Ariminum, *urbs*, 4. 2.
Ariobarzanes Cappadox, 3. 5. in partibus Pompeji, 4. 2.
Arioviſtus Germanus, 3. 10.
Arioviſtus Inſuber, 2. 4.
Ariſtobulus Judæus, 3. 5.
Ariſtonicus Pergamenus, 2. 20.
Arma ademta victis. *Vide* Ferrum victis ablatum. Arma argentea & aurea in uſu, & quare, 1. 16. *Adde Curtium*, 8. 8. *ubi Alexander: An me luxuriæ indulgentem putatis* arma veſtra auro argentoque adornaſſe? *aſſuetis nihil vilius hac materia videri volui. Polyænus*, 8. 22. *Cæſar militibus præcepit, ut arma haberent auro argentoque ornata; maxime quidem ornamenti cauſſa: ſed ideo etiam, ut milites res pretioſas acrius defendendas ac propugnandas exiſtimarent.* Arma cremata à dominis, 2. 18. à victoribus, 4. 12. data in profluentes. *Ibidem. Confer Appianum civil. 1. pag. 376.* detracta templis, 2. 6. diſcoloria, 3. 2. promiſſa Vulcano, 2. 4. Romana peregrinantur, 4. 1. Rom. ſacroſancta violantur ab Aquilio, 2. 20. rubiginem ac ſitum ſentiunt, 2. 3. Armorum manubiæ, 2. 18. ARMORUM præmia armis defendere, 4. 2. Arma circumferre, *Præfation.* toto orbe, 3. 12. corripere, *pro ſumere*, 1. 9: 1. 10: 4. 12. deponere, 2. 18. Armis aſſueſcere, 4. 12. incitatiſſimum tempus, *Præfation.* injuriam vindicare, 1. 22. multare victos, 4. 12. ARMIS petere, quod negatum precibus, 3. 3. urgere, 1. 10.
Arma, *pro bellis*, 3. 12: 3. : 4. 2.
Armamenta *navium*, 4. 2. *V*e *Berneccerum, ad Suetoniu*, *Aug.* 17.
Armare, *pro inſtruere, ſic* cupido d minandi Cæſ. & Pomp. furi bus in exitium reip. facibus mavit, 3. 12. *pro in arma con tare, ſic* fortuna pop. Ron num, 4. 1. Sex. Pompejus gaſtula, 4. 8. Sertorius Hiſ niam, armavit, 3. 23.
Armatura levis, *pro leviter arm tis*, 4. 2.
Armenia, 3. 11. æſtuoſa, 4. 10. cipitur à C. Cæſare, 4. 12.
Armenia utraque, *h. e. major minor*, 3. 5.
Armenii, 3. 12. triumphi, 4. 2.
Arminius Germanus, 4. 12.
Arracillum, *urbs*, 4. 12.
Arrigere in occaſionem, 4. 2.
Ars bellandi, 1. 3. Cilicum, 4 ducis, 4. 10. Artem facere, h nomen & auctoritatem artis dere, 3. 12. *Sic Plinius*, 20. 17. *niſum appetentiam ciborum p ſtat: quando id quoque inter tificia deliciæ fecere, ex quo lab deſiit cibos poſcere.* Artes, *pro ſtitutis, moribus*, 1. 5. *pro gen & modo vivendi*, 1. 6. *pro fra dibus, inventis callidis*, 4. ARTIBUS ſuis hoſtem aggred 3. 1.
Arſia, *fl.* 2. 5.
Artabazes Ponticus, 3. 5.
Artaxata, 4. 12. caput Armeni 3. 5.
Arthoces Iberus, 3. 5.
Artus humani diſſidentes, 1. 23.
Arverni, 3. 2: 3. 10.
Aruns Tarquinius, 1. 10.

Aruſi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

ruſini campi, 1. 18.

rx, *pro Capitolio*, 1. 26: 3. 16.

rx Capitolii, 3. 21. Capitolini montis, 1. 13. Præneſtina, 1. 18. Arx, *pro munimento, præſidio, ſic* Arx Ciliciæ Iſaurus, 3. 6. Arx & ſpecula Africæ Clypea, 2 2. *Sic apud Liv. de Ætolis* 34. 24. *Si in media Peloponneſo arcem ſibi fecerint. ſic* arx ſpei, *apud eundem*, 7. 34.

rces tres Syracuſis, 2. 6.

s, *terminatio Antiquorum in accuſativis tertiæ declinationis, ut Sàmnitas, Acarnanas, &c.* 1. 16.

ſcendit bellum montes, 4. 12.

ſculum, 3. 18. evertitur, 3. 18.

ſdrubal Carthaginienſium dux ultimus, 2. 15.

ſdrubal frater Annibalis, 2. 6. vincitur à Scipionibus, 2. 17.

ſia, 3. 5. à Pompejo perdomita, 3. 5: 3. 10. provincia Craſſi, 4. 2.

ſiatica amœnitas, 2. 11. hereditas Attali regis, 3. 12. Romanos corrumpit, 3. 12. Aſiaticum mare, 3. 6.

inius Pollio, 4. 12.

ſerere, *pro defendere, vindicare, liberare. ſic* Aſſerti à Latinis Tarquinii, 1. 11, à Manlio urbs, 3. 13, ab Appulejo leges Gracchanæ, 1. 16. atque Livio Druſo, 3. 17. à Licinio Craſſo pùdor Romanus, 3. 20. *ſic* aſſerere ſocios, 2. 18. imperium, 3. 3. Senatum, 3. 17. *Sic* aſſertores *dicuntur Suet. Cæſ. cap.* 80: *liberatores populi, vindices libertatis.*

ſueſcere, *pro aſſuefacere*, 4. 12. Sueſcere *hoc modo uſurpat Tacitus* 2. 52.

Aſſuetus, *cum ablativo*, 1. 1: 4. 12. *ſic* Aſſuetus immoderata licentia militari, *Iuſtinus* 31. 1.

Aſtringere obſidibus, 4. 12.

Aſtrudes palus, 2. 12.

Aſtura, *fl.* 4. 12.

Aſtures, 4. 12. vincuntur à Cariſio, 4. 12.

Aſſumere in decus gentis, *pro adſciſcere in nomen gentis, adoptare*, 2. 15. in decus *enim* gentis, *hic interpretor, non*, ut eſſet decus gentis, *ſed* ut frueretur decore, honore, gloria hujus familiæ.

Aſſurgere in ultionem, *h. e. capeſſere ultionem, accingi ultioni*, 3. 1. *alibi dicit* Conſurgere, *cujus contrarium eſt* ſedere, *h. e. otioſum eſſe, quieſcere, apud Senec. in Troad. verſ.* 214. *Varronem, de re ruſtica*, 1. 2. *Liv.* 2. 12. *Iuven.* 10. 93. *Senec. de otio ſap.* 31. 4.

Aſylum Romuli, 1. 1.

Atra imago Bruto ſe offert, 4. 7.

Ateſis, *fl.* 3. 3.

Athenæ, 3. 5.

Athenio, 3. 19.

Atquin, *pro atqui*, 4. 2.

Attalus Pergamenus, 2. 7.

Attalus prioris nepos, 2. 20: 3. 12. Attali hereditas. *Vide* H.

Atterere hoſtem, *ſenſim debilitare, & conſumere*, 3. 22. *Sic* Att. patrimonium *eſt in Suet. Aug.* 40. 2. Atteri operibus, 2. 18.

Attici, 2. 9.

M. Attilius Regulus, 2. 2.

Attius Navius, 1. 5.

Attonitus, 2. 12. *Explicat vim hujus verbi Seneca, Nat. quæſt.* 2. 27. *quo (tonitru) edito concidunt homines & exanimantur: quidam vero vivi ſtupent, & in*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

totum ſibi excidunt, quos vocamus attonitos, *quorum mentes ſonus ille cœleſtis loco pepulit.* Ovidius de Ponto, 1.7.
Nam fuit attonito mens mihi nulla diu.
Attrectare terminos alienos, 3. 5.
Avaricum *urbs*, 3. 10.
Avaritia Romana, 3. 5. Rom. equitum, 3. 5.
Auctor belli, *pro ſuaſore*, 4. 2 : 1. 9. *pro cauſſa : ſic* Auctor cladis, 2.6. *pro eo qui aliquid dicit, narrat*, 1. 16.
Auctoritas Menenii, 1.23. Senatus, 1. 1. *minus eſt, quam poteſtas.* Curtius, 6. 8. *Nihil poteſtas regum valebat, niſi prius valuiſſet auctoritas, h.e. perſuadere prius debebant populo, juſte puniri reum; tum exercere poteſtatem ſuam. Non abſimiliter Sulpicius Severus, lib. 2. hiſtoriæ ſacræ:* poteſtate *regis uſuri, ubi* auctoritate *ſua parum* valuiſſent. *Sic Cicero, offic. 3. 27. Cujus cum* valuiſſet auctoritas.
Auctiores opes, 4. 2.
Aucupari favorem, *pro captare, quomodo & venari dicunt*, 3. 13.
Audentior, 1. 8.
Audere eruptiones, 3. 10. *Ita ſæpiſſime Tacitus*, Audet aliquid fortuna contra Cæſarem, 4. 2.
Aventinus, *mons*, 1. 1: 1. 24: 3. 15.
Aves ſanguine aſſuetæ, *h.e. vultures*, 1. 1.
Aves victoriam promittunt, 4. 7.
Auferre caput, *pro demere, abſcindere*, 4. 7. fugam, *pro impedire, obſtruere*, 3. 10. in diverſum, *hoc eſt, aliud perſuadere, alio impellere*, 2. 6. Auferre, *pro eximere, ſubducere.* *ſic* matura mors Druſum, 3. virtus Horatium abſtulit, 1. *hoc eſt, eripuit, pœnâ parricidii liberavit.*
Aufidus, *fl.* 2. 6.
Auguratus ſacer Romanis, 1. *Val. Max. 3. 2. Apud antiq non ſolum publice, ſed & p vatim, nihil gerebatur, niſi a ſpicio prius ſumpto.*
Augurio experiri aliquid, *hoc* *ea de re aves conſulere*, 1. Aug. ſummus, *hoc eſt, præſt tiſſimus augur.* 1. 3. victor, *p eo, qui melius auſpicium nac eſt*, 1. 1.
Augures, 1. 2.
Auguſtus, *Præfat:* 3. 12. mort patris [*adoptivi, nempe Cæſar*] ulciſcitur, 4. 2. Hiſpaniam p domat, 2. 17. ordinat im rii corpus, 4. 3. vincit An nium ad Mutinam, 4. 4. Peruſiam, 4. 5. ad Actiu 4. 11. Cantabros, 4. 12. con Caſſium & Brutum profici tur, 4. 7. triumphum c temnit, 4. 12. Janum clau 4. 12. Auguſti caſtra cap 4.7. nomen quid ſignificet, 4. *Auſonius in gratiarum actio Gratianus virtute victor ; A* guſtus ſanctitate, *&c. Gr eſt* σεβαστὸς, *hoc eſt, ſanctus, numinis inſtar colendus.* Pau nias in Laconicis. Αὔγουστος γλῶτταν δύναται τῇ Ἑλλη Σεβαστός.
AVGVSTIOR periculo imp rator, 4. 12. Auguſtiore f ma viſus, Romulus, 1. 1.
Aureus currus triumphantiu 1. 5. lectulus, 3. 5. torque 1. 13. Aurei anni, 2. 19: 3.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

I N D E X.

Aurea effigies Oceani in triumpho Cæſaris, 4. 2. lorica Ptolemæi, 4. 2. puppis Cleopatræ, 4. 11. Aureum baculum, 4. 11. cœlum, 3. 5. mare, 3. 6. trophæum, 2. 4. Aurea arma, 1. 16. tentoria, 2. 8.

rum in uſum armorum conflatum, 2. 15. avaris in os infuſum, 3. 11. in ſignis Parthorum, 3. 11. Aurum privatum n medium collatum, 2. 6. Au u m quam ferrum fortius, .1. Aurum Parthicum, 3. 11. Aurum ex præda eligunt Suei, 4. 12. Aurum venis repurgare, 4. 12. Auro fulgentes elephanti, 2. 8. penſatum caput Gracchi, 3. 15.

ifera regio, 4. 12.

igonæ, 4. 12.

picari (*pro inchoare*,) tranſnarinos triumphos, 1. 18.

rbem, 1. 1. *vide Indicem Iuinianum.*

picium, *pro omine*, 2. 2.

picia contemnit Claudius, non mpune, 2. 2.

ronii, 4. 1.

ilia, *pro propriis viribus*, 2. 8. *ic & Iuſtinus. & Cæſar de B. iv.* 3. 106. Auxilii quondam ræſtiti memoria, delinquenbus ignoſcitur, 2. 9. in auxium mittere, 1. 3.

ima, *urbs*, 3. 22.

B.

Aculum, 4. 11. & Baculus, *pro ſceptro, geſtamine regio*, 3. 19.

Bæbius Tamphilius Ligures incit, 2. 3.

M. Bæbius, *Appiano* Βέϐιος, uncis trahitur, 3. 21.

Bæbius ritu ferarum inter manus laceratus, 3. 21.

Bagrada, *fl.* 4. 2. *alibi eſt* Bragada.

Bajæ, *urbs*, 1. 16: 2. 6.

Baleares *unde dicti*, 3. 8. *in notis*. Bal. inſulæ, 3. 22. vincuntur, 3. 8.

Balearicus *Metelli cognomen à victis Balear.* 3. 8.

Balearicum bellum, 3. 8. fretum, 3. 6.

Balſami ſilvæ, 3. 5.

in Baltei latebris aquilam abſcondit ſignifer, 4. 12.

Baltea non ſolvere, votum, 2. 4.

Barbaries Sarmatarum, 4. 12.

Barbari barbarorum Myſi, 4. 12. Barbari jure non agunt, 1. 13. Barbaris ſolita temeritas, 4. 12. Barbari Romani, 1. 2. Barbari *dicebantur Græcis omnes aliæ gentes, etiam moribus legibuſque cultiſſimæ. Vide Strabonem, fine lib. 1. & med. lib. 14. Cato apud Plinium*, 29. 1. *Nos quoque Græci* Barbaros *dictitant.*

Baſilius, 4. 2.

Belgæ, 3. 10.

Belgica, *urbs*, 4. 12.

Bellatrix Hiſpania, 2. 6.

Bellica nomina, *hoc eſt, bello quæſita*, 3. 8.

Bellua, *pro elephanto*, 1. 18. *Vide Ind. Curt.*

Bellum Latinum, Gallicum, & *ſimilia, vide ſuis quæque locis.* Bellum hereditarium: *quod à vivente conflatum, poſt mortem ejus, velut hereditate* reli-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

relictum, *geritur*, 3. 17. hoſtile, *quod opponitur* civili, 3. 22. navale, 1. 11: 3. 10. privatum, *quod privatis copiis geritur*, 1. 12. pluſquam Bellum, 4. 2. Bellum ante finitum, quam geri nuntiaretur, 2. 13. Bellum aſcendit montes, 4. 12. creſcit, 4. 2. navigat, 2. 2. *Sic Cicero pro l. Manilia, cap. 12. quam celeriter Cn. Pompejo duce* belli impetus navigavit? *Salvianus*, *lib.* 6. *pag. 196. navigare per fluctus bella cœperunt.* ſerpit in proximos, 2. 9. Belli ars, 1. 3. contagium, 1. 9: 1. 15: 2. 13: 2. 18. fons, 3. 6. impetus, 3. 5. incendia, 2. 17: 3. 5. ruina, 2. 11: 2. 12. ſpectaculum, 1. 11: 1. 18. ſubita, 1. 1. turbo, *vide* T. Belli metu in bellum incidere, 4. 2. Bello venienti occurrere, 4. 11. Bellum committere, profligare, conficere, *quid differant*, 2. 15. in compendium mittere, 1. 3. patrare, *hoc eſt*, *conficere*, 2. 15. Bello quaſi tempeſtate præcluſum mare, 3. 6. Bello promptus, 1. 5. Bello quidam boni, pace mali, 3. 5. Bella externa, & motus domeſticos, ſeparatim perſequitur Florus, 3. 12. Bellum, *pro prœlio*, 4. 2: 1. 18.

Belli cauſſæ. *vide* C.

Beneficiorum quoque potentia gravis liberis, 4. 2.

Beſtiarum morientium morſus quam maxime mortiferi, 2. 15.

Bibere in oſſibus capitum, 3. 4.

Biceps civitas, 3. 17.

Bithynia, 3. 5. recipitur à Nicon-de, 3. 5.

Bithynicus, 3. 5.

Bituitus *Gallus*, 3, 2.

Bituriges, 3. 10.

Bocchus *Maurus*, 3. 1.

Bœotia, 3. 5.

Bojorix *Cimber*, 3. 3. *Hoc* [...] *men reperitur etiam apud* [...] *vium*, 34. 45. *de regulo* [...] *jo.*

Bomilcaris Adherbal, *ſuba*[...] *filius*, 2. 6. *Græciſmi hu*[...] *etiam noſtratibus uſit*[...] *compluria apud Latinos* [...] *empla.*

B o n i s gravior crudelitate [...] perbia, 1. 7. Bona fide, [...] *eſt*, *omnino*, *exacte*, 2. 2. [...] bona fide quieſcunt arm[...] 2. 3. *male explicat Alb. Gentilis de armis Roman.* 2. [...] *ſic noſter utitur vocabulo* [...] deliter, 3. 5. *Ita Seneca*, *ep* 85. *Nunquam* bona fide *m*[...] *ſueſcunt vitia.* Bona regia [...] ripiunt Romani, 1. 9. Bo[...] rum meorum heres eſt [...] *formula inſtitutionis*; 2. 20.

Bonna, 4. 12.

Bononia, 4. 6.

ad Boves redire, *hoc eſt*, *agric*[...] *turam*, 1. 11.

Boſphorus, 3. 5.

Bovillæ, 1. 11.

Bragada, *fl.* 2. 2. *alibi eſt* Bagda.

Brennus, 2. 11.

Brenni *pop.* 4. 12.

Βρετανία, 1. 16.

Britannia, 3. 10. ante Roma[...] aliis gentibus cognita, 3. 10.

Britanni, 3. 12. vincuntur à Cæ[...]re, 3. 19.

Bri-

ritomarus Inſuber, 3. 4.
rundiſium, 4. 2. Sallentinorum caput, 1. 20. obſidetur à Cæſare, 4. 2. à Brundiſio trajectus in Græciam, 4. 11.
ruttius, *h. e. Bruttii. Vide* Singularis pro plurali. Bruttius angulus, 3. 20.
rutus *Decimus Iunius* Hiſpanos vincit, 2. 17.
rutus *Decimus Iunius* obſidetur ab Antonio, 4. 4.
rutus *Decimus Iunius* Maſſiliam capit, 4. 2.
rutus *L. Iunius* conſul, *Præfatione*: 1. 9. liberos punit, 1. 9. occumbit. 1. 10. Bruti nomen unde, 1. 9.
rutus *M. Iunius* Cæſarem interſicit, 4. 2. Bruti mors, 4. 7.
ullæ ſenatorum, 2. 6. Bullæ puerorum, *ſunt apud Plinium*, *33. 1.*

C.

CAdaveribus agger effectus, 4. 2. pons factus, 2. 6. victitatum in fame, 2. 18.
adere aliorſum, *h. e. alium exitum nanciſci*, 2. 4.
ÆDES etiam juſta, non debet eſſe multa, 4. 6.
ælum quaſi ardere viſum ex ſplendore galearum, 3. 3. Cæli annua converſio, 4. 3. Cælum ipſum aſcendere gloria, 2. 19. *Sic Daphnis Virgilianus* uſque ad ſidera notus, *Ecl. 5. 43.* Cælo miſſa haſta, 2. 17. à Cælo venientes hoſtes, 2. 12. menſis in Cælo, 4. 2. Cælum, *pro tem*-*perie, aëre. Sic* Cælum atrox, 3. 2. molle, 1. 16: 4. 12. CÆLI ſolique clementia robur elanguet, 3. 3. Cæli ſubita mutatio pro peſtilentia, 4. 10. ab alio venire Cælo, 4. 12.
Cælum aureum, 3. 5.
Cæleſtes minæ, *h. e. prodigia in cælo viſa*, 2. 8.
Cæninenſes, 1. 1.
Cępio *Q. Servilius* vincitur à Cimbris, 3. 3.
Cæpio *Q. Servilius* vincitur à ſociis, 3. 18.
Cæpio Pompeji legatus, 3. 6.
Cærimoniæ Deorum, 1. 2. Syriæ deæ, 3. 19.
Cæſar *C. Iulius*, 3. 12. vincit Britannos, 3. 10. Gallos, 3. 10. Germanos, 3. 10. Pompejum, 4. 2. Ægyptios, 4. 2. Pharnacem, 4. 2. Scipionem & Jubam, 4. 2. Pompeji filium, 4. 2. Rhenum bis trajecit, 3. 10: 4. 12. triumphat, 4. 2. occiditur, 4. 2. quaſi Tarquinius regno depulſus, 4. 7. Cæſaris animus & eloquentia, 4. 2. ſententia de Catilinæ ſociis, 4. 1. cum Pompejo & Craſſo triumviratus, 4. 2. vox ad gubernatorem, 4. 2. ad milites, 4. 2.
Cæſar Octavianus. *Vide* Auguſtus.
C. & L. Cæſares fratres occiduntur, 3. 21.
C. & L. Cæſares Auguſti nepotes, 4. 12.
Cæſar *L. Iulius* cos. 3. 18. vincitur à ſociis, 3. 18.
L. Cæſar avunculus Antonii proſcribitur, 4. 6.
ad Cæſares imperium Romanum transfert fortuna, 4. 3.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

Cajeta, *portus*, 1. 16.

Calabria, 1. 18.

Calaguris, *urbs*, 3. 22.

CALAMITAS augetur ludibrio, 3. 20. in experimentum illata divinitus, 1. 13. CALAMITATIBUS magnitudo virtutis approbatur, 1. 13: 2. 2.

Calatinus *A. Attilius*, dictator, 2. 2. *A* Calatia, *quæ hodie* Galazzo, Sueyro in verſione Velleji.

Calendis Januariis conſulatus initus, 3. 21.

Calidonius ſaltus, 1. 17. Calidoniæ ſilvæ, 3. 10.

Calliditas Thracum, 3. 4.

Callidus *pro prudente*, *ſollerte*, 1. 3: 4. 2. *Sic apud Salluſt. de Rep.* 2. 1. *Neque de futuro quiſquam ſatis* callidus, *ſatisque* prudens *ſit*. & ibidem. *magis malus*, *quam* callidus, *ingenio*. & ibidem. *patres conſilio valere decet: populo ſupervacanea eſt* calliditas. Callidum genus Aquitani, 3. 10. Callidiſſimus rex Jugurtha, 3. 1.

Calones ab exercitu remoti, 2. 18.

Calor militum in prœliando, 3. 10.

Calpurnius Beſtia cos. 3. 1.

Calpurnius Flamma, 2. 2. *ejus hiſtoriam ita ſcribi velim*: occupavit: adeoque moratus hoſtem, dum exercitus omnis evaderet, pulcerrimo exitu, *&c.*

Camerinenſes, 2. 2.

Camillus *M. Furius*, 1. 22. Gallos cædit, 1. 13. ejus factum egregium, 1. 12.

Campania, 1. 16. occupatur ab Annibale, 2. 5. contra Urbem conſurgit, 3. 18. vaſtatur à gladiatoribus, 3. 19. à Lamponio & Teleſino, 3. 21.

Campani, 1. 16.

Campus Martius, 1. 9. Raudius
3. Campi Aruſini, 1. 18. Phi
pici, 4. 2.

Cannæ, 2. 6. Annibalis, Cap
2. 6.

Cannenſis dies, 4. 12.

Canere dicuntur poëtæ, 2. 19. p
cones, 2. 7. Clamare *vocat Pl*
tus, prol. Pœnuli. ſigna; *forte q*
tubæ & litui, quibus canitur c
ſicum, ad ſigna erant. Vide
pſium de M.R. 4. 3. ſic ceciner
ſigna, *3. 18: 4. 2. ita finit*
gramma Auguſti, quod ſol
ſupereſt; ſigna canant. *Virg. A*
10. 310. Signa canunt. ——
vius, 7. 40. Iſthinc, ſigna
nent.

Cantabri, 4. 12.

Cantabria, 4. 12.

Cantus modulatiſſimus, 2. 7.

Canulejus *C.* Trib. pl. 1. 25.

Capere, *pro occupare, ſic* Capere
ſtra, 1. 11. claſſem, 1. 11. locu
4. 1. oppidum, 1. 11. pro *comp*
hendendæ continendæque rei ſ
ficere. ita non Capere fidem a
cujus rei, *vix poſſe credere*, *1.*
quomodo Livius, *9. 9.* Somn
lætiore quam quod mentes e
rum capere poſſent. *&* 33.
Majus gaudium *fuit, quam qu*
univerſum homines caperel
Appulejus, lib. 11. animo meo ta
repentinum, tamque magnun
non capiente gaudium. *Marc*
linus, 17. 2. vix indignatione
capientibus *animis*. quaſi fort
na tanti imperii non caper
duos, *4. 2. h. e. quaſi non ſuf*
ceret duobus. Capere impetu
recurſus, *pro facere, peragere,*
11. Ceperat, *pro* cepiſſet, 4. 2.

Cap

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

Capitolium ſedes Jovis, 1. 13: 7. 21. perfugium ſeditioſorum, *ut* Appuleji, 3. 16. Gracchorum, 5. 14: 3. 15. Marianorum, 3. 21. percuſſorum Cæſaris, 4. 7. ſervorum, 3. 19. dictum à capite Toli, 1. 7. *Sic apud Strabonem, lib. 8. pag. 260. locus eſt ab Euryſthei capite*, Εὐρυσθέως κεφάλη.

Cappadocia, 3. 5. acquiſita, 3. 12. in partibus Pompeji, 4. 2. Cappadociæ nives, 4. 10.

Capreæ palus, 1. 1. Capra, & Caprea, idem, 1. 1.

Capſa, *urbs*, 3. 1.

Captare, *per illecebras aliaſve artes aliquid venari, ſeu petere*, 4. 2. Captare aliud ex alio, 3. 17.

Captivitas Africæ, 2. 6. Captivitatis ſenſus elephantis, 1. 18.

Captivus Oceanus, 4. 2. Captivi ſine pretio reſtituti, 1. 18. Sic *aſtutus ille Annibal ſocios Rom. captos dimiſit, ut ſibi civitates ſuas populoſque conciliarent: quod & poſtea in Hiſpania imitatus eſt Scipio, & Nicomede victo Mithridates.* Captivos ex præda eligunt Sicambri, 4. 12.

Captus ponte, quaſi jugo, Rhenus, 3. 10.

Caput Antonii in Marii menſis expoſitum, 3. 21. Aſdrubalis, ante Annibalis caſtra projectum, 2. 6. Ciceronis, in roſtris poſitum, 4. 6. Craſſi, ad regem Parthorum relatum, 3. 11. C. Gracchi, percuſſoribus auro penſatum, 3. 15. humanum, in fundamentis Capitolii inventum, 7. 18. Pacori, circumlatum, 4. 9. Exempla ſimilia vide apud Elmacin. pag. 256, 262, & paſſim. Appian. in XII, pag. 101. 105. Hiſt. Arab. Toletani, cap. XVIII, cap. XXXV. Joſeph. 13. 8. Pauſan. pag. 128. 50. Item de capite *Maxentii* in Zoſimo, lib. II. *Avidii Caſſii*, apud Vulcat. Gallic. cap. VIII. Caput auferendum præbet Caſſius, 4. 7. *fortaſſis ne in agnitum cadaver contumelioſius conſuleretur: qua mente Antonius etiam Rhamnum libertum juramento adegit, ut ad primum juſſum ſuum caput ſibi adimeret. Apud Appian. in Parth. pag 167. Adde Othonis exemplum, apud Tacit. H. 2. 49.* Caput manu tangens, ſpeciem diadema poſcentis præbet, 3. 16. circa Caput Servii flamma viſa, 1. 6. Capite velato Manibus ſe devovet Decius, 1. 14. Capite obtrito cauda minantur angues, 3. 5. Capita hoſtium ad imperatorem relata aut alias circumlata, 4. 9. proſcriptorum pro roſtris expoſita, 3. 21: 4. 6. in Capitum oſſibus bibere, 3. 4. De inimiciſſimorum capitibus hoc faciunt Scythæ; ut quiſque illud quod eſt infra ſupercilia reciſum prorſus excutiat: & crudo tantum bovis corio, ſi pauper ſit; ſin dives, non modo exterius inducat bovino corio, verum etiam interius inauret, & ſic uterque pro poculo utatur. *Herodotus*, 4. 65. *Sic capite Nicephori potitus, os cranii nudatum, argento Crumus incluſit, juſſitque principes Bulgarorum ex eo bibere. Cedrenus, pag. 396. exemplum Stoſlai, quod & 4. 9. poſuimus, paullo aliter recenſet Camerarius, ſubciſiv. 2. 50.*

Caput, *pro eo quod eminet*, *princi-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

pem locum tenet. ſic inter urbes eſt metropolis, ut Caput Achajæ Corinthus, 2. 16. Armeniæ Artaxata, 3. 5. Campaniæ Capua, 1. 16. Latii Alba, 1. 1. Numidiæ Zama, Thala, *&c.* 3. 1. Picentium Aſculum, 1. 19. Siciliæ Syracuſæ, 2. 2. terrarum Roma, 1. 7. *Idem eſt dicere* Caput gentis, *ut* 2. 13. Caput belli, *pro loco unde bellum incepit, & inſtauratur*, 1. 18: 2. 2: 3. 10. *Plurima hoc genus exempla occurrunt paſſim apud auctores.* Caput, *pro vita. ſic* devotum Manibus Caput Decii, 1. 17. Capita papaverum, *pro illorum calycibus, quod formam capitis & ſitu & rotunditate referant*, 1. 7. *quamvis & aliis in rebus Caput pro extremitate rei ponatur: ut* Capita arborum, *Cæſar de bel. civ.* 2. 9. capita tignorum, *Seneca Troad.* Caput vitis, *Columella*, 3. 10. molis, *Curtius*, 4. 2. Capita loramentorum, *Iuſtinus*, 11. 7.

Capite cenſi, 3. 1. *Hi quod infimæ ſortis eſſent.* Capite cenſos *ex eo vocat omnes homines Arnobius, lib.* 2, *pag.* 80. *quod nempe ad divinam naturam, ut ordines primos, collati, nihil omnino valeant, & viliſſimi ſint.*

Capua, *urbs*, 1. 16: 3. 20: 3. 21. Annibalis Cannæ, 2. 6. recipitur à Romanis, 2. 6. Capuæ opes, 2. 18.

Carala, *urbs*, 2. 2. *quæ &* Caralis, 2. 6.

Carbo Lucanos vincit, 3. 18.

Carbo, *Cn. Papirius*, Marianarum partium dux, 3. 21. cos. 3. 21. occiditur, 3. 21.

Carceris ſupplicium, 2. 2. in c[…] cere ſtrangulati Catilinæ ſo[…] 4. 1.

Cardo, *Iuſtinus*, 42. 3. plagam c[…] *vocat*, 4. 12.

Cariſius, 4. 12.

Carnutes, 3. 10.

Carnis uſus ignotus Cimbris, 3[…] Carne ſemicruda veſcuntur N[…] mantini, 2. 18.

Carpentum Bituiti argenteum, 3[…] Carpento vecta Tullia, 1. 7. C[…] penta Britannorum, 3. 10. Ci[…] brorum, 3. 3. Gallorum, 1. […]

Carræ, *urbs*, 1. 11: 3. 11.

Carrago, munimentum ex pl[…] ſtris, 3. 3.

Carſeoli, *urbs*, 3. 18.

Carthaginienſis, 2. 2.

Carthago, 1. 16. obſidetur à Reg[…] lo, 2. 2. à Scipione, 2. 6. de[…] tur, 2. 15. à regina condita, […] 15. Carthaginis excidium, […] 12. incendia, 2. 15. ope[…] 2. 18.

Caſa paſtoria, 1. 1. Caſæ paſtoru[…] in veteri Roma, 1. 13.

Caſpii, *pop.* 3. 5.

Caſſius *L.* legatus contra Mithrid[…] tem, 3. 5.

C. Caſſius vincitur à Spartaco, 3. 2[…]

Caſſius *C.* Cæſarem interficit, 4. […] Caſſii caſtra capta, 4. 7. mor[…] 4. 7. Caſſius & Brutus Partho[…] in auxilium ſollicitant, 4. 9.

Caſtella XVIII à Cæſare extructa i[…] obſidione Gergoviæ, 3. 10. I[…] Druſo ad fluvios Germaniæ, 4[…] 12. Caſtellorum ſpecie naves 4. 11.

Caſtigat furorem civium Oceanus 4. 2. *Sic Livius*, 39. 25. *equum tenacem frenis aſperioribus caſtigare.*

Caſti-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

Caſtigata naufragio claſſis, 3. 10.
Caſtores viſi, 1. 11: 2. 12: 3. 3.
Caſtra capta, ultimum belli dedecus, 3. 19. Caſtra hoſtium combuſta, 2. 6. direpta, 3. 10. Caſtris aliquem exuere, 2. 7: 3. 3.
Caſtrenſis claſſis, 2. 2.
Caſus dat exitum, quem datura virtus fuit, 1. 18. quodam caſu, quaſi induſtria, 2. 8.
Catenas plures, quam arma, in navibus portat Antonius, 3. 7. Catenas alicui dare, *pro in catenas aliquem dare*, 3. 5. Catenas morſu tentant Gallogræci, 2. 11. Thraces, 4. 12. Catenis religare, 3. 19. in Catenis ducere, 2. 18.
Catenati cultores agrorum, *h. e. ſervi ergaſtularii*, 3. 19.
Catilina, 3. 12. interficitur, 4. 1.
Catilinarium bellum, 4. 1.
Cato Cenſorius Celtiberos vincit, 2. 17. excidium Carthaginis urget, 2. 15.
Cato C. *Porcius* vincitur à Thracibus, 3. 4.
Cato vincit Etruſcos, 3. 18.
Cato *Vticenſis*, 4. 1. adverſus potentes ſemper obliquus, 4. 2. Pompejanarum partium dux, 4. 2. mortem ſibi conſciſcit, 4. 2.
Catti, 4. 12.
Catulus Q. *Lutatius* ignis hauſtu moritur, 3. 2.
Catuli luporum, 1. 1. *Sic in eadem hiſtoria Iuſtinus*, 43. 2.
Caucaſus *mons*, 3. 4: 3. 5.
Caudex cognomen Claudiorum, 2. 2.
Caudinæ furculæ, 1. 16. Caudinum fœdus, 2. 18.
Cavelani reges, 3. 10.
Cauſſa belli Achaici, 2. 16. Allobrogici, 3. 2. Ægyptii, 4. 2. Ætolici, 2. 9. Armenii, 3. 5: 4. 12. Aſiatici, 2. 20. Balearici, 3. 8. Britannici, 3. 10. Cæninenſis, 1. 1. Cantabrici, 4. 12. Catilinarii, 4. 1. Cimbrici, 3. 3. Civilis Mariani, 3. 21. Æmiliani, 3. 23. Cæſariani, 4. 2. Mutinenſis, 4. 4. Peruſini, 4. 5. cum Sex. Pompejo, 4. 3. Actiaci, 4. 3: 4. 11. Cretici, 3. 7. Cypricæ expeditionis, 3. 9. Dacici, 4. 12. Etruſci, 1. 17. cum Exteris gentibus, 4. 12. Gallici, 3. 13. Gallogræci, 2. 11. Germanici, 3. 10: 4. 12. Gladiatorii, 3. 20. Helvetii, 3. 10. Hiſpani, 2. 17. Hiſtrici, 2. 10. Illyrici, 2. 5: 2. 13. Inſubrici, 2. 3. Jugurthini, 3. 1. Latini, 1. 11: 1. 14. Liguſtici, 2. 3. Macedonici primi, 2. 7. ſecundi, 2. 12. tertii, 2. 14. Maſſilienſis, 4. 2. Mithridatici, 3. 5. Numantini, 2. 18. Parthici cum Craſſo, 3. 11. cum Antonio, 4. 10. cum Ventidio, 4. 9. Pergameni, 3. 20. Picentis, 1. 19. Piratici, 3. 6. Pontici cum Mithridate, 3. 5. cum Pharnace, 4. 2. belli cum Porſena, 1. 10. Punici primi, 2. 2. ſecundi, 2. 6. tertii, 2. 15. Sabini, 1. 1: 1. 15. Samnitici, 1. 16. Sertoriani, 3. 22. Servilis, 3. 19. Socialis, 3. 18. Syriatici, 2. 8. Tarentini, 1. 18. Thracici, 3. 4: 4. 12. Vejentis, 1. 1. Umbri, 1. 17. Volſinienſis, 1. 21. Cauſſæ bellorum plerumque occultæ, 1. 11. Cauſſas motuum quærere, 2. 6. Cauſſis ultro ſe ſuggerentibus imperium procedit, 2. 8.
Cauſſæ, *forenſe vocabulum*, *pro actionibus, litibus*, 4. 12.

Cedere,

Cedere, *pro obvenire alicui*, *Sic* Carthago ceſſit, 2. 2. Syracuſæ ceſſerunt, 2. 6. *Ita Tacit. pr. Ann. Antonii arma in Auguſtum ceſſere.* Cedere *pro ſuccedere*, *ſic* res ceſſit, 2. 17. fortuna ceſſit, 3. 1. *pro vinci. ſic* PARS regni Antiocho data, eo libentius, quod tam facile ceſſerat, 2. 8.

Celeritas in duce quantivis pretii, 3. 6.

Celia, cereviſiæ genus, 2. 18.

Celtiberia, 4. 2. *bis.*

Celtiberi, 2. 17. vincuntur à Catone, 2. 17. militant Sertorio, 3. 22.

Celtici, 2. 17.

Cenſoria gravitas, 1. 18.

Cenſorinus *L. Marcius* cos. 2. 15.

Cenſus apud Rom. origo, 1. 6. Utilitas, 1. 8. Cenſus pop. Rom. *pro bonis, reditibus*, 4. 2. *ſic elegantiſſime Plinius*, 36. 15. *Curio nihil* in cenſu habuit *præter diſcordiam principum. Ovidius*, ——*Dat* cenſus *honores.*

Centuriæ, 1. 5. Centuriarum in deligendis magiſtratibus ſapientia, 2. 6.

Centurionis Domitii ſtoliditas, 4. 12. Centuriones viginti incremati, 4. 12.

Cephalenia, *inſ.* 2. 9.

Ceraunii montes, 2. 9.

Cereris Liberique certamen Campania, 1. 16.

Certamen ſingulare Manlii cum Gallo, 1. 13. Valerii, *ibidem.* Scipionis, 2. 17.

Certa fides, 4. 12.

Cervices gentium tumidæ inflatæque reſiliunt à jugo, 4. 12.

Ceſonius, 4. 2.

Ceſſare à laude, 1. 10. ab imitatione, 1. 11.

Ceterum, *pro ſed*, 2. 18: 3. 5. *S*[...] *Tacito*, 1. 44.

Cethegi, 4. 1.

Chæronea, 3. 5.

Chaonum montes, 2. 7.

Cheruſci, 4. 12.

Chryſocolla, 4. 12.

Cibaria à tribunis flagitat populu[...] 3. 12.

Cibum, niſi prius funda percuſſur[...] non accipit puer Balearis, 3. 8.

Cicero cos. Catilinæ conjurati[...]nem patefacit, 4. 1. Ciceron[...] caput in roſtris expoſitum, 4.[...]

Cilicia, 3. 11. acquiſita, 3. 12. in pa[...]tibus Pompeji, 4. 2.

Cilix ſervus bellum concitat, 3. 1[...] Cilices piratæ, 3. 6. extincti [...] Pompejo, 4. 8. Cilices Pomp[...]jani actis ſub mari funibus, ra[...]tem hoſtilem capiunt, 4. 2.

Cimbri, 3. 3. cæduntur à Mario, [...] 3. Cimbrorum uxores, & earu[...] ferocia, 3. 3.

Ciminius ſaltus, 1. 17.

de Cineribus obrutis ſubita flam[...]ma, 2. 15.

Cingula equorum, 2. 18.

Cinnana rabies, 4. 2.

Circa obſidiones urbium diſcur[...]ſum, 4. 2. Circa unum montem [...] VI. menſibus pendent Galli, 1. 13.

Circumagere legiones, *pro reducere*, 3. 21. *alibi* convertere ſigna [...] *appellat.*

Circumacta fortuna, *pro verſa*, *mutata*, 2. 2.

Circumferre arma. *Præfat*: 3. 12. *Tacitus*, 1. 56. huc illuc ferre arma; *&* 13. 37. circumferre bellum *dicit*: *noſter* Circumferre ſigna 3. 5. *ita* terrorem nominis, 2. 2. *quomodo iterum Tacitus*, 2. 52.

2. 52. Circumferre ſanguinem, 4. 1.

Circumfundere, *pro circumdare, circumcingere. ita* Circumfuſi equitatus, 3. 11. exercitus. 4. 2. Circumfuſa roſtra, 3. 6. *ſic apud Livium, 2. 65.* circumfuſi ducibus equites. *& apud Tacit. 3. 5.* circumfuſæ lecto imagines. *Nihil igitur mutandum erat Loccenio in illis Curtii, 4. 13.* tantam multitudinem circumfundi paucioribus poſſe: *ubi & ſequentia hanc lectionem poſtulant. Vtitur idem auctor hoc ſignificatu, 3. 9. Sic apud Iuſtinum, 4. 4.* circumdatæ munitiones. *quod pluribus exemplis firmat Berneccerus in omiſſis ad eum locum.*

Cirta, *urbs, 3. 1. Auguſtin. ep. CXXX.*

Ciſalpinus, 4. 4.

Citare ad tribunal, 4. 12.

Citerior Hiſpania, *h. e. propior nobis,* 4. 2. Oceanus, 4. 12.

CITO, quam vere, triumphare malle, non expedit, 3. 5.

Citra ſpem, 3. 1.

Civicus furor, 4. 2. Civica rabies, 3. 21. *pro bellis civilibus. ita Horatius, od. 3. 24. &* rabiem *tollere* civicam.

Civilis conſpiratio, *h. e. cum civibus inita,* 4. 1. inſania, *pro bello civ. 3. 21.* Civile tantum bellum non recte dicitur Cæſ. & Pompeji, 4. 2. CIVILES diſcordias hoſtes læti accipiunt, 4. 9. ex Civilibus bellis non triumphatum. 3. 22. in CIVILIBUS bellis non temere pace contenti victores, 3. 23.

CIVES urbem faciunt, non ædificia, 1. 1. *Adde orationem Pompeji apud Appianum, civil. 2. pag. 459. Alcæo primitus tribuit dictum hoc Ariſtides, tom. 3. orat. 2.* Civium favori veliſicari, 1. 9.

Civitas, *pro jure civitatis,* 3. 12. Civitatis jus poſcunt Latini, 1. 14. Socii, 3. 18. Civitatem beneficio alicujus nacti, nomen ejus accipiebant, *3. 21. Talis M. Claudius, apud Liv. 3. 44.*

Clades fœda, 2. 2. idonea, *h. e. non modica,* 1. 12. illuſtris, pro *notæ, memorabili,* 1. 16. Clades rerum, 4. 2. Clades domus, *pro exitio familiæ,* 1. 9. Clade major Marius, 3. 21. *ita* Cladibus animoſior Samnitum gens, 1. 16. Cladium atrocitas, 2. 6.

Clamor in pecudum morem ſublatus, 3. 8.

Clangor anſeris, 1. 13. Clangore, (*ſc. tubarum*) conſternati, elephanti, 4. 2.

Clariſſimi principes exulatione multati, 1. 22.

Claſſicum, *ſignum ineundæ pugnæ datum,* 3. 23: 4. 2.

Claſſici, *ſubaudi milites, qui in navibus merent, ſocii navales alias,* 4. 2.

Claſſis Cæſaris, naufragio caſtigata, 3. 10. Carthaginienſium incenſa, 2. 15. Claſſis cremata, ne incenderetur, 2. 12. triumphans, 2. 7. ſex roſtratarum, 1. 11. gravis & Martia, 3. 6. Claſſes naufragio cæſæ, 4. 2. celeriter comparatæ, 2. 2. Claſſes Druſi ad Bonnam & Ceſoniam, 4. 12.

Appius Claudius Cæcus, 1. 18.

Appius Claudius militibus ſuis inviſus, 1. 22.

Appius Claudius decemvir, 1. 24.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

Appius *Claudius Caudex* cos. primus in Siciliam cum claſſe trajicit, 2. 2.
Appius *aliis* P. Claudius cos. vincitur à Pœnis, 2. 2.
Appius Claudius *Pulcer* cos. *Præf.* Capuam obſidet, 2. 6.
Appius *Claudius* Pulcer Hiſtros vincit, 2. 10.
Appius *Claudius* Thraces vincit, 3. 4.
Claudius Druſus *Nero, privignus Auguſti*, 4, 12. Germanos vincit, 4. 12. moritur, 4. 12. ex provincia cognomen accipit *Germanici. Ibidem.*
Claudius Nero *C.* debellat Aſdrubalem, 2. 6.
Claudius Unimanus prætor vincitur à Viriato, 2. 17.
Clauſtra, *pro anguſtiis, per quas in regionem aliquam iter eſt : Sic* Clauſtra Africæ, 4. 2. Alpium, 4. 2. Italiæ, 3. 3. Macedoniæ, 2. 7. portus, 4. 2.
Clementia Cæſaris, 4. 2. eam vincit invidia, 4. 2. Clementia ſoli, cæli, *pro miti temperie*, 3. 3.
Cleopatra Ægyptia, 4. 2. amica Antonii, 4. 3. vincitur & perit, 4. 11.
Cliens Urbis Oſtia, 3. 21.
Clientela, *pro tutela*, 3. 1. *Sic explicat Livius*, 25. 29.
Clipeis obruta virgo, 1. 1. Clipei ex viminibus, 3. 20.
P. Clodius, trib. pl. 3. 9.
Clodius Glaber vincitur à Spartaco, 3. 20.
Clœlia, 1. 10.
Cludere pro *Claudere*, 4. 12: 3. 20.
Cluſium, *urbs*, 1. 13.
Clypea, *urbs*, 2. 2.
Cnoſſus, *urbs*, 3. 7.
Coclites, 1. 10.
Cœlum. *Vide* Cælum.
Cœnum dividere, 3. 17.
Cogitare Orientem, Xerxen, Darium, *h. e. hæc omnia in animo habere & perpendere, qui virium habeant, habuerint*, 2. 8.
Cognomen ex moribus, 1. 7. provincia, 4. 12. Cognom præpoſitum, 2. 2. Cognomen rum origo apud Romanos, 1. *Large videtur falli Appianus præf. dum ait : Nomen olim cu que Romano unum erat, ut ce ris omnibus: poſt acceſſit alteru* nec ita dudum etiam tertiu cœptum eſt addi quibuſdam quo magis agnoſcerentur, ex liqua nota corporis, aut virt te animi. *Nam, ut notum e fere ab ipſis Vrbis initiis, ce ſub regibus, mos iſte jam ob nuit.*
Cognoſcere ſe ipſum, 2. 17.
Cohærenter, *pro continue*, 2. 17.
Colchi, 3. 5. vincuntur à Pompej 3. 5.
Collatinus cos. *Præfat.* urbe dimi titur, 1. 9.
Collegium tribunicium, 3. 14.
Collina porta, 3. 21.
Collis Janiculus, 3. 23.
Collocare, 4. 11. *De induſtria ut tur funebri hoc verbo : quo vide Kirchman. de funer. Ro* 1. 12.
Colloquium Scipionis & Anniba lis, 2. 6. Colloquia ſimulata, 2 2: 3. 11.
Colonia Oſtia, 1. 4. Colonia ex tendere Urbem, 1. 8.
Colores, *pro ipſis pigmentis, quibu colores inducuntur*, 4. 12. *Sic* O dores *infra.*

Colu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

olumnæ Herculis, *2. 6.*

omæ Syriæ deæ, 3. 19. Comis laceris pugnantibus interveniunt feminæ, 1. 1.

ombuſti præfecti navium, 3. 5.

ominus venire, *h. e. audere congredi*, 2. 6.

omitia conſularia, 3. 16.

omitiales dies, 3. 10.

ommeatus & opes totius mundi Oſtia recepti, 1. 4. *Ob commeatus hos* Oſtia alumna Urbis *dicitur auctori. ſicuti Ciceroni pro L. Manilia, cap.* 12. *numeratur inter* eos portus, quibus vitam & ſpiritum ducerent Romani.

ommentum, *pro ſtrategemate*, 1. 11. *Ita ſæpe Iuſtinus.*

ommercium, *pro pacto, fœdere*, 3. 5. Commercia fœdus generis humani, 3. *6.*

ommilitans Luna, 3. 5.

ommilitium, 4. 4. *Ita Iuſtinus*, 5. 10: & 11. 5. *Marcellin. pag.* 396. *11. edit. Lindenbrog. L. Ampelius, ubi de Maſiniſſa. Vide Savaronem ad concionem Sidonii.*

ommilito Romanorum Eumenes, 2. 20. Commilitones dii, 1. 11.

omminiſci, *pro invenire. excogitare*, 2. 6.

omminuere hoſtem, *pro frangere, & debilitare*, 1. 3: 2. 6.

ommiſſa *eſt* acies, *h. e. prœliatum eſt*, 2. 18. Commiſſa acie, *h. e. cœpto prœlio*, 4. 7.

ommittere aciem, *pro initium pugnandi facere*, 4. 2. *ita* Committere bellum, *pro incipere*, 2. 15. *Sic Livius*, 3. 28. *& eodem ſenſu* Committere ludos. *Idem*, 2. 37. *& Virg. Æn.* 5. 113. *Sic* commiſſa proſcriptio, & finita, *opponuntur apud Vellej*, 2. 64. Committere bellum, *non de initio modo, ſed tota ejus duratione, dictum*, 4. 2. Committere, *pro conjugere, unde* Commiſſura. *Sic* Committere ponte Tiberinum, 1. 4.

in Commune, *h. e. in unum*, 2. 16.

Communitus armis, *h. e. probe inſtructus*, 3. 19.

Comparatio belli cum Contagione, 1. 9: 1. 15. belli Syriatici & Perſici, 2. 8. Cæſaris cum fulmine, 4. 2. cum Tarquinio, 4. 7. Civitatis cum domo privata, 1. 6. Fabii cum Jove, 1. 17. Imperii creſcentis cum adulto, 1. 11: 1. 7. Paulli & Varronis, 2. 6. Populi R. cum homine, *Præfat.* cum igne, 2. 2. Pyrrhi cum Hercule, 1. 18. *Plures vide in locis notatis ad vocem* Quaſi. in Comparationem, *h. e. ſi comparetur*, au prix *dicunt Galli.* 4. 10.

Compedes, 3. 19.

in Compendium miſſum bellum, 1. 3.

Compendia, *pro brevioribus viis*, 3. 3. *Plin. fin. Paneg. Quæ ad honores* Compendia *paterent.*

Competitor, 3. 16. Competitor imperii, *pro æmulo*, 3. 1.

Complorare, *verbum funebre apte hoc loco uſurpatum.* 2. 15. *Videtur autem* Comploratio *iſta ſecuta, cum* conclamatio *jam fidem feciſſet, actum eſſe.* Liv. 25. 26. *ut non modo lacrymis* juſtoq; Comploratu *proſequerentur mortuos; ſed ne efferrent quidem. Iterum*, 5. 39. Comploratis *omnibus pariter, vivis mortuiſque.* Cic. pro domo, cap. 37, *nondum* morte

Com-

Complorata, *petere arbitria funeris. Et hac cærimonia, cum de morte alicujus innotuiſſet, dicebatur* palam fieri. *Livius, 1.41. Tum demum palam factum ex* Comploratione *in regia orta. Ad quem locum Gruteri notam conſule. Aliæ tamen Livii editiones præferunt*, Tum demum palam facta, &c. *Unde ſuſpicabar, ita concipiendum locum iſtum:* Tum demum palam facta, ex comploratione in regia, morte, Servius, *&c. Nullibi certe* palam fieri *reperias abſolute poſitum, ſed adjectum ubique rei verbive caſum. Sic apud Sueton. Tib.22.1.* Exceſſum Auguſti palam fecit. *Sed & aliis de rebus uſurpatur* palam facere. *Probus de fuga Annibalis ex patria:* Hac re palam facta. *Porro* Complorationis *vox ab hac ſignificatione transfertur etiam ad eos, qui imminens exitium velut in anteceſſum deplorant, ut hoc loco, & apud Iuſtinum, 11.9.* Conſpectis armatis invicem ſe amplexæ, velut ſtatim morituræ, complorationem ediderunt. *Pertinet huc Liv. 4. 40. & 41. 11. Item Seneca ad Polyb. 3. 3.*

Compoſita civitas, *h. e. tranquilla, & quieta, 3. 23.*

Computare, *rationem ſubducere, colligere, 3. 21.*

Conciliare favorem plebis, 3.12.

Concio, *pro multitudine, quæ concionantem audit, 3. 21. pro ſermone, ita* Conciones turbidæ, 3. 23. Concionem habere, 1. 1.

Concipere mente, 1. 5. votum, 4. 12.

Concitare, *pro excitare*, 4. 5.

Concretus gelu Danubius jug… ripas, 4. 12.

Concubia nox, 4. 2.

Concurrere, *3.21. De hac voc… ctum in Indice Iuſtiniano. … adde Cæſ. de bel. Gall. 1. 52 … Silium, 4. 29.* Concucurrit, … *ſic* adcucurrit, *Tacitus H. 3.… & Apulejus Metam. 1.* de… currit, *Cæſar de bel. Gal. 2… & 21.* excucurriſſet, *Sueto… Galba, 18.6.* præcucurriſti, *P… tus, Menæchm. 5.8.* Procu… riſſent, *Livius, 25. 11. & 40… Cæſar de bell. civ. 3. 93.*

Concutere ſe, *pro commoveri, … multuari, 3. 1.* urbem, *2. 15.*

Condere, *pro perpolire, in ta… ſplendorem producere, ut pro n… haberi poſſit, 1. 3. ſic* Augu… condidit imperium, *4. 12. … & Iuſtinianum Indicem.*

Conditor artis militaris Tullus, … imperii Romulus, 1. 1. Con… tores Tarenti Lacedæmon… 1. 18.

Conferre, *pro comparare, conten… re, Præfat: 1. 18. pro congregar… unire, 2. 17.* Conferre ad adr… rationem, *h. e. addere ad a… Præfat.*

Confertiſſima tela, *denſiſſima, 1.…*

Conficere bellum, *pro patrare, fi… re, 2.15.* hoſtem, *pro debellare, … ſic 3. 12.* ſacrum, *pro ſacrifica… 1. 13. pro interficere, 3. 1. ſic* Co… ficere ſe veneno, 3. 7.

Confinium maris & fluminis, … *confluente, oſtio, 1. 4.*

Confirmare fugientes, hortari, 4…

Confiſcatio ſocii ac vivi regis, 3.… *Sic Sueton. Calig. cap. 41.* co… fiſcare equites, *h. e. bona eoru… in fiſcum redigere.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

Conflare, *habet vim conficiendi, excitandi. Sic dicit*, Conflare diſcordiam, 1. 24. egeſtatem, 4. 1. exercitum, 3. 19. fulmen, 2. 6. incendium, 3. 17. ſeditionem, 1. 14.

Confluentes, 4. 6.

Congerere pila, *h. e. confertim jacere, conjicere*, 1. 18.

Congregare corpus unum ex variis elementis, *1. 1.*

Conjuratio Galliarum maxima, 3. 10. Conjuratio, *pro factione*, 4. 2.

Conſalutant exercitus, 4. 6. *Adde Tacitum, H. 2. 42. Livium*, 7. 42.

Conſanguinea civitas, 1. 3. Conſanguinitas impetrat auxilia, 1. 18: 3. 1.

Conſcientia amiſſæ fortunæ, *pro memoria*, 2. 12.

Conſecrare, *ſacrum ſancire, ſacroſanctum facere. ſic* Remus Urbem ſanguine ſuo conſecrat, *h. e. ſanctam facit, & inviolabilem*, 1. 1. *Sic Marcianus, l. 8. de diviſ. rer. definit:* Sanctum eſt, quod ab injuria hominum defenſum atque munitum eſt. Conſecrare *autem duplicem vim habet: ſicut &* ſacroſanctum facere, *nam & is, qui ob delictum aliamve cauſſam diis devovetur*, ſacroſanctus *dicitur. Vide Livium, 3. 55. Sic igitur* Conſecrare de Manibus *dicitur* ſenatus, *1. 13. &* Decius, *1. 17. quod de patre ejus* devovere *dixerat, 1. 13. Ita Plinius paneg. cap. 64.* caput ſuum deorum iræ conſecrare. *Sic* Marti Conſecratus ager regius, *1. 9. Quomodo* equos conſecrare, *Sueton. Cæſ. cap. 18.*

Conſecratio Romuli, 1. 1. *h. e.* ἀποθέωσις.

Conſeneſcere, *h. e. evaneſcere, deficere tempore. ita* Conſeneſcit imperium, *Præfat.* impetus, 3. 3: 4. 2. *Poſuit hoc verbum Livius*, 9. 19. *de* exercitu: *&* 25. 12.

Conſerere manum, *pro confligere*, 2. 18.

Conſilium Auguſti ſuper Hiſpanis, 4. 12. Pompeji ſuper piratis, 3. 6. Conſilium Reip. penes ſenes, 1. 1. CONSILIUM à ſenioribus petitum, 2. 6. in CONS. vertendus error, 3. 3. Conſiliis alicujus ſe tradere, *eſt ſinere ſe regi conſiliis ejus*, 2. 8. Conſilia Cæſaris & Pompeji diverſa, 4. 2. CONSILIIS quoque dimicatum, *1. 18.* CONS. ſuis vincendus hoſtis, *2. 6.* Conſilium *autem dictum putem à* Conſo, *quem arcanorum conſiliorum præſidem vocat Dionyſius, 2. 31. quemadmodum &* Conſentes deos *vocatos putem, quod (ut eſt apud Auguſtinum, Civit. 4. 23.) in conſilium Iovis adhibeantur.*

Conſortium honorum, 1. 26.

Conſpiratio, *in bonam partem, pro conſenſu, conjunctione, 3. 16. Sic etiam Iuſtinus.* Conſpiratio civilis, *h. e. conjuratio inter cives tantum inita*, 4. 1.

Conſtat, *h. e. certum eſt*, 2. 6: 2. 18.

Conſternati equi, *1. 7: 1. 18.* elephanti, 4. 2.

Conſtitutum, *pro pacto*, 4. 7. ad conſtitutum, *pro ad ſcopum*, 2. 6.

Conſulum origo & etymologia, 1. 9. Conſulem ſe ipſe facit Cæſar, 4. 2. Conſules ſociorum ad ſimilitudinem Romanorum, 3. 18.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

Conſulatus Calendis Januariis initus, 3. 21. negatus abſenti, 4. 2.

Conſulere aliquem, *pro conſilium petere*, 1. 16. *pro interrogare*, 1. 7. Conſulere alicui, *h. e. adeſſe ei ope, conſilio*, 1. 9. *Sic apud Tacit.* 11. 36. Conſulere in aliquem ſæve, *pro ſtatuere*, 3. 7. *ita Iuſtinus*, 42. 5. crudeliter conſulere, *Liv.* 45. 8. In ſecundis rebus nil in quemquam ſuperbe ac violenter conſulere decet. Conſulere, *pro quærere, etiam per jocum, aut ſuperbiam*, 3. 3. *ſic apud Tacitum*, 1. 10. Conſulti *per ludibrium pontifices.*

Conſumere, *ſenſim abſumere, & atterere*, 3. 5: 3. 19.

Conſummare Italiam, *h.e. integram ſub ſe redigere*, 1. 18. Conſummare *enim eſt totam ſummam colligere.*

Conſurgere, *pro bellum capeſſere*, 2. 12: 2. 17. *Affini ſignificatu dicunt* Alzarſe *Hiſpani.* Conſurgere contra aliquem, 3. 18: 3. 20. *Vide etiam* Aſſurgere.

Contagio, *morbus ſerpens. à contingendo. transfertur deinde ad alias quoque res, ut* Contagio bellorum, 1. 9: 2. 13. 2. 17: 2. 18. *eodem modo*

Contagium belli, 1. 15. deditionis, 1. 14.

Contemptus urbis incenſæ, 1. 14.

Contemptus hoſtis gravior, 2. 14.

Contendere, *pro certare, Præf. ſic* Contentio, *pro certamine, pugna*, 1. 3.

Contis pugnatum, 3. 3.

Continua pax, *h. e. continuata per totum orbem, nuſquam interrupta*, 4. 12.

Contrahere, *pro adunare*, 3. 8: 4. 2

Contrebia, *urbs*, 2. 17.

ſine Controverſia victoria, *h. e.* (*verba ſunt Agellii*, 5. 6.) *impulvere, ut dici ſolet, incruentaque* 1. 18.

Contumacia numinum, 1. 7.

Contumelia & injuria differunt, 4. 12. *Sic Iuſtin.* 12. 12. Supplicii ſuis potius ſaturet ſe, quam contumeliis. *apud Liv.* 8. 23. contumeliam injuriamque ſe depulſuros *eſſe dicunt Samnites Liv.* 40. Ferro eam arcere contumeliam ſtatuunt. Sed & injuriæ dolor in Tarquinium ipſum magis quam in Servium eos ſtimulabat. *Auguſtin. in Confeſſ* 3. 8. ubi libido eſt nocendi, ſive per contumeliam, ſive per injuriam. *Liv.* 26. 29. quanto major injuria imo contumelia eſt. *Confer Tacit.* 14. 31.

Convenire, *pro complacere ex pacto*, 4. 22: 4. 7. *unde* pacta conventa *dicimus*. Quaſi ita conveniſſet inter Pœnos & Mac. 2. 14.

Conventum agere. *Vide* A.

Converſio Rom. dominationis, 4. 3. *Ad eum locum confer Tacit.* H. 1. 16.

Converſi à Cluſió Galli, 1. 13. ad externa auxilia Pœni, 2. 2. in ſpectaculum belli elephanti, 1. 18. Converſa ad Septentrionem plaga, 4. 12. in Orientem acies, 3. 3. Converſa clade, *h. e. mutata belli fortuna*, 3. 5.

Convertere mentes hominum in ſe, 2. 17. ſe in aliquem, 3. 1: 3. 3. Converti ad arma, 2. 18.

popu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

populationes, 3. 22. in rabiem, furorem, 2. 18. in ſe, 2. 19.
Conviviorum magnificus apparatus, 3. 12.
Convolvere, 2. 11. *Vide* Involvere, & Trahere.
Cooptatio, *pro adoptione*, 4. 4.
Coortus, 2. 6.
Cora, *urbs*, 3. 20.
Corfinium, *urbs*, 3. 18: 4. 2.
Corinthium æs, 2. 16.
Corinthus everſa, 2. 16. Corinthi excidium, 3. 12. opes, 2. 18.
Coriolanus, 1. 11. *ubi tamen hæc vox videtur expungenda. Vide* Marcius.
Corioli, *urbs*, 1. 11.
Cornelius Aſina cos. 2. 2. Corn. Cinna cos. 3. 21. L. Corn. Scipio Corſicam & Sardiniam invadit, 2. 2. *alios Scipiones quære in* S.
Corniculum, *urbs*, 1. 11.
Cornu, *pro parte aciei*, 4. 2.
Cornua, *pro extremitatibus: ita* Cornua ſinus. 4. 11. *Sic* utrumque portus cornu. *Cæſar apud Cicer. ad Atticum*, 9. 17. Ægypti, 4. 11. *quæ* Clauſtra Ægypti *vocant Tacitus H.* 2. 82. & *Sueton. Veſp.* 7. 1. *Ita* Cornu tribunalis, *Tacit.* 1. 75. *Vide Serv. ad Virg. Æn.* 5. 832. *Liv.* 25. 3. Cornua comitii, *Plinius*, 34. 6.
Corona radiis diſtincta, 4. 2. ſub Corona vendere, 4. 12. Corona enim qua induebantur, ſignum erat captivorum venalium, *inquit Pontan. progym.* 4. 24. *Vide Agellium.*
Corpora pluſquam humana Inſubribus, 2. 4. Corpora magna ferro magis patent, 3. 10. Corporum temperies à ſolo natali, 2. 4.
Corpus, *pro cadavere*, 4. 2. effoſſum, 4. 12. *Sic* corpus mortuum & exſangue, 3. 11. *pro qualibet collectione, quolibet toto. ſic* Corpus imperii, 4. 3. Romani corpus fecere ex membris, 3. 18. Romulus ex variis quaſi elementis congregavit corpus unum, 1. 1. in ſuum Corpus redit conſanguinea civitas, 1. 3. *ſic Iuſtinus*, 5. 10: 7. 1: 34. 1. *Sic Livius*, 6. 34. *Frontinus*, 4. 2. *Iuſtinus*, 14. 2. & Corpus patrimonii, l. 9. §. 5. *de jur. & fact. ignor.* & Corpus juris Romani, *Liv.* 3. 34.
Corripere arma. *h. e. capere. Vide* A. imperium, 4. 2. proxima quæque, 1. 9. Corripi morte, 3. 17.
Corſica occupatur à Romanis, 2. 2.
Corvinus, an Corvus, Valeriorum cognomen, 1. 13.
Corrumpere maria, *infeſta & intuta facere*, 3. 8.
Cos Romanæ virtutis Alpinæ gentes, 2. 3. *Sic Ephori Spartani inimicam urbem vocaverunt ἀκόναν τῶν νέων. Plut. apophth. Lacon. anonym. cap.* 4.
Coſſus *A. Cornelius*, magiſter equitum, 1. 11.
Coſſus *Cn. Cornelius Lentulus*, Gætulicus, 4. 12.
Cothus *Thrax*, 4. 2.
Cotidiani hoſtes, 1. 11: 2. 3.
Cotiſo *Dacus*, 4. 12.
Cotta *L. Arunculejus*, legatus Cæſaris, 3. 10.
Craſſiana clades Pacori cæde penſata, 4. 9. Craſſiana clade capta ſigna remit-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

remittuntur, 4. 12. capti milites Parthis militant, 4, 10.
Craſſus *M. Licinius* triumvir, 4. 2. vincitur à Parthis, 3. 11. interficitur, 3. 11: 4. 2.
M. Craſſus Myſos vincit, 4. 12.
Craſſi pater & filius trucidantur, 3. 21.
Cremati mortui, 1. 18.
Cremera, *fl.* 1. 12. Cremeræ clades cum Alliana comparata, 1. 13: 3. 18.
Creſcere *dicitur* bellum, 4. 2. cauſſa belli, 2. 7. naves in ſenos ordines creverant, *h. e. extructæ erant*, 4. 11. hieme creverant Alpes, *altiores factæ erant denſa nive & glacie*, 3. 20.
Creta, 3. 6.
Creticus, cognomen Metelli, 3. 7: 3. 8. Creticum bellum, 3. 7.
Crines matronarum in tormentorum vincula collati, 2. 15. Crinibus ſuis pendent Cimbræ, 3. 3.
Critolaus *Achæus*, 2. 16.
Crixus *gladiator*, 3. 20.
Crudelitas Thracum, 3. 4. Crudelitas ſuperbia tolerabilior, 1. 7: 4. 12.
Cruentes, *pro ſanguine ſuo infecto*, 1. 7. Cruenta pugna, *quæ multo ſanguine conſtat*, 3. 10. Cruentus, *pro crudeli*, 1. 7. Cruenta cædibus flumina. *Vide* F.
Crux ſervile ſupplicium, 3. 19.
Cultores catenati, 3. 19.
Cultus, *pro habitu*, 1. 13. *pro reverentia quadam, & veneratione*, 4. 11. *ſicut* cultus deorum, 1. 2.
Cum fide, *h. e. ſumma fide, fideliter*, 2. 18. *ita Livius*, 26. 20. *ſocioſque* cum fide *tutati.* & 31. 4. cum ſumma fide & gratia. *Sic Salluſtium* cum cura *dixiſſe*, *ob ſervat Seneca, benef.* 4. 1. *quo tamen & apud alios auctores, u Liv.* 39. 2. cum intentiore cura Cum *omiſſum ubi videbatur re quiri:* aderat ingentibus copiis 1. 10.
Cum maxime. *Vide* Maxime.
Cumæ, *urbs*, 1. 16.
Cunctanter, 3. 5.
Cunctator, Fabii cognomen, 2. 6
Cuniculi, 1. 12.
Cupiditas, *pro avaritia*, 3. 11. Cupiditate alicujus rei exardere, 2. 2. flagrare, 3. 5. incendi, 1. 8 Cupiditate regni fratres interficit Jugurtha, 3. 2.
Cupido divitiarum Lepidum in factioſa conſilia impellit, 4. 6. honorum ſeditiones excitat, 1. 26 principatus unde orta, & qui effecerit, 3. 12.
Curatione ipſa vulnera quandoque reſcinduntur, 3. 23.
Cures, *urbs*, 1. 2.
Curgoni, *pop.* 4. 12.
Curiarum apud Rom. origo, 1. 6 in Curia ſuggeſtus Cæſaris, 4 2. in Curia occiſus Cæſar, 4. 2 4. 7.
Curicticum litus, 4. 2.
Curinius, 4. 12.
Curio *C. Scribonius*, 3. 4.
Curio *C. Scribonius*, dux Cæſarianus, 4. 2.
Curius Dentatus *Manius* Sabino vincit, 1. 15. & Pyrrhum, 1. 18 ejus medicum proditorem remittit, 1. 18. fictilia ſua præfert auro, 1. 18.
Curii, 4. 1.
Currus triumphalis, 1. 5. Currus, *pro triumpho*, 4. 2: 4. 12. *Ex hac notione Plinium*, 5. 5. *optime reſtituit*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

ſtituit Salmaſius ille ad Solinum, pag. 383. inter duos Currus diſcerpti, 1. 3. *Ita punita Brunichildis regina Galliæ. Adonis Chronicon, ſub anno Chriſti* 583.
Curulis, *ſubaudi*, *ſella*, 1. 5: 4. 2. Curules ſellæ, 1. 13.
Cuſtodia, *pro cuſtodibus*, 4. 11. Cuſtodiam elabitur Clœlia, 1. 10. Cuſtodiæ, *pro ſtationibus, Gall. ſentinelle*, 1. 13. *præſidiis, caſtellis*, 4. 12.
Cuſtodiunt imas valles Alpium Illyrici, 4. 11.
Cuſtos imperii flamma Veſtalis, 1. 2. *putabant enim hanc eſſe inter fata imperii.* libertatis pop. Romanus, 1. 26. Cuſtodem ſuum excæcat Craſſus, 2. 20.
Cyclades inſulæ, 3. 5.
Cydonea, *urbs*, 3. 7.
Cynocephalæ tumuli, 2. 7.
Cipriæ opes ærarium latius replent, quam ullus triumphus, 3. 9.
Cypros Romanorum facta, 3. 9.
Cyrenæ, *urbs*, 3. 6.
Cyzicum, *urbs*, 3. 5.

D

D & T invicem mutantur, 1. 18.
Dacia, 3. 4.
Daci, 4. 12. vincuntur, 4. 12.
Dalmatæ, 4. 12. vincuntur, 4. 12.
Dalmatia, 3. 4.
Damaſcus, *urbs*, 3. 5.
Damnatus faſtis dies, *h. e. relatus inter atros & nefaſtos*, 1. 13. *Lucan.* 7. 403. Et damnata diu Romanis Allia faſtis.
Danubius, *fl.* 3. 4: 4. 12. imperii terminus, 4. 12.
Dare animos, 4. 12. audaciam, 3. 6. catenas, 3. 5. exitum, 4. 2 *niſi forte* exemplum *legendum.* exitum ad victoriam, 1. 18. favorem, 4. 2. finem, 1. 16. fugam, *pro facere*, 1. 18. funera, 3. 21. gradum retro, 4. 2. *Sic Statius, Thebaid.* 8. 688. — retroque datum Thebana tegebant Arma ducem. — juſta Manibus, 4. 2. pacem, 2. 7: 2. 8. pænas, 1. 21: 3. 7: 3. 22: 4. 2. ſalutem, *pro ſalutare*, 4. 20. ſpem, 3. 5. ſtatum, 3. 5. ſtragem, 1. 18. terrorem, 4. 2. tributa, 2. 6. Dare fato partium, *h. e. facere propter fatum partium*, 4. 2. Dare, *pro conjicere. ſic* Dare in profluentes, 4. 12. in vincula, 3. 10. *quomodo* dare in opus publicum, *l.* 4. § 1. *de incend. ruina, naufr. & alibi* Dare in altum, *pro dare vela in altum*, 4. 11.
Darius, 2. 8.
De cineribus, *pro ex cin.* 2. 15. de gladiatore munerator, *h. e. ex glad. cum prius gladiator fuiſſet*, 3. 20. *ſic* De ſervitute Romani, 2. 6. *Varro*, de ſilveſtribus *ſativa redigens deus.* de Italia Africam faciunt hoſtes, 2. 6. de flumine bibere, 3. 3. de manu ſcutum rapere, 4. 12. de ſanguine renaſci, 1. 18. de Gallia triumphus, 4. 2. de finibus, *h, e. pro fin. propter fines*, 1. 11. de integro, *ſicut de novo, aut contracte, denuo*, 3. 5.
Debitores à Manlio liberati, 1. 26.
Deceates, *pop.* 2. 3.
Decemviratus, 1. 24.
Decennis obſidio Vejorum, 1. 12.
Decimæ prædæ Apollini miſſæ, 1. 12.
Decimus *prænomen*, 2. 17.
Decius Mus cos. ſe diis Manibus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

devovet, 1. 14. Item ejus filius, 1. 17.
Decoquere, *neutraliter*, *Præfat. Ad hunc modum Livius*, 40. 37. ſuſpicio inſinuaverat animis. *Plinius*, 36. 15. ad infinitum auxere numerum. *Symmachus*, *epiſt*. 7. 75. munus inchoat. *Ambroſius*, *lib*. 2. *contra Symmachum*: mundi primæva mutarunt.
Decretum fatorum, 2. 6.
Decus, *pro re per ſe decora. ſic* decus gentis, 2. 15. libertatis, pudicitiæ, 1. 9. *pro ornamento rei, cui acceſſit, ſic* Decus Græciæ Athenæ, 3. 5. Hiſpaniæ Numantia, 2. 18. victoriæ Gallicanæ Vercingetorix, 3. 10. Decora quibus imperii dignitas eminet, 1. 5. Decora & ornamenta ſeculi ſui Marius & Sylla, 3. 21. Decus, *pro gloria*, 3. 5.
Decurrere, *de Dacis Danubium tranſeuntibus*, 4. 12. *Videtur expreſſum ex illo Virgilii*, *Georg*. 2. 497: *Aut conjurato* deſcendens *Dacus ab Iſtro. Ad quem locum male Servius* conjurationem Barbarorũ *comminiſcitur. Cum accipiendum eſſet de quadam quaſi colluſione Danubii cum Dacis. Sicut apud Claudianum* conjurati venti *dicuntur. Statius*, *Theb*. 1. 20. Et conjurato dejectos vertice Dacos. *Quod tamen aliter longe exponit Gevartius*, *ibidem*.
Deditio Campanorum, 1. 16. Mancini, 2. 18: 3. 14. Poſthumii & Veturii, 1. 16. Deditiones ejuſmodi non acceptæ, 1. 16. Deditionis extrema, 2. 17. Deditio, *pro tabula aut nuntio deditionis*, *ſic* Deditionem ſuam ad Pompejum mittunt Cretes, 3. 7.
Dediti interfecti, 3. 21.
Deducere montibus, 4. 12.
Deeſſe, *pro non adeſſe*, *non juvare*, 3. 11: 4. 9. *pro abeſſe*, *non eſſe*; hoc deerat unum malis, 3. 21. Ne quid mali *deeſſet. Vide* Ne. ſævitum, donec Deeſſent qui occiderentur, 3. 21.
Defectio Solis, 1. 1.
Deficit bellum *pro deſinit*, *finit*, 4. 2. Deficiunt quidam, 2. 2. *h. e. linquuntur animo*, *ſeu*, *ut Varro*, *lib*. 4. *de vita P. R. loquitur*, *metu debilitantur*.
Defixus admiratione, 2. 6. *Quod in vehementi admiratione ſtupor quidam oriatur*, *quo in unum quem locum defiguntur oculi. Sic* Defixus ob metum. *Tacit*. 1. 68. Extremo metu corpora defixere in his veſtigiis. *Idem Agr*. 4. 4.
Deformata majeſtas, *polluta*, *inquinata*, 2. 2.
Degredi ab arce, 3. 16. *Nam particula* de *in compoſitionibus fere denotat motum ad inferiorem locum*.
Delibare, *leviter deguſtare*, 2. 6.
Delos, *inſ*. 3. 5.
Dehinc. *Præfat*: 2. 8. *ſicut* Deinde.
Dejotarus *Gallogræcus*, 4. 2.
Delectus Gallici, Germanici, *pro ipſis militibus*, *ex iis delectibus*, 4. 2. Delectum agere, *h. e. deligere milites antiquo more*, 3. 10. Delectus puerorum, virginum, 2. 8.
Deliciæ æſtivæ, *h. e. locus*, *ubi per æſtatem delectamur*, 1. 11. Deliciæ Tarentinæ, 1. 18.
Delminium, *urbs*, 4. 12.
Denique, eleganter uſurpatum, 1. 16. *ſic*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

16. *ſic apud Cæſ. de bell. Gall.* 2. 33. *& Hirtium, de bel. Alex. cap. XXXV.*

Deploratus, *pro deſperato: ſic* deplorato exitu, 2. 18. deploratis rebus, 2. 15.

Deprehendere aliquem, *pro capere, prehendere,* 3. 19. Deprehendere experimento, 3. 4. *Sic Quintilianus, Inſtit. Orat.* 1. 12. *Mirum ſit forſitan, ſed* experimentis deprehendas. Deprehendere *pro incauto & nec opinanti imminere, & cum opprimere, Gallicè ſurprendre;* 2. 12: 2. 17. *Hoc ſenſu Livius,* 38. 21. *Tacitus.* 3. 53. *& Agr.* 34. 4. *Plinius, epiſt.* 3. 12. *Seneca rhetor, lib.* 3. *controv. à princ. Seneca, epiſt.* 43. *Curtius,* 5. 3. *Hinc*

Deprenſus, 2. 12. *quomodo putem legendum etiam* 3. 6. Putares non ab illis Catonem, ſed illos à Catone deprehenſos, *Plinius epiſt. lib. III. ad C. Attil. Severum.*

Deſævire. *pro ſævire, ſævitiem ſuam exercere,* 2. 6.

Deſcendere gladiis in jugulos, 3. 10. *Liv. lib.* 2. *de Tarquinio cæſo:* Ferrum non alte deſcendiſſe in corpus.

Deſciſcere in regem, *h. e. regem fieri ex imperatore Romano,* 4. 3. in monſtrum, 4. 11. *uſurpatum autem ita verbum hoc, cum aliquis in pejus mutatur, ut degenerare.*

Deſcitum éſt, 3. 3.

Deſcribere annum in menſes, *pro definire, partiri,* 1. 2.

Deſertor Pompeji, *pro deſertore ex exercitu Pompeji,* 4. 2.

Deſinens Pyrenæus, *h. e. extremus finis Pyrenæi,* 4. 12.

Deſperare armis, 1. 18. victoriam, 4. 2. *ſic* deſperare oppido, *Cicero in Piſon. cap. XXXIV.* cum Deſperatis non pugnandum, 2. 18.

Deſtinata mors, *h. e. præconcepta & propoſita,* 2. 18.

Deſtituit regem ſuum pop. Romanus, 1. 9. *h. e. ei parere non vult amplius.*

Deſub Alpibus, 2. 3. *h. e. ex eo loco, qui eſt ſub Alpibus, ſicut* Dehinc *&*

Deſuper, 3. 2: 3. 3. *ſic Tacitus,* 2. 16. *Vide Taubman. ad Virgil. Æn.* 7. 289. *& omnino Salmaſium ad Capitolini Macrinum, cap.* 11.

Detergere remos, 2. 2. *ita Livius,* 28. 30: 36. 44: 37. 20: 37. 30. *&* detergere pinnas, 38. 5. *ſic Curtius,* 9. 9. abſtergerique invicem remi. *Apud Diodorum,* 11. 18. *in fine* eſt; τȣ̀ς ταρσȣ̀ς παρασύρειν. *ubi interpretes bene;* remorum alas detergere. *Cæſar, de Bel. Civ.* 1. 58. remos (transcurrentes) detergere. *Adde Hiſt. de Bel. Alexand. cap. XV.*

Detonare. *ſic* detonat tempeſtas Syllana intra Italiam, 4. 2. turbo civilis inſaniæ, 3. 21. turbo primi impetus, 2. 6. Detonare in ſubjectos hoſtes, 1. 17.

Detrahere arma, 2. 6. præſidia, 2. 2. torquem, 1. 13. aliquem in carcerem, 1. 24.

Detrectare, *pro recuſare,* 1. 22. *Sic legendum putem apud Livium,* 3. 49. detrectantem, *pro* retractantem. Detrectare aliquem, *pro vituperare; ita aliquoties Tacitus. Salluſtius, Iug.* 53. 3: *Adverſæ res etiam bonos* detrectant, *h. e.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

h. e. adverſa etiam fortium exiſtimationem imminuunt.

Detruncare populum; *appoſite poſuit hoc auctor de Dalmatis, quibus Delminium eorum caput ereptum erat*, 4. 12. *Sic apud Paul. Diac. lib. XVI.* detruncatus Oreſtes. *Hieronymus, in Prophetam Abacuc, cap. III.* cum Tyrannus detruncatur, imagines quoque ejus deponuntur & ſtatuæ.

Devovere aliquem, 1. 13. hoſtilibus diris, 3. 11. ſe Manibus, 1. 14: 1. 17. *Idem multis poſt ſeculis fecit Claudius Imp. apud Victorem, de Cæſaribus, cap. 34. Vide Dreſſerum in Millen. IV. pag. 450.*

Deus, Dea. *vide* Dii,

à Dextris, 3. 2.

Diadema, 4. 11.

Diæus *Achæus*, 2. 16.

Dictator ab aratro, 1. 11. perpetuus, Cæſar, 4. 2. Auguſtus, 4. 12.

Dictu difficile, 2. 6. horribile, 1. 16: 2. 6: 4. 12. incredibile, 2. 1. parva res, 2. 6. turpe, 4. 2. turpis contumelia, 1. 18.

Didius *M.* Thraces vincit, 3. 4.

Didius Cæſaris legatus, 4. 2.

Dies Allienſis pugnæ faſtis damnatus, 1. 13. Dies ſtati ſacrificiorum, 1. 13. frigidus & nivalis, 2. 6. nebuloſus, ventoſus, 3. 3. Die, *pro diei*, 2. 2. Diem pugnæ ab hoſte petere, 3. 3. Dies feſti, comitiales, 3. 10. Dies *pro clade, aut pugna decretoria, Gallis Iournée*, 4. 12. *Ita Cicero, pro Sextio, cap. 36.* Cinnano atque Octaviano die. *Non abit illud Tacit Agr. 34. 5.* imponite quinqua ginta annis magnum diem. No fuit major ſub imperio Roman dies, &c. 2. 6. *Sic* dies ille Sul lanus, *Cic. ad Attic. 10. 6. Ve tus Poëta, in catalectis Scalige ri, pag. 233.* Quis fuit ille dies *Quo Marium vidit ſupra Car thago jacentem? Quo loco legerin* juxta. *Vide Vellej. 2. 19. unde ver ſum hunc expreſſum putes.*

Differre. *Vide* Dilatus.

Differtus, *pro referto, repleto.* 4. 1 *Vide Cælium Rhodiginum, Va lect. 9. 10.*

Difficilis aditu gens, *quæ difficulte adiri poteſt*, 4. 12.

Dignitas, *pro exiſtimatione, repu tatione. Cicero, de invent. 2. 5 ita definit:* Dignitas eſt alicuju honeſta, & cultu, & honore, & verecundiâ, digna auctorita *ſic* DIGNITATIS ſuæ ſuperſtiter vivere, miſerum eſt, 4. 2. in tegra DIGNITATE paranda vi ctoria, 1. 12. *pro honoribu Ita* DIGNITATI paranda victo ria, 1. 12. *pro honoribus. It* DIGNITATI paranda præſidia 4. 2. Dignitatis diſcrimina i tabulis, 1. 6. DIGNITAT reorum parcendum, 4. 1. *pr inſignibus honorum*, 1. 13. *ſi* Dignitas equeſtris, *pro anulis* 2. 6. *&* in dignitate ſua mor volunt Romani ſenes, 1. 13. *pr reverentia, majeſtate: ſic* digni tas imperii, 1. 5. pop. Romani 1. 8. Dignitas, *pro decore, ſi* Dignitas matrimoniorum, 1 25. natalium, 1. 26. triumphi 3. 29.

Digerere in claſſes, *pro diſtinguere,*

divi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

dividere, deſcribere, 1. 6.

i Manes, 1. 14: 1. 17. Dii urbium, *3. 18.* Dii à Carthagine averſi, 2. *6.* Annibali reſiſtunt, 2. *6.* Deorum cultus ex inſtituto Numæ, 1. 2. Deorum inſtinctu Romani contra Reges conſurgunt, 1. *9.* Deûm miſeratio Antonii legiones ſervat, *4.* 10. Diis commilitonibus quaſi ſtipendium redditum, 1. 11. Diis hominibuſque adverſa cupiditas Craſſi, *3. 11.* Diis hominibuſque infeſtus Marius, 3. 21. Diis ceteris cedentibus, Juventas & Terminus reſtant, *1.* 7. de Diis queri, 2. *6.* Dea Egeria, *1. 2.* Syria, 3. *19.* Deo quodam aſſidue incitante, 2. 3.

ilatio donata, *4.* 2.

ilatus hoſtis, *h. e. repreſſus, ſubmotus, 3. 21: 4. 12.* Dilata potius quam oppreſſa vindicta Cæſaris, *4. 7. ita Iuſtinus.*

iligentiâ minimę domus maxima civitas continetur, *1. 6.*

uodam quaſi Diluvio correptum imperium, *4. 2.*

imicare, *pro bellum gerere, 1. 10. 2. 7: 2. 17. pro prœlium facere, 1. 11.*

imittere, *pro emittere, de porta dictum, 1. 12.* Dimittere arma, *pro relinquere, 1. 10.* Dimittere vela, *huc illuc mittere, 1. 18.* Dimittere urbe, *paullo mitius, quam pellere, exigere, 1. 9. Sic fere* uxorem repudio dimittere. *Iuſtinus, 11. 11. Quomodo ſæpe Suetonius.*

Diocmitæ, *3. 19.*

Diræ, *pro execrationibus, imprecationibus, 2. 6: 3. 11. Eumenes, apud Iuſtinum, 4. 14.* has vobis diras atque inferias dico.

Dirigere aciem, *pro inſtruere, 2. 6: 3. 16. pro diſponere, 4. 12. Sic fere Arnobius, lib. 1. ſtatim poſt princ. per diverſas artium diſciplinarumque rationes ingenia* dirigunt.

Direptio Vejorum, *1. 12.* regiorum bonorum, *1. 9.*

Diruere ipſas ruinas urbium, *eſt ſæpius diruere, donec vix veſtigium reſtet, 1. 16.*

Diſcere, *pro intelligere, 2. 10.*

Diſcerptus à ſenatu Romulus, *1. 1.*

Diſcingere, *cinctu ſolvere, baltea adimere, 2. 4. hinc intelligas quid ſit* accinctus, diſcinctus: *inprimis illud Taciti, H. 2. 88. Incurioſos milites vernacula urbanitate quidam ſpoliavere, abſciſſis furtim balteis,* an accincti forent, rogitantes.

Diſciplina militaris, 1. 3. CONTINETUR metu hoſtis, 3. 12. FEROCIAM temperat, 2. 12. ejus neceſſitas, 1. 14. in Diſciplinam quomodo redacti milites à Scipione, 2. 18. Diſciplina Romana aſſueti Thraces, 4. 12.

Diſcolor veſtis Samnitum, 1. 16. Diſcolores vittæ Fidenatium, 1. 12. Diſcoloria arma Bituiti, 3. 2.

DISCORDIÆ Romanæ pœnas dat Hiſpania, 3. 22. DISCORDIÆ magis Romanæ fiducia, quam virtutis ſuæ, bellum movet Pharnaces, 4. 2. DISCORDIAS civiles læti accipiunt hoſtes, 4. 9.

Diſcrimina patrimoniorum, dignitatis, ætatis in tabulis, 1. *6.*

Diſcuſſum nefas, *h. e. oppreſſum & impeditum, 3. 18.* Diſcuſſi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

hoſtes, 1. 18. *Ita fere* audacia periculum diſcutere, rem diſcutere, *eſt apud Livium*, 2. 52: 39. 10: & 42. 12. diſcutere conſilia, *Iuſtinus*. bellum ſepultum atque diſcuſſum, *Vellej*. 2. 75.

Diſpellere. *pro pellere, expellere, diſſipare*, 3. 5.

Diſponere inſidias, 3. 10.

Diſſipare præſidia, *pro diſpellere*, 4. 9.

Diſtincta radiis corona, 4. 2.

Diſtrahere hoſtem, 1. 3. pop. Romanus per diverſa terrarum Diſtrahitur, 3. 6. Fufetius inter duos currus Diſtrahitur, *hoc eſt, diſcerpitur, dilaceratur*, 1. 3.

Diſtributus curiis atque collegiis, *pro in curias, per curias*, 1. 6.

Diſtringere, *pro ſtringere*, 2. 2. *ſic Tacitus*, 12. 51. diſtringit acinacem. *Cæſar, de bell. Gall.* 1. 25. diſtrictis gladiis. *Ita* diſtricte *pro ſtricte, in l. 15. de recept. arb.* Diſtringere, *pro diſtrahere, diſtinere*, 2. 13. *Sic* urbem incendiis diſtringere, 4. 1. *Plinius, paneg. cap. penult.* Non te diſtringimus votis, *hoc eſt, pluribus & diverſis votis animum tuum diſtrahimus. hinc* Diſtricti, 3. 5. Diſtrictum circa mala ſua imperium, 4. 12. *ſic* diſtricto *in l. 16. §. arbiter. de recept. arbitr. in quo & illo verba*, cum poteſt proferre, *ex incuria librariorum, aut marginali nota, putem irrepſiſſe, nihil enim clarius hac ſententia:* quod ſi poteſt, quare non cogat eum, quod ſine ulla diſtrictione ejus interdum futurum eſt? *ubi & illud* interdum *pro interim acceperim.*

DIU non latent ſcelera, 3. 1. … & ancipiti ſemper acie cum Sa… torio dimicatum, 3. 22. Diu tr… prœlium, 4. 2.

DIVERSITAS rerum aciem … tentionis abrumpit, *Præfat.* DIVERSITATES pro genti… locorumque natura, 3. 10.

Diverſus à patre Pompejus, 4. … Diverſa fuga & morte conſu… pti, 4. 2. Diverſa gentium ter… rumque, *hoc eſt, diverſæ gen… terræque*, 3. 5: 2. 6: 3. 6: 3. 19. … profunda camporum, præ… pta collium, ardua montiu… *Iuſtinus*, 41. 1. opportuna lo… rum, *Tacitus*, 4. 24. opaca … corum, *Virg. Æn.* 2. 725. op… viarum, *idem, Æn.* 6. 633. a… itinerum, *Vellejus*, 2. 75. ed… montium, *Curtius*, 6. 6. I… verſa, *pro contrariis*, 2. 2. … diverſum iter, *apud Senecam*, *epiſt.* 83. *poſt. princ.* Diverſiſſi… pars, *quam longiſſime ab alte… ſemota*, 2. 6.

Dividere cælum, cœnum, 3. 1… Dividendis agris creati triu… viri, 3. 14. *Ita* conſtituend… reip. rei gerendæ, *quibus ap… auctorum libros ſæpius addita… invenias vocem* cauſſa, *dubiu… an ab ipſis.*

Divinus apparatus, *pro maxime… admirabili*, 3. 6. *quo nomine h… neſtarunt omnia quæ communem… humanitatis infirmitatem vid… bantur excedere: ut & voc…* cæleſtis.

Diviſio agrorum, belli cauſſa, 4. …

Diviſa toto orbe Britannia, 3. 10.

DIVITIÆ ambitionem pariunt … 3. 12. AFFLIGUNT popul… mores, 3. 12. Veteres, 3. 9. *Ta… cito*,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

ito, 14. 31. *eſt* longa opulentia. Divitiarum cauſſa bella gerunt Romani, 3. 9. Cupido turbat temp. 4. 6.
γγμῖται, 3. 19.
cere ſervire, 2. 17. *Sic Claudianus, de Bel. Get. verſ. 140.*
Pœnum Marcellus vinci docuit. ——
cti, *pro monitis, juſſis, 4. 10. ſic* docta conſilia, docta dicta, docti doli, *frequenter apud Comicos.*
cumentum, *pro exemplo, 2. 2.* Documenta cladis, pro *argumentis, ſignis, 2. 6.*
labella *P. Cornelius*, Gallos Senones vincit, 1. 13.
labella *P. Cornelius*, Treviros vincit, 3. 10. vincitur à Pompejanis, 4. 2.
Cornel. Dolabella cos. 4. 3.
labris argentum Antonii conciditur, 4. 10.
lia connexa virgultis ad trajiciendum fretum, 3. 20.
olus additus virtuti, 1. 3: 3. 3. Dolo geminatus terror, 1. 10. partum regnum, 1. 6. Doli ſubterranei, *pro cuniculis, 1. 12.*
omeſticus *frequenter pro civili ponitur, quod cives unius civitatis, quaſi ejuſdem domus incolæ ſint. ſic* Domeſtico ſcelere oppreſſus Druſus, 3. 18. Domeſticos motus ab externis bellis ſeparat Florus, 3. 12. *aliquando pro familiari: ſic* Domeſtica fraude oppreſſus Sertorius, 3. 22. Domeſtici percuſſores, 2. 17. *aliquando pro vicino, ſic* Domeſtici quaſi hoſtes, 2. 3.
ominans in Italia Annibal, 2. 7.
Dominandi cupido unde, 3. 12.
Dominatio, *pro imperio. ſic* Dominatio Romana, id eſt, humani generis, 4. 3. *pro tyrannide: ſic* Dominatio Syllana, 3. 23. *Ita Salluſt. Cat. 6. 10.* regium imperium in ſuperbiam dominationemque convertit. *Sic* Domini *pro tyrannis apud Iuſtin.* 5. 12: & 22. 3. Dominatio importuna populum cupiditate libertatis incendit, 1. 8. Dominationis regiæ ſuſpecti morte multantur, 1. 26. Dominatio, *pro dominis, 1. 10: 1. 24. ita* Dimicatio *pro dimicantibus, eſt apud Plinium, 8. 11.* Amicitiæ & Familiaritates, *pro amicis & familiaribus, apud Suetonium, Tib. cap. 51.* Matrimonia, *pro uxoribus, habet Iuſtinus & Tacitus, 2. 13.* Conſilium *pro conſiliariis, Cicero in Verrem, 2. 30. Sueton. Tib. cap. 18. Front. 1. 8. Sic &* Conſentium deorum *accipio pro conſilio Conſentium iſtorum. vetus inſcriptio apud Gruterum, pag. 3. num. 1.* Consentio. Deorum.
Domini gentium Romani, 4. 12.
Domitius Ænobarbus *Cn.* Allobroges vincit, 3. 2.
Domitius legatus Metelli, an Pompeji, 3. 22.
Domitius *L. Ænobarbus* à Cæſare Corfinio pellitur, 4. 2.
Domitius centurio, 4. 12.
Domnes *Armenus*, 4. 12.
Domus & lecta in uſum claſſis reſciſſa, 2. 15. Domus minimæ diligentia maxima civitas continetur, 1. 6. Domus, *pro familia, 3. 8: 4. 8.*
Donare ſacris, famæ, 3. 5. *Sic Iuſtin. 38. 6: 38. 9. Sueton. Aug. 5. 2. Liv. Epit. 122.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

Donare regna conſuetus pop. Romanus, 3. 9. Donata dilatio, *pro data*, 4. 2.

Dos, 1. 1.

Dravus. *fl.* 4. 12.

Drepanæ, *urbs*, 2. 2.

Druſiana ſeditio, 3. 17.

Druſus *M. Livius* Thraces vincit, 3. 4.

Druſus *M. Livius* Trib. pl. 3. 17. dominandi cupidus, 3. 18.

Druſus Auguſti privignus. *Vide* Claudius Druſus.

non Dubitat fama de origine Romuli, 1. 1. *alii dicerent, Conſtans fama eſt.* non dubitant cuncti, caput inventum imperii ſedem promittere, 1. 7. non Dubitat verberare filium Tarquinius, *h. e. non veretur*, 1. 7.

Dubii tumuli, *pro periculoſis, non exploratis*, 2. 12.

Dubium clipeos an armillas, 1. 1. *Cum duo contraria, quorum uno propoſito, alterum non poteſt ignorari, eloqui volumus; hac phraſi ita utimur, ut alterutrum tantum exprimamus. ſic* occiſus Remus, Dubium an juſſu fratris, 1. 1. oblata Cæſari regni inſignia, Dubium an ipſo volente, 2. 4. *Sic apud Tacitum*, 1. 5. extincto, Dubium an quæſita morte. & 5. 1. Cæſar Liviam aufert marito, incertum an invitam. *Sic* matre humili, incertum an ingenui, *Sueton. Oth.* 1. 2. incertum ſponte an evocatus, *Suet. Veſp.* 1. 2. incertum an offenſus, *Tacit.* 6. 50. incertum an metu, *Tacit. H.* 1. 7.5. conſcios non edidit, incertum an occultans, *Tac.* 11. 12: & 15. 64. incertum an ignaræ. *ut ita clare ſatis appareat*, *aliter ſcripſiſſe auctorem noſtru* 2. 14. *quam*; Dubium an ſerv *Idem obveniſſe Suetonio vere Aug.* 22. 2. *ſcripſerat forte* retinenda *rep.* perſeveraver Dubium an voluntate; *qui nus percipiebant ſenſum, de largiebantur:* Dubium even meliore, an voluntate. *Sic epiſt. Alex. ad Ariſtot. cujus terpres Cornelius Nepos credit* Scarpiones ad caſtra innumi confluxere. tumultu acciti ſtro, an ſiti, incertum erat, *Sc be*, incertum, *deleto*, erat. *C te plus opinor in bonos auctor peccatum eſſe à ſciolis iſtis adde do & intercalando, quam expu gendo. Cujus rei multa hinc i de notavi exempla. Sic apud gellium*, 10. 15. *verba Varro referuntur:* quod Jovi immol ta hoſtia albato fieri oportea *vix dubito fuiſſe:* quod Jovi h ſtia albata fieri oporteat. *Sic Livii contextu*, 3. 48. *particu* eo, 43. 7. *vocula* ſe, 43. 11. *for te iſta quoque*: patres acceperun *certe duæ voces* qui & referebar *eliminandæ ſunt. Sic in* §. 3. *Inſ de adopt. inſititia vox eſt* pate *& in* §. 6. eo *alienum.*

Ducatum ſceleri præbere, *h. e. du cem eſſe ſceleri*, 3. 21.

Ducere ſanguinem, *ſicut trahere o riginem*, 3. 18. Duci jubere, 3. 21 *nempe ad ſupplicium. ſolennis for mula. Senecæ, epiſt.* 4. At ſi forte in manus hoſtium incideris, victor te duci jubebit. *Vide eundem de ira*, 1. 16. *item*, 2. 33. *& alibi.*

Duillius C. cos. 2. 2.

Dun-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

intaxat, *pro ſaltem*, 4. 12.
uodeviginti, 2. 6.
urius, *fl.* 2. 18.
ucis artes, 4. 10. Ducis inopia intercidunt conſilia, 4. 7. Duci ſæpe cum ſuo milite, quam hoſte, acrius prœliandum, 2. 18. ſub bono Duce magis apparet boni militis vigor, 3. 22. Ducum bonorum effectus, 2. 17. Ducum maximi, Scipio, & Annibal, 2. 6. Duces, *pro auctoribus, concitoribus*, 1. 9. *ſic* Duces factionis, 3. 6. *pro principibus, primariis. ſic* Dux legationis, 2. 6. quod aliis eſt *caput*, aut *princeps*. Vide Liv. 34. 56: 42. 6. Sall. Jug. cap. XVI. Dux *in feminino genere*, Dux fugæ regina, 4. 11. *Sic apud Cicer. de nat. deorum*, 2. 41. dux nocturna. *apud Livium*, Clœlia dux agminis virginum, *lib. II. apud Ovid. in epiſt. Paridis, verſu* 114. ſponſor dea. *apud Iuſtinum*, auctor urbs, *&* capta. *Sic lego apud Senecam, Medea, verſu* 979:
—— Ut ipſam ſceleris auctorem horridi Capiamus. ——
Dyrrachium, *urbs*, 4. 2.

E.

EBurones, *pop.* 3. 10.
Ebur curule, 1. 5.
Ecce jam, 4. 2. *Videtur æquivalere Gallico Voire. Sic apud Auctorem dialogi de oratoribus*, 4. 3. circa Medeam, ecce nunc circa Thyeſtem. *Sic apud Plautum eſt* eccere, *Menæchm.* 2. 3. *&* *Trinummo*, 2. 2.
Edicta crudeliſſima, Mithridatis, 3. 5. Syllæ, 3. 21.
Efferre ſe, *pro ſurgere, ſe erigere.* Efferre ſe altius & incivilius, 1. 26. *Tacito*, 1. 12. *eſt* pluſquam civilia agitare.
Efferus, *admodum ferus*, 4. 12. Effera gens, 4. 12.
Efficax ad concordiam, 1. 23. ad victoriam, 4. 2. Efficax apud pares ſtoliditas, 4. 12. Efficacior fortuna, quam virtus, 4. 7.
Effectus eſt agger, *pro confectus eſt, extructus eſt*, 4. 2.
Efflagitare mortem ab aliquo, 4. 10.
Efflare, quod moriens efflavit, 4. 7. *Videtur ſingulariter uſus hoc verbo auctor, quaſi voluiſſet dicere, ſimul cum anima vocem hanc exſpiraſſe Brutum. Ferme ut ille apud Papinium*, Theb. 5. 588. Implorantem animam dominis aſſibilat aris.
Egestas ex opulentia, 3. 12.
Elanguet robur, *h. e. languendo evaneſcit*, 3. 3.
Elapſa cuſtodiam, 1. 10. *Sic Tacitus*, 6. 61. pugnam & vincula elapſi. *Sueton. ms. Torrentii, Auguſto*, 14. 4. qui oppidum eruperant.
Elata montibus ſuis Roma, 3. 3.
Elegantia Tarquinii, 1. 5. *De hoc vocabulo diſputat Agellius.*
Elephanti, 1. 18. dubium auxilii genus, 1. 18. auro, purpura, argento ornati, 2. 8. gentibus Tranſalpinis maximus terror, 3. 2. ſubito clangore conſternati, 4. 2. ab Indis Auguſto oblati, 4. 12. Elephanti & militis pugna, 1. 18. Elephantorum captorum ingens numerus, 2. 2.

ex Ele-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

ex Elementis variis unum corpus, 1. 1.

Elidere infantes, *pro enecare*, 3. 3.

Elis, *urbs*, 2. 16.

Eloquentia allevatur Cæſar, 4. 2. *Lege Dialogum de Oratoribus.*

Emanabat, *pro emanaſſet*, 1. 9. *Sic alibi* erat *pro fuiſſet*; redierat, *pro rediiſſet.*

Emere exercitum, *hoc eſt*, *pecunia corrumpere*, 3. 1. Emere pacem, 3. 1.

Emergit indicium ſceleris, 4. 1.

Emerſus per invios tumulos, 3. 10.

Emicare, *ſubito exoriri, cum impetu excurrere*, 1. 18. *pro effulgere, excellere*, 4. 2.

Eminari, 2. 12.

Eminentiſſimus mons, *pro altiſſimo*, 4. 12. Eminentes ædes, *h.e. excelſo loco poſitæ*, 1. 9. Eminentia papaverum capita decutit Tarquinius, 1. 7. *Simili allegoria Apollonius apud Philoſtratum, lib. 5. ad Veſpaſianum:* Eminentiores ſpicas non amputato: injuſta enim eſt in hoc Ariſtotelis ratio.

Enata quaſi claſſis, *de inexpectata, & quæ, unde tam ſubito prodiret, ignorabatur*, 2. 15.

Enimvero, *pro ſed*, 2. 7.

Enna, *urbs*, 3. 19.

Eo inſolentiæ, 1. 24. neceſſitatum, 2. 18. veſaniæ, 3. 16.

Epheſii, 2. 8.

Epirus, 1. 18. ſedes belli civilis, 4. 2. in Epiro caſtra Auguſti, 4. 11.

Epiſtolæ notare nomen, *ſubſcribere nomen epiſtolæ*, 2. 12.

Epulis explentur morituri, 2. 18: 4. 2: 4. 12.

Equeſtris dignitas. *Vide* D. c[...] 3. 13. Equeſtris prœlii more. [...] Naves equi marini.

Eques, *pro equitibus*, 2. 6. *Vide* [...]gularis pro plurali. Equites [...] nos exuunt, ut acrius incurr[...] 1. 11. judicia penes Equites, [...] 3. 13: 3. 17.

Equitare flumen, 3. 4. per flum[...] 3. 4.

Equitatus Maurorum, 4. 2. Par[...]cus, 4. 9.

Equitatus *plurali numero*, 3. 11. [...]

Equum ablegat Cæſar, 4. 2. E[...] immolati, 4. 12. triumphant[...] albi, 1. 5. *Sic intelligo Plaut[...] Aſin.* 2. 2. *legoque*; quadr[...] albas. *certe ante triumphi n[...] tionem fecit*; *& perſtat in* [...] *dem allegoria à re bellica p[...]ta:* Herum in obſidione [...] quet, &c. *Minus igitur r[...] Godelevæus Livium*, 5. 28. [...]*plicat, quaſi vitio datum fu[...] Camillo, quod albis equis ve[...] ſit in triumpho. nam mens eſt* [...] *vio, non detrectare triumph[...] ejus, ſed comparare gloriam ea[...] quam in Faliſcis tanta fide & [...] ſtitia pepererat, cum triump[...] quem alibi fortibus factis : Ni[...] igitur aliud eſt*, quam cum triu[...]phantem albi per urbem ve[...]rant equi; *ac ſi dixiſſet*, quam cu[...] triumphavit. *Sic enim circum[...]quuntur triumphum & alii, P[...] tæ inprimis : Ovidius, de arte*, [...] *213. Statius, Thebaid. 12. 54*[...] *Vide Servium ad Virg. Æn. 4. 54*[...] *Pro Godelevæi tamen expoſitio[...] diſerte faciunt Auct. de Vir. Ill[...] ſtrib. & Dio, lib. LII. pag. 54*[...] *Vt ita videatur in Camillo tam* [...] *quam nova res invidiam, in cet*[...]

ri[...]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

ris, tanquam illuſtri jam exemplo introducta, veniam habuiſſe. Equos ex præda eligunt Cheruſci, 4. 12. Equos inertes mœrent Germani, 4. 12. Equos quaternos ſenoſque tranſilire, 3. 3.

rgaſtula, 3. 19. è ferro Ergaſtulorum recocto gladii fabricati, 3. 20. Ergaſtulis effractis exercitum comparat Athenio, 3. 19. Eunus, 3. 19. Sex. Pompejus, 4. 8. Ergaſtula, *pro ſervis ergaſtulariis*, ibidem.

rigere, *pro animare. Sic* Erigere ad jus priſtinum libertatis, 3. 10. ad ſpem, 3. 18. animos ſuorum, 4. 2. Erigere ad ſe, ad plebem, *ſibi, plebi, faventes reddere*, 3. 17. Erigere libertatem in dominos, 1. 21. *alibi, 2. 16. reddit*, libertate ab aliquo data adverſus ipſum uti. *Eadem forma apud Senec. de benef. 5. 15.* Accepti ab illa (patria) exercitus, in illam convertuntur.

rror victoriam dat, 4. 7. Error vertendus in conſilium, 3. 3.

rubeſcendi anni, 3. 12. Erubeſcenda cauſſa belli, 2. 14. *Sic* erubeſcenda ſentina. *Val. Max. 2. 7.*

ruditrix, 2. 6.

rumpit furor, 3. 18. hoſtis, 3. 2. nefas, 3. 1. turbo belli, 3. 5.

ruptio hoſtium, *pro erumpentibus hoſtibus*, 4. 2. Eruptiones audere, 1. 10.

ruptus, 3. 10. *Sic in Ætna, carmine Cornelii Severi, verſu primo legerim*; eruptique cavis fornacibus ignes. *nam præterquam quod vox ipſa proba eſt, & opportuna, colliſio illa decus addit verſui, & rem quaſi ob oculos ponit. Sic Petronius in carmine de bello civili, verſu 282.* voces erumpere. *Geſta Dei per Francos, pag. 66. verſ. 38.* Tempus quo tellus abſconditos latices erumpit. *& pag. 79. 23.* Infernus ruptus eſt, & populus iſte eruptus eſt. *Cæſ. de bel. civ. 2. 14.* portis ſe foras erumpunt.

Erythræa, *urbs*, 3. 7.

Eryx, *urbs*, 2. 2.

Eſquilina porta, 3. 21.

Eſſe exitio, 2. 2: 4. 2. in trabeis, *hoc eſt, amictum trabeis*, 1. 13. manifeſto vultu, *pro aperte præ ſe ferre*, 4. 2. miraculo, 4. 10. præda, 1. 1. prædæ, 1. 1. ſtrictis enſibus, 1. 16. *hoc eſt, habere ſtrictos enſes.* Sic eſſe gradibus grandibus, celeri curriculo fui; *Plautus, Epidico, 1. 1. & Sticho, 2. 2. Quo tamen loco ſuboritur ſuſpicio* fui *poſitum pro* ivi: *ſicut hodieque ſolent Hiſpani, qui multa veteris Latini ſermonis veſtigia conſervare videntur.* Eſſe tutis muris, 4. 2. *Huc pertinent exempla quæ refert Agellius, 5. 8. in quibus* eſſe *licet non exprimatur, hoc tamen ſenſu intelligitur.* Eſſe *cum duobus utrinque dativis.* Satius fuiſſet populo Romano Eſſe contento, 3. 12. Erat, *pro fuiſſet, 4. 2. Sic Virg. Æn. 4.* 603. anceps belli fuerat fortuna, *Curtius, 5. 11.* egregiam conſervati regis gloriam tulerat. *Sic* penetrarat, *in Ammiano Lindenbrogii, pag. 211. 7. & alia ſimilia, pag. 153. 32: & pag. 342. 33. Item in Livio, 34. 29.*

Etruria,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

Etruria, 4. 2. contra Urbem conſurgit, 3. 18. vaſtatur à Lamponio & Teleſino, 3. 21. ex Etruria admotus Urbi exercitus, Lepidi, 3. 23. Catilinæ, 4. 1.

Etruſci vincuntur à Romanis, 1.17: 3. 18. mixti Romanis, 3. 18.

Evander *Arcas, 1. 1.*

Evaneſcit exercitus fuga, latrociniis, 3. 3.

Evaſiſſe, & viciſſe, longe diverſa, 4. 10.

Eubœa, *inſ. 2. 7.* occupatur à Mithridate, 3. 5. recipitur à Sylla, 3. 5. ejus deſcriptio, 2. 8.

Euburiates, *pop. 2. 3.*

Everſio Fidenarum, *pro excidio, 1. 12.* Everſionibus urbium currens ſeculum, 2. 16.

Eumenes *Pergamenus, 2. 20.*

Eunus *Syrus, 3. 19.*

Euphrates, *fl. 1. 11: 3. 5: 3. 11.* imperii terminus, 4. 12.

Euripus, *fretum, 2. 8.*

Europa, 3. 10. facta Romanorum, 2. 8.

Eurus, *ventus, 2. 6.*

Ex aqua clades, 4. 10. Ex fœdere, *pro juxta fœdus, juxta fœderis leges, 1. 3. Sic* Ex meritis, 4. 12. Ex more, 4. 2: 4. 7: 4. 12. Ex moribus, 1. 7. Ex malis Africæ nomen habet Scipio, 2. 6. Ex perpetuo imperio annuum placet, *h. e. pro perp. 1. 9.* Ex populo cognomen, *h. e. quod populus impoſuit, 2. 6.* Ex vulnere mori, 4. 12. Ex ſummo ſtudio anniti, *pro ſummo ſtud. ann. 1. 9. Græcanica eſt phraſis,* ἐκ πολλῆς σπουδῆς, *Salmaſius. Sic Iuſtini Mſſ. 6. 3.* ex magna cura ordinat ſuos. *Apulejus in Apologia*, ſtudiis literarum ex ſummis viribus deditus. *& Metamorph. lib. 7.* ex ſumm[o] ſtudio fugiens immanem u[…] *Iterum:* negotium iſtud mi[…] ſummis viribus conflavit. *P[…] Merc. 1. 2.* Ex ſummis opu[…] viribuſque.

Examina *ſcilicet apium, 2. 6:* […] *Nam alias transfertur ad qu[…] libet multitudinem. Sic apud […] nobium, princ. operis;* exa[…] mœrorum mortalium. *& l[…] pag. 58.* malorum examina[…] *vium*, examina avium. […] *Iuſtinum, 25. 2. Delectatu[r …] genere Hieron. in epiſtolis, ut* […] cunctaque Orientis examin[…] 14. examina Monachorum, […] ex. coturnicum, 3. 5. exa[…] pauperum ac debilium, 3. 8. […] morum linguis diverſis exa[…] concrepabant, 3. 13.

Exarmare, *pro mitigare, placa[re …] 22. Petronius :* Giton mir[…] forma exarmaverat nautas.

Excæcare aliquem, 2. 20.

Excandeſcere in ultionem, 2. […]

ſine Exceptione victoria, *h. e.* […] *conditione, 2. 18.*

Excidium, 1. 17.

Excipere aliquem pilo, 2. *17.* […] *Curt. 9. 8.* temerarium reg[…] excipi poſſe. *Vide Suet. Aug. 1*[…] Horat. 3. od. 12. Hirt. de […] Afr. cap. XXIV. communi fœd[…] in libertatem excepta Sagun[…] *h. e. libera relicta partium* […] *ſenſu, 2. 6.* Excipit Numam H[…] ſtilius, *h. e. ſequitur, ſuccedi[t …] 1. 3.*

Excubare. juventus ad ſubita b[…] excubat, 1. 1. *Apulejus de ha[bi]tud. doct. Plat.* excubitorum lo[…] militet juventus pro utili[…] cunctorum.

Ex[…]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

Excutere, *pro expellere. Sic* ab obſidione, 2. 6. oppidis, regionibus, 2. 6. Excutere jugum, *pro abjicere, exuere*, 2. 14.
Exequiæ, 3. 20.
Exercere jus victoris, *h. e. uti jure vict.* 3. 7. *Sic* exercere victoriam, *Salluſtius, Iug.* 16. 3. *& Livius.* exercita poteſtas, *Tacitus*, 4. 6.
Exercita juventus, 1. 3. *Sic* exercitum corpus, *Salluſt. Iug.* 71. 1. exercitus militia, *Tacitus*, 3. 20.
EXERCITUS tanti eſt, quanti Imperator, 2. 18. Exercitus magnitudo perniciosa, 4. 2. Exercitus Craſſi miſerabili ſtrage deletus, 3. 11. Poſthumii imperatorem lapidat, 1. 22. Exercitus patricius, *h. e. conſtans ex patriciis*, 1. 12. Exercitus gladiatorii, 3. 12.
Exigere, *pro agere, adigere*, 4. 2. ſupplicium, *pro ſumere*, 3. 19.
Eximere, *pro eripere, ſervare*, 3. 21. *Sic titulus ff. Ne quis eum qui in jus vocatus eſt*, vi eximat. Eximere ſe ludibrio hoſtium, 3. 21. Eximere ſenſum geſtæ rei, *pro impedire, adimere*, 4. 7.
Exinde certamen, 1. 1: 1. 14.
Exiſtimare, *pro aſtimare*, 3. 2.
in Exitium ſui concitare aliquem, 2. 26. in Exitium ſui merces eſt reſp. 1. 13. Exitio eſſe, *vide* Eſſe.
Exoſus arma, 4. 11.
Expaveſcere aliquid, *pro metuere*, 3. 4. *pro conſternari, metu ſubito corripi*, 1. 26.
Expellere ſpiritum, *pro ſe interficere*, 3. 5.
Experimentum, 1. 13. Experimento deprehendere, *vide* D.
Experiri fortunam, 3. 22. imperium, 1. 17. *h. e. tentare an poſſis potiri rerum.* omnia, 3. 5. augurio, 1. 5. Experiri, *pro præludere, tentare vires*, 4. 2. cominus invicem Experiri duces, 3. 22. Expertis invicem Parthis & Romanis, 4. 10.
Expiare, *verbum ſacerdotale ad alia tranſlatum, ut* Expiare cladem, 1. 12. flagitium, 2. 18.
Explicare, *pro expedire, extricare*, 1. 17: 4. 2.
Exponere hoſti exercitum, *h. e. præbere opportunum hoſti*, 3. 11.
Exprobrare victoriam hoſtibus domitis, 3. 2. *nempe tropæa erigendo. ſic apud Tacitum*, 15. 16. non eam ſpeciem inſignium & armorum prætulit, ut diverſitatem exprobraret. *Seneca, Conſol. ad Helviam*, 16. 5. Nunquam te fœcunditatis tuæ, quaſi exprobraret ætatem, puduit.
Expugnati Pœni toto mari, 2. 2. *h. e. victi. Sic Iuſtinus*, 3. 5. Meſſenii per inſidias expugnantur. & 3. 4. expugnatis veteribus incolis. *Curtius*, 6. 6. ad expugnandos eos, qui edita montium occupaverant, *Epit. Liv.* 62. Q. Marcius cos. Stœnos gentem Alpinam expugnavit. Ipſos imperii mores in Scauro Expugnat Jugurtha, 3. 1.
Extis cæſorum litare & veſci, 4. 12.
Externum bellum, *alias* hoſtile *dicit*, 4. 2. mare, *vide* M.
Extorquere, *eſt aliquamdiu retinēti per vim eripere. Sic* Extorquere conſortium honorum, 1. 26. deditionem, 4. 32. *h. e. eo adigere aliquem, ut deditionem faciat.* incubantem hoſtem, *pro expellere, extrahere*, 2. 6.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

Extincta parum fideliter incendia, majori flamma reviviſcunt, 3. 5.
Extorris agris & focis, 3. 13.
Extremi fines, 4. 1. Extrema Galliæ, 3. 3. Italiæ, 3. 20. Extrema, *pro nece, 4. 2. pro ultima neceſſitate, 4. 12.* Extrema deditionis, 2. 13 : 4. 5.
Exuere caſtris aliquem, *h. e. caſtra ejus occupare, 2. 7: 3. 3: 4. 4.* urbibus, 3. 1.
Exul feralis tabulæ, 3. 22.
Exulatio *pro exilio, 1. 22.*

F

FAbia gens privatum bellum gerit cum Vejentibus, 1. 12.
Fabius conſul, vincitur à Gallis, 1. 13.
Fabius legatus ad Carthaginienſes, 2. 6.
Fabius C. Pontifex per medios hoſtes it, reditque, 1. 13.
Fabius Ambuſtus *M. 1. 26.*
M. Fabius Buteo Pœnos vincit, 2. 2. *Hunc primum ita cognominatum putem ex Plinio,* 10. 8.
Fabius Gurges *Q.* Volſinorum ſervos vincit, 1. 21.
Fabius Maximus *Q. Rutilianus* Umbros vincit, 1. 17.
Fabius *Maximus Q. Verrucoſus Ovicula* Cunctator, 2. 6.
Fabius Maximus *Q. Æmilianus* cos. Viriatum vincit, 2. 17. Allobroges, 3. 2.
Fabii Samnitum domitores, 1. 18.
Fabula de membris diſſidentibus, 1. 23.
Fabuloſæ altitudinis nives, 2. 6. Fabuloſa monſtra freti Siculi, 2. 2.
Facere artem. *Vide A. Sic* fac re cibum. quicquid neceſſit cibum fecerat, Seneca de ira, 20. *Suidas in* Ἄβαμο. πρὶν ἢ β ἐὰν ποιήσωνται τὸ τῶν ἀνθρώπων γ νος. audaciam, 2. 2. bellum, *p concitare, movere, 3. 7.* Co jurationem, *pro inire, 3. 10.* co ſulem, *3. 16. Sic facere regen deum, Curtius, 8. 5.* docume ta, *pro dare, docere, 4. 10.* er ptionem, *pro erumpere, 3. 2* exercitum, *pro comparare, 3. 1 Sic Vellejus, 2. 109.* famem, *12.* fidem, *h. e. efficere ut cred. tur, 1. 1 : 3. 16.* fiduciam, *h. addere animum, 3. 15.* finem *pro deſinere, 3. 18.* impetum, *p dare impetum, irruere, 3. 1: 17: 4. 10.* latrocinia magis qua bella, *pro exercere, 2. 3.* lucu aſylum, *pro ex luco aſylum, 1.* moram, *pro morari, 4. 2.* pacem *1. 1: 4. 2.* pontem, *3. 10.* populum *1. 1.* pretium fœderis regem, *h. fœdus tradito rege velut emer 3. 1.* provinciam, *h. e. regi nem aliquam perdomare, ut r cipiat jugum, 2. 17 : 4. 12. L vius paſſim* conficere. Roma nos de ſervitute, *2. 6. Sic I venalis, 3. 185. de Tuſca Gr cula facta eſt. Vide etiam* D ſervitute facere, *pro reficer 1. 3.*
Facilis, *pro eo qui facile poteſt vin ci, 4. 11.* Facile cedenti pa regni data, *2. 8.*
Factio, *pro partibus, 3. 21.*
Facta pop. Romani. *Præfat.* Gala tica, 2. 11.
Factus Creticus, Metellus, 3. 8.
Fæſulæ, *urbs, 1. 11.*
Falernus, *mons,* 1. 16. Falernus *ad jectiv*

jective poſitum: ſic Falerni ſaltus, 2. 6.

Faliſci, 1.12. *ubi malim legere*; Faliſcis, quum obſiderentur, mira viſa eſt, *&c.*

Fallacia inſidiarum, 1. 16. *ſic Iuſtinus, 29. 1. crimen facinoris.*

Fama loquitur, *h.e. fama fert, fama eſt*, 4. 10. non dubitat, *h. e. conſtans fama eſt*, 1. 1. Famæ celeritas arte adjuta, 3. 3. Famam Leonidæ adæquat Calpurnius, 2. 2. Fama quam re majora bella, 2. 7: 2. 8.

FAMES ex luxu, 3. 12. FAMES expugnat invictiſſima, 1. 10. deditionem extorquet, 4. 2. Fames Athenienſis, 3. 5. Calaguritana, 3. 22. Numantina, 2. 18. Romana, 1. 10: 1. 13. Saguntina, 2. 6. turpis, *vide* T. Fame quaſi peſtilentia abſumpti ſervi, 3. 19. Fame premi, urgeri, *vide* P. U.

amilia, *pro domo, genere*, 3. 15: 3. 16. *pro ſervis*, 3. 12: 3. 19.

anaticus, 3. 19. furor. 3. 19.

as collegii, 3. 14. deum, 2. 20.

aſces unde Romanis, 1. 5. Faſces coſ. fracti, 1. 22. prætorii relati ad Spartacum, 3. 20. Faſces ſubmittere, 1. 9. Faſces, *pro poteſtate, cujus ſunt inſignia. ſic* Faſces abrogati, 1. 2. retenti, 1. 24.

aſtis damnati dies, *h. e. inter atros relati*, 1. 13.

aſtigium in domo Cæſaris, 4. 2.

atalis manus, *quæ fata vitaſque hominum in poteſtate habet*, 3. 21. Fatale, *quod exitio alicujus deſtinatum eſt. ſic* Fatalis arena Pompejo, & Bruto Caſſioque, 4. 7. Fatale Capitolium Gracchis, 3. 15. nomen Scipionum Africæ, 2. 15. *Sic* fatalis locus *extat apud Iuſtinum.*

Fatigare ſævitiam, 1. 7. crebris incurſionibus hoſtem, 4. 12.

Fatum, *poteſtas illa, quæ res humanas inevitabili ſorte diſpoſuit. ſic dicitur* Fati vis, 4. 2. Fatorum decretum, 2. 6. induſtria, 1. 8. Fatis præcipitantibus, 4. 2. Fatum, *pro fortuna illa quæ fati decreto deſtinata eſt. Sic* Fatum inſularum, 3. 9. partium, 4. 2. urbis imperaturæ, 2. 6. Fata generis humani, 4. 2. patrum, 3. 17. populorum, 1. 3. rerum, 2. 16. Fatorum præſagia, 2. 6. Fata, *pro morte*, 3. 9.

Fauces offocandas invicem præbent Gallogræci, 2. 11. Faucibus apprehendit conſulem viatorem, 3. 17. Fauces, *pro anguſtiis. ſic* Fauces Iſthmi, 2. 16. Italiæ, 2. 3: 2. 6. maris, 1. 18: 4. 2. montis, 3. 20. Propontidis, 3. 6. Urbis, 1. 10. *quamvis & ibi poſſit accipi*, ipſis Urbis faucibus incubare, *ſicut dicitur imminere cervicibus. ad Fauces portus.* Cæſ. de bel. civ. 3. 24.

Favor ex ætate, 4. 4. ex injuria, 4. 2: 4. 4. Favori civium veliſicari, 1. 9. Favorem populi aucupari, 3. 13. ad Favorem plebis conciliandum effuſa largitio, 3. 12.

Fautores hoſtium bello perſequi, 3. 7.

Fax. Faces injectæ tectis Urbis, 1. 13. vibratæ in turres elephantorum, 1. 18. Facibus armati Fidena-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

denates, 1. 12. Fax juventæ, *pro ardore juvenili*, 1. 1. *Vide Barthium Adverſar. 7. 19: & 47. 10.* Fax, *pro cauſſa & initio motus, ſicut pro ipſo motu incendium ponitur. ſic* Fax certaminum, 3. 14. motus, 3. 23. Fax eadem quæ Druſum cremavit, ſocios in arma accendit, 3. 18. *Hoc loco fax & propria ſignificatione, & tranſlata ſumitur: ſicut & fere, 3. 23. ira Catilina* ex rogo filii maritalem facem accendit, Val. Max. 9. 1. Faces *Furiis tribuuntur, quod illæ turbarum incentrices crederentur. hinc* Facibus Furialibus in exitium reip. armati Cæſar & Pompejus, 4. 2. Fax ſeculi, *pro magno turbone*, 4. 3. Faces belli, *pro auctoribus*, 2. 9. *Sic Vellejus*, 2. 25. Sertorium, proh quanti mox belli facem! *Plin. ep*: Rufo ſucceſſit Theophanes, unus ex legatis, princeps fax accuſationis & origo. *Latro, in Catil. 6. 3. de L. Sidicino*, ea fax incendii rurſum benignitate deorum immort. ſummaque virtute conſulum exſtincta eſt. *Alludit Tacit. H. 2. 86.* acerrimam bello facem prætulit.

Felicitas nimia furores civiles peperit, 3. 12: 4. 2. Felicitas, Syllæ, 3. 5. Pompeji, 3. 6. Felicitatem Cæſaris omnia ſequuntur, 4. 2.

Feliciter, *vox uſitata lætis acclamationibus*, 3. 3. *Vide Gruter. Suſpic. 6. 10.*

Feminæ Germanorum pugnaces, 3. 3. Feminæ inter obſides, 1. 10.

Feræ in aciem productæ, 1. 18.

Ferarum ritu debellati Can- bri, 4. 12. à Feris nutriti, 1. *Adde Ælianum, Hiſt.* 11. 21. *item*, 12: & 13. *Tr Pauſan. lib. VIII. pag.* 5 10. de Telepho. & *lib.* 1 *pag.* 133. de Æſculapio. & *l.* X. *pag.* 637. 40. de Phylacide Philandro.

Feralis habitus, *h. e. funeſtus, e- tialis*, 1. 12. tabula, 3. 22. Fer ſignum, 4. 7.

Fercula triumphi, 4. 2. *h. e. ſim- lacra victarum urbium, fluv- rum, montium, &c. quæ fereb- tur in triumpho. Sic Sueton Cæſ. cap. 37.*

Ferre *de triumpho ſemper fere d- tur apud veteres.*

Feretrius Jupiter, 1. 1: 1. 12: 2 Tropæophorum *vocat Ap- jus, de Mundo, in fine.*

Ferire fœdera, 1. 10.

Feritas ex paſtoribus, 1. 22. Fer Gallorum Aſiatica amœnit mollita, 2. 11.

Ferocia, pro fortitudine, 2. *Sic Livius*, 35. 49. *Ovid. Ponto*, 2. 9. Sed quam M ferox. ——

Ferox *pro indomito, fero*, pop. R manus, 1. 2. deorum metu m gatur, 1. 8. ferox natura gens nonum, 1. 13. Ferocia dicta, *fortibus*, 3. 10. *Sic* ferociter, *fortiter, Livius*, 3. 47.

Ferociſſimæ gentes Hiſpanæ, 2.

Ferre, *pro pati*, 4. 12. parem, ſu riorem, 4. 2. *pro ſuſtinere, ſic* R mani ferunt tela Parthorum, 4 Ferre leges, *pro rogare, promul re*, 3. 17. vallum, *vide* V. Ferri *proficiſci*, 3. 3. pulvis Fertu oculos, 3. 3.

Fer

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

Ferrei anni, 2. 19. Ferreæ manus, 2. 2.
Ferrum victis ablatum, 2. 3. Ferro ergaſtulorum recocto fabricati gladii, 3. 20. Ferrum *pro gladio, cultro, pugione, &c.* 1. 3: 1. 7: 3. 5: 3. 11. *pro armis*, 1. 12.
Fervet obſidio, *h. e ſtrenue procedit, urgetur*, 2. 15. de damnatione ferventer loqui cœptum eſt, *Cœlius in Cic. ep. fam.* 8. 8.
Ferus, *pro ſævo, atroce*, 3. 21. Feri homines, *pro agreſtibus, ſilveſtribus*, 3. 8.
Feſſus, *h. e. fractus & fatigatus*, 3. 1. Feſſi fame Saguntini, 2. 6. *Claudian. de B. 6. & verſ. 129.* Et quamvis gemina feſſum jam clade fugarit. *Oratio C. Cottæ in f. apud Salluſt. Incert.* 3. 12. cum omnes provinciæ, regna, maria terræque, aſpera aut feſſa bellis ſint.
Feſtinat ad relictum opus Quinctius, 1. 11.
Feſtinatio Romanorum in reparando exercitu, 1. 18.
Feſtum Latinarum, 3. 18.
Feſulæ, *urbs*, 3. 18.
Fictilia, 1. 18. *Vide Tibullum*, 1. 1.
Fidenæ, *urbs*, 1. 12.
Fides annalium, 1. 12. Camilli, 1. 12. publica, 3. 1. ut Fides ei eſſet, *h. e. ut ei crederetur*, 1. 7. Fide pacis ac belli Janus, *h. e. ſignum, quod indicat pacemne habeant, an bellum, Romani*, 1. 2. Fidei magnum, ſed triſte, monumentum, 2. 6. Fidem numinum! *bone Deus!* 1. 11: 3. 3. Fidem capere, *vide* C. facere, 1. 1: 3. 16: 4. 10. rumpere, 4. 2. ſolvere, 1. 1. ſuperare, 1. 18. in Fidem venire, 3. 22. Fide bona, *h. e. probe, exacte, perfecte. Sic Ovid. Ponti* 3. 7. vera fide periſſe. *Plinius*, 3. 3. inaurato fortunæ ſimulacro fideliſſime. *Vide etiam* Bona fide. FIDE ſalva paranda victoria, 1. 12. ex Fide conſtituti aliquid reſignare, 4. 7. in Fide manere, 1. 21. manere *ſubauditur*, 1. 13. in Fide permanere, 4. 2.
FIDUCIA in virtute, 2. 2. ad ſpeciem Fiduciæ panes ab arce jaculantur Romani, 3. 13. Pharnaces magis diſcordiæ Romanæ Fiducia, quam ſuæ virtutis, bellum movet, 4. 2.
Fieri Celtibericus, 2. 17. *Vide etiam* Factus.
Figere trophæa, *pro erigere*, 2. 17: 2. 3.
Filium ſuum interficit Caſſius, 1. 26. Manlius, 1. 14. Filiam Virginius, 1. 14.
Fimbria, 3. 21.
Finire, *pro tollere, delere. ſic* Finita Carthago, 2. 14. *Hoc ſenſu Ovidius: Sunt aliquid manes, letum non omnia* finit. PARTIUM odia non finita cum bello, 4. 2.
Finis datus cædibus, 1. 16. impoſitus bello, 2. 2. Fines, *pro ditione, territorio. ſic* Fines alicujus territare, 2. 15. Finibus migrare, 2. 15. de Finibus pugnare, 1. 11. pro Finibus arma corripere, 1. 9. Fines mundi extremi, 4. 1.
Fiſtulæ in Capitolio, *quibus aqua deducitur*, 3. 16.
Flaccus Q. *Fulvius* cos. 2. 6.
Flagitans ultionem miles, 1. 16. *Suſpicor fuiſſe*; Flagrans ultione miles. Flagitare decreta, 4. 2.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

Flagitium *impoſiti jugi*, 1. 16. non minore Flagitio ſocii rebellant, quam cives, 3. 18.

Flagrare cupiditate, 3. 5. ignominia, pudore, 2. 18. ultione. *Vide* Flagitans.

Flamen Dialis, 3. 21. Flamines, 1. 2: 1. 13.

Flamines *C.* vincitur ab Annibale, 2. 6.

Flaminius *T. Quinctius* Philippum vincit, 2. 7.

Flamma circa caput viſa, 1. 6. *Adde exemplum Salvidieni, apud Dionem, lib. 48. pag. 430. & Laviniæ, apud Virgilium, 7. 73.* Flamma ſubita de cineribus obrutis, 2. 15. Veſtalis, 1. 2. Flammam inter verba fundere, 3. 19. fundere, velut ardenti capite, 4. 12.

Flexus ſiderum, *pro revolutionibus*, 4. 3.

Florentia, *urbs*, 3. 21.

Flori hiſtorici ætas, *Præfat.* nomen varie lectum, *princ. notarum.*

Flores in bene meritos profuſi, 2. 7. Floribus bis vernat Campania, 1. 16. Flos, *pro excellentiſſimo in quoque genere. ſic* Flos juventæ, *Præfat.* ordinis equeſtris, 3. 21. ſanguinis Italici, 4. 2. ſenatus, 3. 21. virtutis, 1. 22. *ſic* Floſculus Juventiorum, *apud Catullum, carmine 24.*

Fluens in luxuriam ſeculum, 4. 12.

Flumen inducere foſſæ, 3. 10. manibus & clipeis retinere, 3. 3. per Flumen glacie perfidum equitare, 3. 4. Fluminis obundatio, 4. 2.

Flumen oblivionis, 2. 17.

Fluvii: Æſapus. Albis. Allia. Alpheus. Ana. Anienis. Aous. Araxes. Arſia. Aſtura. Ateſis. I… grada. Cremera. Danubius. D… vus. Durius. Euphrates. Grai… cus. Hebrus. Hiſter. Iberus. I… ra. Liris. Macra. Mæander. Mo… Moſula. Nar. Nilus. Oblivion… Orontes. Padus. Rhenus. Rh… danus. Savus. Sicoris. Tagus. T… nais. Tiberinus, *ſeu* Tiberis. T… cinus. Titius. Trebia. Varus. Vi… delicus. Viſurgis. Vulturn… *Quære ſuis quemque locis.* Flu… cædibus cruentati, 2. 6: 3. 3… 5. Fluvii cruore mixti. *Marc… lin. 16. 32. f. 17. 30. f. Plut. Æm… c. XXXVI. Diodor. 2. 26. Her… dian. 3. 13. Philoſtrat. pag. 66… C. ſic Nilus in Caracallo Suid… Geſta DEI per Francos, pag. 7… 58: & 50. 49. Paulus Diac. l… XV. ubi de* Attilæ prœlio. *Luca… 8. 34:* Emathia jam clade rube… exibat in æquor. *Hieron. Ep.* 22. quantæ fluviorum aquæ hu… mano cruore mutatæ ſunt. *Chr… nicon Regionis:* Per idem tem… pus Bellum inter Clotharium … Theodericum oritur ſuper flu… vium Aroadi, tantaque cædes … utroque populo facta eſt, ut ipſ… alveus de cadaveribus replet… magis cruorem, quam aqua… fundere videretur.

Fœdare victoriam patricidio, 1. 3… mortem ludibriis, 3. 4.

Fœdus Albini cum Jugurtha, 3. 1… Antonii cum Parthis, 4. 10. Cau… dinum, 1. 16: 2. 18. Manci… nianum, 2. 18: 3. 14. Philipp… cum Annibale, 2. 7. Syllæ cum Mithridate, 3. 5. Romanorum cum Boccho, 3. 1. cum Campanis, 1. 16. cum Parthis, 3. 5 3. 11. cum Pœnis, 2. 6

2. 15.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

2. 15. cum Porſena, 1. 10. cum Samnitibus, 1. 16. Fœderis ſponſores, 3. 14. ex Fœdere, *vide* E. Fœderum religio ſumma Romanis, 2. 6. FOED. ultores dii, 3. 11. Fœdus rumpere, 2. 6. Fœdera ferire, 1. 10. percutere, 3. 11: 4. 10. Fœdus humani generis, commercia, 3. 6. Fœdus amicitiæ, 1. 10: 4. 2. matrimonii, 4. 2.

Fœdi exitus proſcriptorum, *h. e. miſerabiles, atroces, ſævi*, 4. 6. Fœda clades, *magna ſimul & turpis*, 2. 2. fuga, *turpis & effuſa*, 1. 1. *ſic* Livius 30. 6. *Salluſt. Iug.* 4. 3. ſtrages, 3. 5.

Foculus ſuper caſſidem, 4. 12.

Fœneratorum impotentia, 1. 23.

Fomenta, 4. 2. *medicamenta vulnerum dolorem mitigantia. utuntur eo ſenſu Livius & Tacitus.*

Fons Arethuſæ, 2. 6. *Vide* Torrens Vergelli. Fontes veneno miſcere, 2. 20. Fons & origo belli, 3. 6.

Forma patrocinatur Cleopatræ, 4. 2. *Adde Iuſtinum*, 12. 7. *Tacitum*, 12. 51. de Forma *vide Diog. Laërt. in vita Ariſtotelis, ubi dicta ejus recenſentur.* Forma auguſtiore viſus Romulus, 1. 1. Forma prœlii, 2. 2.

Formiæ, *urbs*, 1. 16.

Formidatum militibus flumen, *h. e: quod formidant milites*, 2. 17.

Formidoloſius, *pro terribilius*, 2. 8. *ſic* Formidoloſius hoſtis, *apud Salluſt. Cat.* 7. 6. Formidoloſa potentia, *ibidem*, 19. 2.

Fortiſſimi fideliſſimique ſocii, 1. 18. *Sæpius ita conjunctim hæc reperias apud ſcriptores. ut apud Catonem, in Agellio*, 3. 7. *ſic* firma ac fidelia ſubſidia, *Livius*, 31. 9. Fortis fideliſque opera, *Liv.* 28. 9: 40. 26. ſatis conſtat ſervos (*Ciceronis periclitantis*) fortiter fideliterque paratos fuiſſe ad dimicandum, *Livius apud Senecam, Suaſor. VII. ubi de morte Ciceronis. Hirtius de B. Alex. cap. XLIII.* Salonam cives Romani fortiſſimi fideliſſimique incolebant.

Fortius, *ſubaudi, egit, aut egerunt*, 2. 15: 4. 2.

Fortitudo pop. Romani qua re maxime oſtenſa, 1. 18.

FORTUNA & virtus ad conſtituendum pop. Rom. contendunt, *Præfat.* quaſi de induſtria aliqua agit, 2. 8: 4. 2. videtur deliberare neſcio quid, 4. 2. Marium alteri bello reſervat, 3. 21. Sex. Pompejum aliis poſt Cæſarem bellis reſervat, 4. 2. Romanum imperium ad Cæſares transfert, 4. 3. *Sic Seneca, epiſt.* 51. efficacior quam virtus, 4. 7. audet aliquid adverſus abſentem Cæſarem, 4. 2. invidet pop. Romano, 4. 2. *Lege Petronii carmen, de bello civili.* Fortuna Cæſarum invicta, 4. 7. pop. Romani ſemper in malis major, 3. 18. imperatoris etiam abſentis militat pro partibus, 4. 7. Fortuna ſua Pompejo titulos quærit, 3. 5. Fortunæ, æſtus, torrens, 2. 7. Fortunâ amiſsâ conſcientiam retinere, 2. 12. Fortunæ multi plus debent, quam virtuti, *Præfat.* Fortunam expectare, 1. 3. FORTUNAM, cui tantum licet, revereri, 2, 12. Fortuna hoc ei in malis indulgente, 2. 4.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

Fortunatæ inſulæ, 3. 22.

Foſſa circumdata obſeſſis, 2. 18: 3. 10: 4. 12.

Fractus, *pro debilitato, feſſo*, 2. 17.

Fracti cos. faſces, 1. 22.

Fragilitas humana, 4. 2.

Frangere, *pro vincendo debilitare*, 2. *17: 3. 5.* qui virtute Frangi non poteſt, mora comminuendus, 2. 6. *Claudianus de bello Getico, verſu 149.*—fregitque furentem Cunctando. —

Fratres interficit Jugurtha, 3. 1.

Fraternitas, 4. 2.

FRAUDULENTISSIMUS regum, fraude in inſidias deductus, 3. 1.

Fraus Punica, 2. 6: 2. 27. per Fraudem aliquem aggredi, 2. 17. Fraude domeſtica oppreſſus Sertorius, 3. 22. Fraude montium graſſantur Samnites, 1. 16. FRAUDE præcipuus rex, fraude capitur, 3. 1.

Fregellæ, *urbs, 1. 11: 1. 18.*

Frentani, *pop. 1. 18.*

Frena ſervitutis, 4. 12.

Fretum adoleſcentiæ, 1. 16. Fretum, *abſolute de freto Siculo*, 2. 2. Balearicum, Gaditanum, 3. 6. Siculum, 4. 8. ejus trajectio fruſtra tentata, 3. 20.

Fretus opibus & regio nomine, 2. 8. religione, 2. 12.

Frugum parens Athenæ, 3. 5. Frugum ſemina mutato ſolo degenerant, 2. 11.

Frui cantu, 2. 7. Frui, *&* uti, *differunt, 2. 6. Vide Vallam, eleg. 5. 5. & Lipſium, ad Senecam, de vita beata, cap. 10. Auguſtin. de Civ. 11. 25.*

Frumentariæ leges, 3. 13.

ex Frumento potio, 2. 18.

Fruſtari, *pro comminui, in fruſ[…] redigi*, 2. 2.

Fruſtrari, 2. 2. Fruſtrato ictu ten[…]tur Scævola, 1. 10.

Fuga fœda, 1. 1. ſimulata, 1. 3: 3. […] 4. 10. Fuga Marii, 3. 21. Pomp[…]ji, 4. 2. Scipionis, 4. 2. Fuga Ro[…] voluntaria, 3. 1. Fuga ſtrage[…]que, 1. 18. *Hæc ſæpius juncta r[…]perias, ut apud Livium, 26. […] 30. 6.* Fugam auferre, 3. 10. *V[…]de* A. Fugam Craſſi occupa[…] Parthi, 3. 11. *Vide* O. Fugam [...]ſtere, 1. 1. in Fugam nutare 3. 10. Fuga, *pro exitio, 3. 1[…] Sic Tacitus & Iuſtinus. Hi[…] Ovidio, Triſt. 2. 193.* fugare, *e[…] in exilium mittere.*

Fugare, *pro in fugam conjicer[…]* 1. 1.

Fugere non vult Curio cum poſſe[…] 4. 2. Fugiendo pecuniam ſpa[…]gere, 3. 5.

Fugitivarii, 3. 19.

Fugitivus finium ſuorum, regn[…]que, 3. 1. *Sic Seneca, contro[…] 6. 2:* Accuſator civium me fec[…] exulem, filius etiam meorum[…] *Quomodo* ſoli & cæli ſui profu[…]gi, *Cyprian. 177.* Profugus fera[…]lis tabulæ,, *infra.*

Fulmen Annibalis, *pro clade qu[…] attrivit Romanos, 2. 6. ſic fere* Fulmen Romanis deſtinatum Saguntino igne conflatur, 2. 6[…] Fulminis inſtar Pharnacem ob[…]trivit Cæſar, 4. 2. Dionyſiu[…] fortuna velut fulmen aliquod o[…]tio ac tranquillitati injecit, *Val[…] Max. 1. 7. ext.*

Fulvius *Q. Flaccus* Ligures vincit 2. 3.

Q. Fulvius *Flaccus* cos. *Præfat:* 2. 6[…]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

n. Fulvius Centimalus Liburnos vincit, 2. 5.
ulvius Nobilior *M.* Ætolos vincit, 2. 9.
ulvia ſcortum conjurationem Catilinariam patefacit, 4. 1.
'ulvia uxor Antonii, 4. 5.
'unalia, 2. 2.
'undæ Balearium, 3. 8.
'unditus, 3. 3: 4. 1.
'ungi opere, 1. 23.
'unibus ſub mari actis captæ rates, 4. 2.
'urit Antonius Octavium ſibi prælatum, *h.e. ſupra modum excandeſcit*; *Galli exprimunt, il enrage*, 4. 4. Furenti ſimilis in primam aciem procurrit Cæſar, 4. 2.
Furfidius, 3. 21.
Furialem in modum amicti Fidenates, 1. 12. Furialibus in exitium Reip. facibus armati Cæſar & Pompejus, 3. 12.
Furioſi latrones, *pro perditiſſimis*, 3. 6.
Furnius, 4. 12.
Furor Antonii, 4. 11. Cæſaris & Pompeji, 4. 2. Catilinæ; 4. 1. civiũ, 4. 2. fanaticus, 3. 19. Numantinorum, 2. 18. Samnitium. 1. 16. ſociorum, 3. 18. Furoris æſtus, 4. 2. turbo civilis inſaniæ toto Furore detonat, 3. 21. Furore regio traditos faſces retinent decemviri, 1. 24. Furores civiles, *pro bellis civilibus*, 3. 12.
Furtis lacerare hereditatem, 4. 4.
Fuſus à cornu equitatus, *h. e. effuſus, emiſſus*, 4. 2.

G.

GAbinius *A.* Marſos vincit, 3. 18.
Gades, 2. 17. occupantur à Cæſare, 4. 2.
Gaditanum fretum, 3. 6: 4. 2.
Gætuli, *pop.* 4. 12.
Gætulicus, Coſſi cognomen, 4. 12.
Galática facta, 2. 11.
Gallæcia, 2. 17.
Gallia acquiſita, 3. 12. Cæſaris provincia, 4. 2. in Galliam deflectit bellum civile, 4. 2. Gallia Ciſalpina, 4. 4. Galliæ, 3. 10. domitæ, 3. 10.
Gallicus ſinus, 3. 7. triumphus Cæſaris, 4. 2. Gallica bella duce Cæſare, 3. 10.
Gallogræcia, 2. 11.
Galli immaniſſimi gentium, 3. 10. non feroces tantum, ſed & callidi, 3. 10. triumphi de Gallis, 1. 18. Galli Senones, 1. 13.
Ganymedes, 4. 2.
Garamantæ, *pop.* 4. 12.
Gaudium libertatis novæ, 1. 9. primi maritimi triumphi, 2. 2. victoriæ ex Tranſalpinis gentibus, 3. 2.
Gaurani ſaltus, 2. 6.
Gaurus mons, 1. 16.
Gellius legatus Pompeji, 3. 6.
Geminus Janus, 1. 2. Gemini Romulus & Remus, 1. 1.
Gemitus maris, 4. 11. Statius, Thebaïd. 3. 595. *Quantus Tyrrheni gemitus ſalis.* ——
Gemmæ ab Indis Auguſto oblatæ, 4. 12. gemmis obſtricta veſtis, 4. 11.
Generi appellatione etiam progener comprehenditur, 4. 2.
Genius malus, 4. 7. velut Genios venerantur Galli ſenes Romanos, 1. 13.
Gens bellicoſiſſima Helvetii, 3. 10.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

Gentes auxilia petunt à Romanis, 2. 7. Gentium potitur Roma, 1. 1. Gentium princeps populus, Romani, 4. 2. victor populus, 3. 9: 3. 13. ſic apud Senec. de benef. 5. 15: *ille victor pacatorque gentium populus.* Gens, *pro familia,* 1. 12: 4. 4.

Genuina feritas, *hoc eſt, ingenita,* 2. 11.

Genus hominum quaſi ſecundum ſervi, 3. 20. Generis humani facti diſcunt, qui res P. Romani legunt, *Præfat.* Generis hum. fœdus tollunt piratæ, 3. 6. dominatio Romana, id eſt, generis humani, 4. 3. *Vide etiam* Humanum. Genus, *pro gente,* 2, 3: 3. 10.

Genitus Marte, 1. 1.

Gerere bellum, 1. 16. multum operum, *Præfat.* ſe matrem, *hoc eſt, facere officium matris,* 1. 1. *Apud Sulpicium Severum, Hiſt. ſacræ lib. 2. eſt,* gerebant ſe Catholicos, *eodem verborum poſitu, ſenſu diſpari.*

Gergovia, *urbs,* 3. 10.

Germani immaniſſimi gentium, 3. 10. vincuntur à Cæſare, 3. 10. in partibus Cæſaris, 4. 2. Pompejanos equites pellunt, 4. 2. vincuntur à Druſo, 4. 12. Quinctilium Varum occidunt, 4. 12.

Geſonia, *urbs,* 4. 12.

Geſoriacum, *urbs,* 1. 11: 4. 12.

Getulia, 3. 1.

Glacie perfidum flumen, 3. 4.

Gladiatores bellum concitant, 3. 12.

Gladiatorio more concurrunt Romani, 3. 21. Gladiatorii exercitus unde, 3. 12. Gladiatorium munus, 3. 3.

Gladium ad iniqua pondera [...] dunt Galli, 3. 13. Gladio, qu[...] ſecuri percuti, honeſtius, [...] Gladii Romanorum, 2. 7. [...] diis cincta concio, 3. 21. I[...] via, 4. 5.

Glaucias, 3. 16.

pro Gloria arma corripit *pop.* [...] *manus,* 1. 9. gloriari, 1. 13.

Gomphi, *urbs,* 4. 2.

Gracchanæ leges, 3. 16. ſeditio [...] unde, 3. 12.

Gracchus *Tib. Sempronius* Sar[...] niam recipit, 2. 6. *Vide eti[...]* Sempronius.

Gracchus *Tib. Sempronius* Celtib[...] ros vincit, 2. 17.

C. Gracchus ſuppoſititius, 3. 16.

Tib. Gracchi ſeditio, 3. 14. C. Gra[c]chi ſeditio, 3. 15.

Gradum retro dare, *pro retro ce[de]re,* 4. 2.

Græcia in partibus Pompeji, 4. [...] Græciæ vetus ſtatus redditu[r] 2. 7.

Græcum ingenium Italicis artib[us] mixtum, 1. 5.

Græcula civitas, 4. 2. Græculu[m] ferrum, 2. 7. *per contemptum i[...] diminuerunt vocem Græci.* [...] Græculus, *eſt apud Cicer. in P[i]ſonem, cap. 29. Macrobium, 2.[...] Plinium, paneg. cap. 13. Iuv[e]nal. 6. 185. Ita milites irati Iuli[a]num appellarunt* Græculum [...] *Marcellin. 17. 14. Adde Bar[...]thium, adverſ. 11. 19.* Sic γραικύλος in Orat. Caleni apud Dion[...] 46. 2.

Graſſari, *pro turbare, turbas dare,* 2. 7: 3. 6. Graſſari cædibus, ſu[...] perbia, 1. 7. fraude montium [...] 1. 16.

Gravidarum partus extorti, 3. 4.

Gravi[...]

Gravis claſſis apparatu belli, 3. 5. commeatibus, exercitu, propugnaculis, 2. 2. triumpho, 2. 2. Gravis urbs armis theſauroque, 3. 1.
Gravitas cenſoria, 1. 18.
Grex, *de elephantis dictum*, 2. 2. Greges equorum, 3. 20. *Sic* grex miniſtrorum, *Hieron. epiſt.* 3. 5.
Gubernacula urbis invadere, 1. 6.

H.

H in F. mutatum, 1. 12.
Habere certamina, *pro confligere*, 3 22. concionem, *h.e. verba facere ad populum*, 1. 1. deprecationem, *pro deprecari*, 2. 18. in quæſtu, *h.e. rem inde facere*, 3. 12. in vinculis, *h. e. detinere captivum*, 2. 2: 2. 20. indulgenter, *pro tractare*, 1. 18. pacem, 1. 19. *ſic habere bellum, ſeditionem, Prologus Trogi*, 38. pro virtute, 3. 3. *hoc ſenſu Seneca, de benef* 1. 13. *cui pro virtute fuit felix temeritas.* provinciam, *pro poſſidere, retinere*, 4. 2: 4 8. *Ita Salluſt. Cat.* 6. 1. & *Rep.* 2. 64. *Tacit.* 1. 1: 4. 5. *Curt.* 8. 8. rationem alicujus in comitiis, *h. e. ut liceat ei profiteri, & honores petere*, 4. 2. Se bene, *hoc eſt, eſſe incolumem & ſalvum*, 4. 2. Senatum, *valet conveniſſe ſenatores, & conſultare de republica*, 4. 1. ſilvas, *pro habitare*, 4. 12. ſuſpectum, *pro diffidere, ſuſpectare*, 4. 2. Habes, *in verbis Vercingetorigis*, 3. 10. *videtur ſingulari quadam ſignificatione poſitum, quomodo & alias* Habendi *verbo peculiariter uſi ſunt : ut in ludis gladiatoriis. quæ de re Lipſius, Saturn.* 2. 21. & *in funeribus. Ita fortaſſis hoc loco deditionis formula eſt.*
Habitus Fidenatium feralis, 1. 12. ex Habitu dignitas addita, 1. 8.
Hadriaticum mare, 1. 15: 1. 18.
Hædui, *pop.* 3. 10.
Hæmus mons, 2. 12.
Hæret in vadis pugna, 3. 10.
Harena gladiatorum, 3. 20: 3. 21. civilis belli, *pro loco ubi committitur*, 4. 2: 4. 7.
Harpagines, 2. 2.
Haſta Salondici argentea, 2. 17. Haſtæ ſubjicere, 2. 6. *Vide Berneccerum ad Suet. Aug.* 24. 3. ſub Haſta venire, 3. 21.
Haurire, *de fluvio dictum, pro abſorbere*, 3. 11.
Hebrus, *fl.* 3. 4.
Hedri, *urbs*, 4. 2.
Helvetii, 3. 10.
Heraclea, *urbs*, 1. 18.
Herculaneum, *urbs*, 1. 16.
Herculeji legati Sertorii, 3. 19.
Herculeus, & Herculaneus, idem, 1. 16.
Herculis ſidus, 1. 16. columnæ, 2. 6. ſpeculas *vocat*, 4. 2. Herculi, *pro ab Hercule*, condita Capſa, 3. 1.
Hercynius ſaltus, 1. 11: 1. 17: 4. 12. Hercyniæ ſilvæ, 3. 10.
Herdonius Sabinus, 3. 19.
Hereditarium bellum, 3. 17. *Vide* B. jus, 2. 8: 3. 13.
Hereditas Attali, 3. 12. Romanos corrumpit, 3. 12. in alimenta promittitur plebi, 3. 15. Hereditas Sullanæ proſcriptionis bellum Sertorianum, 3. 22. Hereditatem adire, 2. 20. *Vide* A. lacerare furtis, 4. 4. Hereditates regiæ, 2. 20.

Heres

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

Heres ſecundus, *hoc eſt, ſubſtitutus,* 4. 4.
Herennius *Samnis,* 1. 16.
Hibernare, 4. 12.
Hiberna ſtipendio taxata, 1. 12.
Hic. Hos, Hos, *pro alios, alios,* 4.12.
Hiemare ſub pellibus, 1. 12.
Hiempſal *Numida,* 3. 1.
Hiems altius levat Alpes, *nimirum mole nivium, quæ per hiemem frequentes, in immenſam altitudinem excreſcunt,* 3. 3. *Sic* Hieme creſcunt Alpes, 3. 10. *ita Petronius, de bel. civ. verſ.146. hunc (locum in Alpibus) nive dura Claudit hiems canoque ad ſidera vertice tollit.* Hieme navigat Cæſar, 4.2. per Hiemem collatæ roſæ. 2. 8.
Hiero *Syracuſanus,* 2. 2.
Hieroſolyma, 3. 5.
Hinc templum, 1. 1.
Hircanus *Iudæus,* 3. 5.
Hiſpania citerior, ulterior, 4. 2. Hiſpania Sertorio militat, 3. 22. perdomita, 4.12. Hiſpaniæ bella, 2.17. laus, 2. 6. Hiſpaniæ & Mauritaniæ litora in unum vergentia, 4. 2. in Hiſpania bellum civile, 4.2. cum Pœnis, 2. 6. de Hiſpania triumphus Cæſaris, 4. 2.
Hiſpanienſis, 4. 2. *qui non quidem Hiſpanus eſt, ſed moratur in Hiſpania. Vide Lipſium ad Vellej. 2. 51.*
Hiſtoriam per ſpecies quam tempora conſcribere, 2. 19.
Hiſter, *fl.* 4. 12.
Hiſtri, *pop.* 2. 10.
Hiſtria, 1. 18.
Hominis & imperii comparatio, *Præfat. ſic l. 76. de judic. homo cum populo comparatur.* Homines mutati, 4. 12. Hominum ingratiſſimi Athenienſ 3. 5. quaſi ſecundum Hominum genus, ſervi, 3. 20.
Honerare, *ſic forte reponendum Lucano dixi, 4. 2. eſt aut verbum aliis quoque ſcripto bus uſurpatum. Vide Acia lium, ad Vellej. 2. 124. Etia in Var. Lect. Curt. 7. 2. & I ſtini, 5. 4.* Honerare, *pro* o rare, *reperias. Sic poſſis leger apud Petron. in carmine de b civ. verſ. 156. Ejuſdem notio eſt* Honuſtus, *de quo Servi ad Virg. Æn. 1. 293. quo uſ eſſe crederem Apulejum, d Mundo, non longe à princip ubi vulgo:* Cœlum, quo quidem divinis corporibus on ſtum videmus.
Honorem ſuo arbitrio ſibi ſum re, 2. 2. in Honorem mortu rum parcitur Athenienſibus, 3. in Honorem patris Germ niam provinciam facere vu Auguſtus, 4. 12. in Honore virtutis regnum datur Tullo 1. 3. Ptolemæi corpus repertu in aureæ loricæ Honore, 4. *hoc eſt, decore, ornamento.* Honores in Cæſarem congeſti, 4. Honorum, *hoc eſt, magiſtratuum,* cupido ſeditionem co citat, 1. 26.
Horatius, 1. 10.
Horatiorum cum Curiatiis certamen, 1. 3.
Horrendum, *pro ſtupendo,* 1. 7. *it etiam*
Horribilis fiducia, 2. 6. Horribile dictu, 1. 16: 2. 6: 3. 5: 4. 12.
Horrificare, 3. 21.

Horror,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

INDEX.

Horror, *pro veneratione cum metu juncta, quæ ex religione incutitur*, 2. 17: 3. 21: 4. 2.
Hoſpitale mare, *h. e. placidum & portuoſum*, 1. 16.
Hoſpitium Urbis maritimum Oſtia, 1. 4.
Hoſtiæ humanæ, 1. 16.
Hoſticus, *pro hoſtili*, 2. 2: 3. 10.
Hoſtiles diræ, 3. 11. Hoſtile bellum, 3. 22.
Hoſtilius Mancinus *C.* 2. 18.
Hoſtilius Tullus, Rom. Rex, 1. 3.
Hostis per inſidias ſublatus, videtur aliter vinci non potuiſſe, 2. 17. Hoſtem Romanis toto orbe quærit Annibal, 2. 8. Hoſtem vincere non vult exercitus, cum poſſet, 1. 22. Hoſtes judicantur, Antonius, 4. 5. Lepidus, 3. 23. Mariani, 3. 21. ad Hostium arbitrium mori fortibus viris miſerrimum, 4. 8. in Hoſtium numerum referri, 2. 16. Hoſtibus ſuis immortui Romani, 1. 18. Hoſtibus etiam recipiendis augenda reſpublica, 1. 1.
Humani cibi, 3. 5. *pro eſu humanæ carnis. ſic* Humanæ hoſtiæ, 1. 16. Humana fragilitas, 4. 2. Humanum caput in fundamentis Capitolii repertum, 1. 7. generis Humani facta diſcunt, qui res pop. Romani legunt, *Præfat.* generis Humani fœdus rumpunt piratæ, 3. 6. dominationis Romanæ, id eſt, Humani generis, 4. 3. *ſic* imperii, id eſt, generis Humani, 4. 2.
Hypſæus *L.* prætor, 3. 19.

I.

Jacere, *de regione dictum, hoc eſt, ſitam eſſe*, 3. 5.
Jactari laboribus & periculis, *Præf.*
Jaculari, *pro jacere, mittere,* Panes, 1. 13. ſe in tela hoſtium, 1. 14. ſignum in hoſtes, 1. 11.
Janiculus mons, 1. 25: 3. 21: 3. 23. occupatur à Porſena, 1. 10.
Janus Geminus, 1. 2. Jani porta clauſa, 2. 3: 4. 12.
Iberi, *pop.* 3. 5.
Ictum fœdus, 3. 5.
Id eſt, 2. 6: 2. 7: 3. 3: 4. 2. *bis.*
Idem timendum iiſdem, 4. 2.
Idonea clades, *hoc eſt, ſatis magna*, 1. 12.
Ignis accedit incendio, *proverbium*, 4. 6. Ignis Ætnæus, 1. 16. Ignis, claritudinis omen, 1. 6. Ignis hauſtu perit Catulus, 3. 21. Pontifex, Veſtales amplexus aras, tantum non eodem Igne ſepelitur, 3. 21. Igne, ferro, manibus, exæquata Urbs, 1. 13. Igni & aqua interdicere, 3. 16. Ignes in naves jacti, 4. 11. Ignium mora, 2. 15. Ignibus & oleo foti milites, 2. 6. Ignibus ſeptæ latebræ, 2. 3.
Ignoſcere, 2. 9: 4. 2.
Ilerda, *urbs*, 4. 2.
Ille *egregium ſignificat & clarum: ſic* magnus Ille Africanus, 2. 15. Cato Ille Cenſorius, 2. 17. pater Ille Gracchorum, *ibidem.* Metellus Ille, 2. 17. Scipio Ille poſterior, 2. 17. *Sic Veget.* 2. 3: Cato Ille major. *Aliorum auctorum exempla non indiligenter collegit Robertus Stephanus in Dictionario.*

Illu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

Illuſtrat Aſiaticæ plagæ litora Cyzicum, 3. 5.

Illyres, & Illyri, 2. 13.

Illyricum, 1. 18. in Illyrico victi Cæſariani, 4. 2.

Illyrii aſſidui Romanorum hoſtes, 2. 3. vincuntur, 2. 5: 2. 13: 4. 12.

Ima Alpium juga, *hoc eſt, comparata cum aliis, non ita excelſa*, 2. 3.

Imaginarius rex, *hoc eſt, non juſtus & legitimus*, 2. 14. *ſic* imaginarii faſces, *apud Livium*, 3. 41. Imaginaria belli indictio, *pro qualicumque, non ſolenni*, 4. 10. Imaginarium jus, *pro quocumque prætextu*, 3. 11. *Adde Formulas Vet. pag.* 377. *Sic* Imaginaria fides, *Sidon. epiſt.* 4. 12. *f.*

Imago pop. Romani, *Præfat.* Imago potius urbis quam urbs, ædificia ſine civibus, 1. 1. Imago *pro ſpectro*, 4. 7. Imago nocturna, *pro ſomnio*, 4. 2. *hinc* imaginari, *pro ſomniare*, *apud auctores.* Imagines Cæſaris circa templa, 4. 2. ſub Imaginibus ſuis Araxem legi concupiſcit Antonius, 4. 10.

Imbutus ad excidia urbium, 2. 18.

Imitator Ætnæi ignis Veſuvius, 1. 16.

Immane dictu, *hoc eſt, mirum & incredibile*, 1. 10. Sic Marcellin. 15. 21. *Immane quo quantoque gaudio.* Immania corpora ferro magis patent, 3. 10. Immaniſſimi gentium Galli & Germani, 3. 10. Immaniſſimum facinus, 4. 1.

Immanitas gentium, 3. 2. montium, 2. 6.

Immaturus, *pro intempeſtivo*, 1. 3.

Imber corrumpit arcus, 2. 8.

Imminuere, *pro minuere*, 4. 2.

Immittere percuſſores, 1. 7: 3. 1. co in Numidiam immittitur, *hoc e mandatur ei, ut in Num. imp tum faciat*, 3. 1.

Immolare, 3. 18. *Vt, victima m. ctatus*, Liv. 42. 29.

Immortui hoſtibus Romam, 1. 1

Impar, *h.e. non ſufficiens cœptis*, 3 1 Impar, *pro debiliore. ſic* Ocean imparem ſe fatetur, 3. 10.

Impatiens jugi, 2. 17. pacis, 2. ſoli, 3. 6. Impatientia Cæſari 4. 2.

IMPERATOR quanti eſt, tan exercitus, 2. 18. Imperatoris cla des ſacramentum auget, 4. 2 Imp. etiam abſentis fortuna, pr partibus militat, 4. 7. inter Imperatorem & militem mediu Cæſar, *hoc eſt, utriuſque muner fungens*, 4. 2.

Imperium Romanum, niſi ſub uno principe, haud ita potuiſſet coire, 4. 3. circa mala ſua diſtrictum, 4. 12. Imperii curſus incurſione Gallica ſuppreſſus, 1. 13. cum IMP. magnitudine creſcunt vitia, 2. 19. Imp. ſecreta pignora, 1. 2. Imp. dignitas ornamentis Tarquinii eminet, 1. 5. Imp. ſedes, capite in fundamentis Capitolii reperto, promiſſa, 1. 7. Imp. patrimonium, vectigalia, 3. 13. Imp. ſenectus quaſi reddita juventute revireſcit, *Præfat. ita Symmachus, epiſt.* 10. 22. *f. Feciſtis ut Vrbs cana luxuriet in primam reducta lætitiam, & ver illud quondam vigentis ætatis.* Caſſiod. 1. 25. f. *Vt antiqui principes nobis merito debeant ſuas laudes,*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

laudes, quorum fabricis dedimus longiſſimam juventutem: ut pristinæ novitate reluceant, quæ jam fuerant vetuſtoſa ſenectute fuſcata. Imp. terminus Rhenus, 4. 12. Imp. æmulatione infeſti Latini, 1. 14. Imperia pleraque vi & injuria conſtituta, 1. 2. magna ſuis viribus ruunt, 4. 2. Imperium, *pro poteſtate. ſic* Imp. regibus abrogatum, 1. 7. *pro juſſu, 1. 1: 1. 14: 1. 26: 3. 19: 4. 1: 4. 2. ſic* in IMPERIO plus eſt, quam in victoria, 1. 14.

npes, 4. 12.

mpetrare. Saxa à gladio ſuo impetravit, ne veniret in poteſtatem hoſtium, 4. 9,

Phryges in Italiam veniunt, 1. 1.
Φυγαδοθῆραι, 3. 19.
Picentes, *pop.* 1. 19.
Picentia, *urbs*, 3. 18.
Picenum, *regio Picentium*, 3. 18.
Pictæ togæ, 1. 5.
Pignus *dicitur omne quod rem aut cauſſam ſecuram facit, quoniam ea pignoris proprie dicti virtus eſt. ſic* Pignus annonæ, 4. 2. conjurationis, 4. 1. imperii, 1. 2. *& Liv.* 5. 52: *&* 26. 27. *Ita Capitolium* pignus imperii *vocat Tacitus, H.* 3. 72. *ſupercilium conſulis*, pignus reip. *Cicero pro Sextio, cap.* 8. *Rutilius, Itiner.* 2. 55: æterni fatalia pignora regni. *Ovid. Met.* 6. *VI.* Pignora virgineis fatalia tollite palmis. *Seneca,* 1. *controv. III. de inceſta de ſaxo:* Veniet ad colendum imperii Romani pignus, etiamſi non ſtupro, at certe carnificis manu inceſta.
Piiſſimus, 4. 7.
Pila ingentia, 2. 7. in elephantos congeſta, 1. 18.
Piræeus, 3. 6. Piræei portus, 3. 5.
Pirata navalis, 4. 8. Piratæ communes gentium hoſtes, 3. 6.
Piratica rabies, 3. 8. Piraticum bellum, 3. 6.
Piſo *L. Calpurnius* Thraces vincit, 3. 4: 4. 12.
Piſo prætor vincitur à ſervis, 3. 19.
Piſtrix, *marinus piſcis*, 3. 5.
Plaga, *pro regione*, 1. 16: 3. 2: 3. 5: *pro vulnere*, 4. 2: 4: 12.
in Plana deducti Ligures, 2. 3. deſcendere juſſi Aſtures, 4. 12. Orodes, 3. 5. in Plana ſubmittere ædes, *h. e. quæ in excelſo loco poſitæ erant, demoliri, & in planitie ædificare*, 1. 9.
Plane quaſi, 1. 10. *Vide* Q.
Plato, 4. 2.
Plaudit populus ſuccumbente gladiatore, 3. 3.
Plauſtra Cimbrorum, 3. 3.
Plauſus Græcorum, recepta libertate, 2. 7. Plauſus ſupplicantium ſignum, 3. 6. Plauſus *eſt comploſio, h. e. concuſſio manuum; unde & nomen habet.*
Plebes, *pro plebs*, 1. 25: 1. 26.
Plebeji magiſtratus, *h. e. ex plebe deſumti*, 1. 26.
Plena dignitas, *h. e. adulta, perfecta*, 4. 4.
Plurimus pulvis, 2. 6. Plurimum quantum, *ſicut immane quantum*, 4. 2.
Plus eſt in imperio, quam in victoria, *h. e. majus emolumentum*, 1. 14. in utro Plus eſſet (*hominibus captis, an agris*), nec ipſe victor æſtimare poteſt, 1. 15. Plus eſt provinciam retinere, quam facere, *h. e. majoris operæ*, 2. 17. Plus negotii cum ſemiruta Carthagine, quam integra, 2. 15. Pluſquam bellum, 4. 2. *h. e. quod non ſatis exprimi poteſt hoc nomine. ſic Lucanus*, 7. 639: —— plus eſt quam vita ſaluſque.

Plotius

Plotius Pompeji legatus, 3. 6.
Pœni in Hiſpania, 2 17. Pœnorum metus diſciplinam Romanam continet, 3. 12. *Vide etiam* Carthaginienſes.
Polliceri *dicuntur omnia, quæ colliguntur & ſperantur ex iis. ſic* victoriam laurus in prætoria nata, 2. 7. Pollicentur aves, Urbem bellatricem fore, 1. 1. numina, Romæ firma omnia & æterna fore, 1. 7. *Ita* Promittere.
Pollux, *vide* Caſtor.
Polyxenidas, Antiochi præfectus, 2. 8.
Pompeji, *urbs*, 1. 16.
Pompejus Q. fœdus init cum Numantinis, 2. 18.
Pompejus Strabo, *Cn. Magni pater*, rebelles Italos vincit, 3. 18.
Pompejus *Cn. Magnus*, 3. 12. piratas vincit, 3. 6 *&c.* Cretenſes in deditionem accipit, 3. 7. Aſiam ſubigit, 3. 5: 3. 10. fœdus cum Parthis ferit, 3. 5: 3. 11. contra Sertorium mittitur, 3. 22. Lepidum compeſcit, 3. 23. fugit à Brundiſio, 4. 2. trucidatur, 4. 2. Armenos rectores à Romanis accipere cogit, 4. 12. Pompejus & Brutus Caſſiuſq; eodem in loco victi, 4. 7. Pompeji magnitudo, 3. 5. potentia nimia, 4. 2. geſta bello Mithridatico, 3. 5. *&c.* filia interficitur, 4. 2.
Pompeji juvenes, *Magni filii*, legati patris, 3. 6. bellum contra Cæſarem inſtaurant, 4. 2. *Horum natu major*
Cn. Pompejus vincitur à Cæſare, 4. 2. interficitur, 4. 2. *minor*
Sex. Pompejus, 4. 2. paterna repetit, 4. 3. ejus bellum & interitus, 4. 8.
Pompilius Viriatum per inſidias tollit, 2. 17.
Promptinus ager, 1. 13.
Ponere caſtra, *h. e. caſtrametari*, 2. 8: 3. 5: 3. 11: 4. 2: 4. 11. pænas, *pro abolere, deſinere*, 3. 21. tentoria, *pro figere, erigere*, 2. 8. Urbem, *pro condere*, 2. 8. *quo loco malim legere:* poſitam majoribus, *quam* à majoribus. *ſic apud Tacitum*, 6. 41. urbes Macedonibus ſitæ. *ſicut & eundem ſcripſiſſe cenſeam*, 3 38. Philippopolim Macedoni Philippo ſitam. *ita noſter*, 3. 1 urbem Herculi conditam. Ponere *pro condere dixere præter noſtrum Tacitus, Vellejus, Virgilius, Varro apud Nonium, voce* lavit. *Hinc* poſitor *pro conditore. Ovid. Metamorph.* 9. 453: —— in Aſide terra Mœnia conſtituis poſitoris habentia nomen.
Pons de cadaveribus, 2. 6. Milvius, 3. 23. navibus factus, 3. 5. Rheni, 3. 10. Rhodani, 3. 10. ſublicius, 1. 10. Ponte committitur Tiberinus, 1. 4. jungitur urbs, 1. 8: 4. 12. jungi mare non poteſt, 2. 2. Ponte quaſi jugo captus Rhenus, 3. 10. Ponte reciſo Tiberim tranſnatat Cocles, 1. 10.
Ponticæ gentes, 3. 5. Ponticum mare, 3. 5: 3. 6. Pontici triumphi, Pompeji, 4. 2. Cæſaris, 4. 2.
Pontifex ſenes Romanos devovet, 1. 13. Pontifices à Numa inſtituti, 1. 2.
Pontius *Samnis*, 1. 16.
Pontus, *regio*, 3. 6.
Popedius, 3. 18. dux & auctor belli ſocialis, 3. 18.
Poplicola *ſcribendum, non* Publicola, 1. 9.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

Populari. Ignis populatus incendio ſilvas, 2. 2.

Popularis, *addictus & favens plebi,* 3. 14. *ſic* facta popularia, *apud Liv. 6. 14. His enim locis populus pro plebe accipitur: quemadmodum & apud Martialem, epigr. 8. 15, & 50. Suetonium ſæpius; cum alioquin differant. Vide §. 4. Inſt. de I. N. G. & C.*

Populus affectator quondam imperii, Macedones, 2. 7. gentium victor, orbiſque poſſeſſor, Romani, 3. 13: 3. 9: 4. 12. Victor omnium gentium populus, *Arellius Fuſcus, apud Senec. controv. lib. II. controv. IX.* Martius, Rom. 3. 3. nauticus, Rhodii, 2. 7. princeps, Rom. *Præfat: 1. 8: 1. 26: 2. 2.* Albani, 3. 1. Princeps gentium, Rom. 3. 19: 4. 2. regum & gentium arbiter, 3. 18. rudis & paſtorius, Rom. 2. 2.

Populus Romanus, *vide* Romani.

Populus virorum, 1. 1: 4. 6. *conſtans tantum ex viris. ſicut Amazones, ſi quæ fuerunt, poſſis dicere* populum feminarum. *Non igitur videtur pertinere hoc exemplum ad illa, in quibus pro multitudine ponitur* populus. *ſicut apud Corn. Nopotem de bel. Troj.* lib. 6. *de Niobe:* —— quem peperit populum, flevit. *Senec. Nat. quæſt. 6. 32:* communes populis cadentibus rogi. *alioſque quos obſervarunt ita locutos viri docti. quibus etiam lingua Germanica accedit. Vide Lipſ. ad Senecam, de benef. lib. VI. not. CCXXX.*

Porcius Cato, legatus Pompeji, 3. 6.

Porcius Cato *M. Vticenſis* Cyprias opes Romam vehit, 3. 9. *Vide etiam* Cato.

Porcii Catilinæ ſocii, 4. 1.

Porſena *Tuſcus*, 1. 10.

Porta Collina, 3. 21. Eſquilina, 3. 21. Scelerata, 1. 12. Portis penè apertis Carthago capta, 2. 2.

Portenta, *pro hominibus prodigioſe ſceleratis*, 4. 2. *Vide* Peſtis.

Portus foſſitius Carthagine, 2. 15. inclitus Brundiſii, 1. 20. marmoreus Cyzici, 3. 5. Syracuſis, 2. 6. Morinus, 3. 10. Pyræei, 3. 5. *Vide* Torrens Vergelli. Tarentinus, 1. 18. Portus nobiles Campaniæ, 1. 16. Portuum utilitas, 1. 18. *Eam oſtendit & Cenſorini cos. oratio apud Appianum in Punicis.*

Poſſe. Magis ut Poterat, quam ut debebat, 4. 7.

Poſt Annibalem quod timeretur, fuit in Jugurtha, 3. 1. Poſt Carthaginem bellum in Africa, 3. 1. *Emphatice iſta proferuntur, quaſi diceret, neminem potuiſſe ſuſpicari, hoſtem aliquem metuendum eſſe, victo Annibale, & quidem in Africa, Carthagine deleta, qui hoſtem maxime erant formidoloſi & potentes: cum alias ſoleat fieri, ut validiſſimis domitis, reliqui ſponte in poteſtatem veniant: quomodo* Poſt Carthaginem neminem vinci pudet, 2. 7. Poſt Tarentum nemo Italorum bellum audet, 1. 19. quid enim una Poſt quinque legiones? 4. 2. *itaque cum* Poſt Macedonas Thraces rebellant, 3. 4. *mirabundus addit*: ſi diis placet!

A. Poſthumius Albinus. *Vide* Albinus. Poſthumius *autem ſcriben-*

bendum,non Poſtumius. *eſt enim à* poſthumo,*non à* poſtumo *ſive* poſtimo. *Sic apud Plinium*, *14. 12.* Numæ regis Poſthumia lex eſt: vino rogum ne reſpergito. Ubi *notare libuit*, poſthumia *ſcribendum non per majuſculam* Poſthumia, *ne gentile videatur: deinde* poſthumium *dici*, *quod ad humatum pertinet*, *ita enim illam legem capio* poſthumiam *ab argumento*, *ſicut alias ſunt leges ſumptuariæ*, *annales*, *veſtiariæ*, *&c.*

Poſthumius *A. Regillenſis* dictator Latinos vincit, 1. 11.

Poſthumius *Sp.* cos. Samnitibus deditur, 1. 16.

Poſthumius *M. Regillenſis trib. mil. conſ. pot.* ab exercitu lapidatur, 1. 22.

Poſthumius *A. Albinus cos.* Ligures vincit, 2. 3.

Poſtilla, 2. 2. *Sic reponunt in verſu Plautino Menæchm. 2. 2. Douſa pater in Arbitrum*, *2. 14: & Gulielmius. Et uſurpat Plautus in eadem fabula*, *4. 3: & 5. 9.*

Poſtremo, *ſicut* Denique, 3. 18.

Potentia nimia movet invidiam, 4. 2. Facilius creſcit quam incipit, 2. 1. *Senecæ locus citatus*, *deſumptus eſt ex P. Syro*, *ille enim:* Facilius creſcit quam inchoatur dignitas. Potentia quoque beneficiorum gravis liberis, 4. 2. Potentiæ cupidis facile convenit de invadenda rep. 4. 2.

Pothinus *Spado*, 4. 2.

Potio ex frumento, 2. 18.

Poteſtas ſolitudine vel mora corrumpitur, 1. 9. Poteſtas Tribunica ſeditionum omnium cauſſa, 3. 13. Poteſtatem agere, 1. 7. in Poteſtatem redigere, 1. 15.

Potiri, *cum genitivo jungitur*; *ut* Potiri gentium, 1. 1. *cum ablativo*, *ut* Potiri capite, 3. 1. caſtris, 3. 1. *Vide etiam Ind. Iuſtinianum.*

Præ poculis neſcire ubi ſis, 2. 10. *impedientibus poculis.* Præ tanta victoria leve damnum, *h. e. comparatum cum tanta victoria*, 2. 2.

Præbere ducatum ſceleri, *h. e. præſtare ſe ducem*, 3. 21. ſpeciem conſecrationis, *pro facere*, 1. 1. fauces offocandas, *h. e. offerre*, 2. 11. *Hoc ſignificatu Ovidius*, *Met.* 12. 111: Et ſe præbentem valuit diſtringere Cygnum. *Seneca de provid. 4. 24:* Præbendi fortunæ ſumus. *Liv. 9. 17.* Cyrum longa vita vertenti præbuit fortunæ.

Præcinere *dicuntur tibiæ præcedentes*, 2. 2. *tubæ*, *ad quarum ſonum modumque aliquid fit*, 2. 16.

Præcipitantibus fatis, 4. 2. *h. e. vel urgentibus*, *& agendi ſignificatu ſumitur*; *velut* præcipitare mentem, *apud Virg. Æn. 2. 3. vel potius in exitum tendentibus. ſicut apud eundem*, *Æn. 2. 8.* nox humida cœlo Præcipitat, ſuadentque cadentia ſidera ſomnos. *falluntur enim*, *qui de principio noctis exponunt non enim idem ſenſus eſt*, *qui in illis apud eundem*, *Æn. 2. 250.* & ruit Oceano nox. *Cæſar de bel. Civ. 25:* hiems præcipitaverat. *hoc ſenſu Salluſtius:*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

præcipiti in veſperam die. *Curtius*, *6. 5.* præcipiti ſenectute. *Marcellin. 19.18:* autumno præcipiti. *& 24.19:* vigilia ſecunda præcipiti, *dixerunt. Ovidius*, *Triſt. 1. 3.* Jamque moræ ſpatium nox præcipitata negabat.
Præcipere, *pro antecapere*, *præoccupare. ſic* fata, mortem, veneno, 3. 9:4.12. *Hujuſmodi exempla multa collegit B.Rhenanus in theſauro locut. Taciti*, *pag. 17. & ſeq.*
Præcludere maria, *h. e. intuta reddere*, *3. 6.*
Præco, 4. 7. in judiciis, 4. 12.
Prædæ cupiditate clades accepta, 2. 10. *Eleganter Homerus*, *Il. 15. 346. Hectorem facit imperantem ſociis:* In naves ruerent, & omitterent ſpolia. Prædæ negatæ cauſſa lapidatus imperator, 1. 22. Prædam in anteceſſum dividere, 4. 12.
Prædicere, *pro præſagire, præſignificare*, *2. 6.*
Prædicta conjuratio, *h. e. prodita*, *indicata*, *4. 12.*
Præfecti, *pro legatis*, *3. 6: 3. 7.*
Præfecti navium, *Græcis trierarchæ*, *2. 5.*
Præferre, *vox triumphalis*, *2.7. Vide* Fercula. Præferre, *pro præ ſe ferre, manifeſte oſtendere*, *4. 2.*
Præcludere, 4 2.
PRÆMIA armorum armis defendenda, 4. 2.
Prænavigare, *pro præternavigare*, *3. 8.*
Præneſte, *urbs*, *1. 11.* ſub haſta venditur, 3. 21.
Præneſtina arx, 1. 18.
Præpeditus, *pro impedito*, *2. 8: 4. 11.*
Præſagire aliquid animo, *h. e. providere animo*, 1. 4.
Præſagia fatorum, 2. 6.
Præſens, *pro eo quod non differtur*, *1. 26.* Præſentius, *h. e. quod certius demonſtraret faventes deos*, *4. 7.*
Præſidere regno, *h. e. regem eſſe*, *2. 7.*
Præſidia, *Gall. garniſon. ita* Præſidia levia, 4. 2. Præſidia detrahere, *h. e. removere*, *expellere*, *2. 2.* diſſipare, *fere idem*, *4. 9.* in tutelam provinciarum diſponere, 4. 12. Præſidia, *pro qualicunque auxilio*, *ſubſidio. ſic* PRÆSIDIA dignitati paranda, 4. 2.
Præſidis unius nutu, quaſi anima, regitur imperium, 4. 3.
Præſto eſſe, *h. e. imperata promte facere*, *3. 5.*
Præter ſpem omnium revireſcit imperium. *Præfat.* Præter ſpem omnium rex fraude præcipuus, fraude capitur, 3. 1.
Prætexta, 1. 5.
Prætextatus filius Scipionis, 2. 6. Prætextati ſenes, 1. 13. *Deſcendunt hæc à verbo* prætexere, *quod veſtes illæ purpura* prætexerentur. *Eleganter uſus eſt hoc verbo Virgilius Ciri*, *verſu 319.* An neſcis qua lege patris de vertice ſummo Edita candentes prætexat purpura canos?
Prætoria, *ſcilicet navis*; *Gall. l'amiral, ut Græci ναυαρχίδα dicunt*, 2. 7. Prætoriæ navis lumen, 4. 8.
Precibus negata, armis petere, 3. 3.
Premere terga cedentis, *h.e. inſtare cedenti*, *2. 6.* Premi fame, 2. 18.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

Prenſare fugientes, *pro comprehendere ut maneant*, 4. 2. *Vide Val. Max.* 3. 2. *Eſt autem hoc orantis maxime, Tac.* 2. 31.

Pretium, *pro quacunquere, qua aliud quid comparatur & quaſi emitur. ita* Pretium proditionis, 1. 1. victoriæ, 1. 17: 1. 20. Pretium fœderis Jugurtham facit Bocchus, 3. 1. in Pretium fœderis arma deponere juſſi Numantini, 1. 18. in Pretium libertatis nulla largitione corrumpitur pop. Romanus, 1. 26.

Prima acies, *quæ proxime hoſtem eſt*, 4. 2.

Princeps populus, *vide* Populus. Principes, *pro primoribus cujuſque civitatis*, 3. 17. *ſic* Princeps Ætoliæ Thoas, 2. 8. Princeps nobilitatis, 3. 17. *ſic* principes Senatus & juventutis, *dicti. Quæ nomina honorem & præcellentiam, non autem poteſtatem arguebant. Poſtea ab Auguſti tempore, qui remp. nomine* Principis *ſub imperium accepit, nomen* principis *dominum ſignificare cœpit. ſic* PRINCIPUM diſcordiæ, miniſtrorum exitio piantur, 4 6. *Inde*

Principatus, *pro dominatione*, 3. 12.

Principia, 3. 10: 4. 2. *Erant autem loca caſtrorum, in quibus tribuni mil. jus dicebant, aliaque militaris juriſdictionis exercebant. ut in quæſtorio quæſtor, imperator in prætorio. Hinc Apulejus, de Mundo, ſub fin. libri.* & (ut *expungo*) ſcitis ejus (*legis, de qua loquitur*) magiſtratus tribunalia, principia milites frequentant (*ita velim, non* frequentabunt). *ſic* Principia numerorum, §. 4 *de Iuſtiniano Codice ad Mennam. Vide latius de his Sigonium, de ant. jur. provinc.* 2. 6. *Donatum ad Sueton. Othon. cap.* 6. *Stewech. ad Veget.* 1. 20.

Privatus conſulem aggreditur, 4. 4. Privatum bellum, *h. e. quod privati gerunt, tanquam non concernens rempubl.* 1. 12. Privatis opibus ſubventum reipublicæ, 2. 6.

Prius, *pro potiori*, 1. 16.

Pro *varias ſignificationes habet; aliquando enim denotat ante, vel in. ut* pro Roſtris, 3. 21: 4. 2. *quod idem* in Roſtris *dicit*, 4. 6. *aliquando ſecundum, juxta. ut* Cæſar pro natura ferox, 4. 2. pro rei atrocitate, 2. 15. Pro ſcelere animadvertendum, 4. 1. non Pro cetera felicitate, 4. 2. *aliquando loco. ut* Romulus accipi ſe jubet Pro numine, 1. 1. Pro dote, 1. 1. *ſæpius ad defenſionem, cauſſa, propter, de. ut* pugnare Pro finibus, gloria, imperio, libertate, ſociis, 1. 9: 1. 10: 1. 11: 1. 13: 1. 16. Pro ultione alicujus, *h. e. ad vindicandum eum*, 2. 2. Pro victoria, *h. e. ad conſequendam victoriam, ibidem.*

Proboſcis elephanto abſciſſa, 1. 18. *Plinius*, 8. 7. Promuſcidem eorum facillime amputari, Pyrrhi prœliorum experimentis patuit. *Ita ex Græcorum* proboſcide, promoſcis, & promuſcis, *in pleriſque Latinis exemplaribus. Dicta autem* προβοσκὶς, *vel Nonio Marcello teſte, quod ante depaſcat, compoſito nomine ex* πρὸ & βόσκεσθαι. *Elephanti naſus eſt, quo & pro manu utitur: unde*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

manum *etiam appellant: ſicut Oroſius, eandem referens hiſtoriam. De* proboſcide *plura Ariſtoteles, ſecundo de partibus animalium. Iſta Vinetus.*
Probris aliquem inſectari, 4. 4.
Procella belli, 2. 6. *Ita* procella equeſtris, *apud Livium*, 29. 2: *&* 30. 18. *item Tacitum*, H. 3. 53. *ſic* procellæ tribuniciæ, *apud eundem Livium*, 2. 1. *Eadem eſt metaphora quam notavimus ſupra in voce* Nimbus. *Adde Polyb. apud Valeſ. pag.* 182.
Proceritas Teutobocchi, 3. 3.
Procurrere, *pro prominere, ſicut excurrere. ita* Clypea Procurrit à Punico litore, 3. 2.
Prodigia, *pro rebus inſolitis, quibus aliquid portendi creditur*, 4. 2. Prodigio ſimile, *vide* S. Prodigia, *pro hominibus prodigioſe, h.e. ultra modum mortalitatis affectis. ita* Prodigia Romana, *pro Romanis incredibilis fortitudinis*, 1. 10. Prodigia municipalia, *pro municipibus ſumme ſceleratis*, 3. 18. *Vide ſupra* Peſtis. *Quo pertinet etiam uſus vocabuli Lues. Claudianus, in Ruffin.* 1. 24: quo tanta lues eruperit ortu. *Seneca, Medea, verſu* 184: Abolere propere peſſimam ferro luem.
Prœlium juſtum, *vide* J. Prœlium nec ſpectare poteſt Antiochus, 2. 8. Prœlio uno, &, ut ſic dixerim, non toto, 4. 2. Prœliis frequentibus comminui, 1. 3. *Vide Salluſt. Iug.* 79. 4.
Proficere ad ſtabilitatem pacis, *h.e. aſſequi quod conferat ad ſtabilem pacem*, 4. 9. ad profligandam provinciam, 2. 6.
Profligatum, *pro affecto, & penè confecto. ſic* Profligatum bellum, 2. 15. urbis excidium, 2. 15. Profligata provincia, 2. 6. *quo tamen ſenſu recte dici negat Agellius*, 15. 5. *quem oppugnat Lipſius ad Tacitum*, H. 2. 4. *& certe ita reperitur uſurpatum aliis etiam non vulgaris notæ auctoribus. Frontinus*, 2. 3. victoriam profligavit. *ibidem, exemplo* 20: Quo genere, cum profligari nihil videret. *Seneca, de benef.* 7. 13. Hæc quoque quæ venit quæſtio, profligata eſt in prioribus: itaque breviter perſtringetur. *Ita aliquoties Tacitus. Porro eandem diſtinctionem harum phraſium*, bellum committere, profligare, conficere, *qua noſter*, 2. 15 *utitur, reperias apud Livium*, 21. 40. *in fine capitis.*
Profluens, *pro fluvio præterlabente*, 1. 1. *ſic* Profluentes, 4. 12. *ut dubium mihi ſit an forte ita* ſcripſerit Livius, 1. 45. infima valle profluit Tiberis. *ubi vulgo legitur* præfluit, *eodem quidem ſenſu.*
Profugus feralis tabulæ, 3. 22. *ita ſupra* fugitivum regni *dixit*. Profugus prœlio, 3. 19: 4. 2. à prœlio, 4. 2.
Proludere, *idem quod præludere*, 3. 22. *Seneca, Medea, verſu* 907: —— proluſit dolor Per iſta noſter.
Promittere, *pro portendere, ſicut ſupra* polliceri. *ſic* aves & victimæ victoriam promittunt, 4. 7. caput in Capitolii fundamentis repertum, caput terrarum, 1. 7. flamma circa caput Servii, clarum fore, 1. 6. Promittere templum diis, *hoc eſt, vovere*, 1. 11.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

Propagare bellum hereditarium in poſteros, *hoc eſt, tranſmittere*, 3. 17.

Propitius Oceanus, *hoc eſt, favens, bene affectus*, 3. 10.

Propontis *ſinus maris*, 3. 6.

Propugnacula claſſis, 2. 2. *hoc eſt, turres; ſic Horat. Epod.* 1. 1. Ibis Liburnis, inter alta navium, Amice, propugnacula.

Propugnare urbem, *pro defendere*, 3. 10.

Prorogare imperium, 3. 14. *Vide Gracch. ad poſter. Sigon. diſput. refut. num.* XLIV.

Prorſus, ut, 1. 11. *ſic ſupra* Plane quaſi.

Proſcriptionis Syllanæ tabula, 3. 21. jure belli propoſita, 3. 23. ejus effectus, 3. 22. Proſcriptio triumviralis, 2. 6.

PROSPERORUM nimia continuatio ſuſpecta, 4. 2.

Provincia pop. Romani extrema, dia facta, 3. 5. Provinciam facere, 2. 17: 4. 12. *Vide etiam* F. PROVINCIAM retinere, plus eſt, quam facere, 2. 17: 4. 12. ex Provincia cognomen, 4. 12. Provinciæ antiquiſſimorum Romanorum quales, 1. 11. PROVINCIÆ quædam, ut non in uſum, ita ad ſpeciem imperii acquiſitæ, 3. 12.

Provolvi ad pedes, 4. 11. Provolvuntur Cimbri in Italiam ruina, *hoc eſt, ſponte à ſummis jugis ruunt, & ſe demittunt, urſorum more*, 3. 3.

Provocare, *ſubaudi, ad pugnam, laceſſere*, 1. 3.

Provocatio, *h.e. appellatio*, à coſſ. 1. 9.

Provocatus eſt, *pro provocavit*, 2. 17.

Pſeudophilippus, 2. 14.

Ptolemæus, rex Ægypti, 4. 2. Pompejum trucidari jubet, 4. 2. perit, 4. 2.

Ptolemæus, rex Cypri, 3. 9.

Publice. Hiſpania non tuetur libertatem ſuam publice, 2. 17. *h. e. conjunctis viribus: gentes enim Hiſpanas reſpectu totius corporis pro privatis habet: ſicut habenda ſunt imperia regnaque in magna illa* rep. generis humani, *ut Senecæ dicitur. Itaque ridicule facere videntur, qui ſcita gentium, ex jure aliquo civili aut firmare nituntur, aut infringere, cum jus civile in tali cauſſa non obtineat, niſi locum privati teſtimonii.*

Publica fides, 3. 1. Publicum parricidium, *vide* Parricidium.

Pudenda fœdera, 2. 18.

Pudet. De Verulis & Bovillis, pudet! ſed triumphavimus, 1. 11. *Martialis epigr. 2. 18:* Capto tuam, pudet heu! ſed capto, Maxime, cœnam. *Hæc igitur vox in oratione ſuſpendit vocem ſenſumve turpem, aut ominoſum. ita* Pulſi fugatique, pudet dicere, hoſtes, *3. 10. Livius, 7. 40.* in vos, horreo dicere, hoſtes. *Ovidius, Metam. 9. 530. in nefariis Byblidis literis, magno artificio in tertium uſque verſum nomen ejus protelat:* Hanc tibi mittit amans, pudet, ah pudet, edere nomen, &c. *& in eadem fabula (verſu 569.* —— Feras fidiſſime noſtro, Dixit & adjecit longo poſt tempore, fratri) *eodem tendit.* Pudor Curioni ſuadet, ut amiſſum exercitum morte ſequatur, 4. 2. *Junge exemplum Centenii apud Livium, 25. 19. & Aſdrubalis,*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

Liv. 3. lib. XXVII. Pudor Romanus, 3. 1: 3. 20. ô pudor, 2. 6. Pudore magis quam virtute reſiſtere, 4. 2.

Puellas captivas reſtituit Scipio, 2. 6.

Puer non dicendus Auguſtus, 4. 4. *Non tamen ignominioſa eſt hæc appellatio, ſi vera ſit, & non injuriæ cauſſa proferatur, h. e. ut ſimul exprobrentur pueriles ineptiæ, quæ rebus agendis obſtant. Ita Propert.* 4. 6. Auguſtus Differat in pueros iſta trophæa ſuos. *Ovidius, de arte, 1. 182. de Cæſare, ut opinor:* Bellaque non puero tractat agenda puer. *Quid Horatius? qui carm. 4. 4. Druſum & Tiberium pueros vocat, jam multarum gentium victores, & adoleſcentes 30 circiter annorum. ille enim:* Auguſti paternus In pueros animus Nerones. *ſed puto Poëtam pueri nomine uti pro filio, Græcorum more: ſicut puer Veneris apud Virg. & alios.* Pueros captivos reſtituit Scipio, 2. 6.

Pugna Auguſti cum Antonio, 4. 4. navalis, 4. 11. cum Caſſio & Bruto, 4. 7. cum Sex. Pompejo, 4. 8. cum Illyriis; 4. 12. Cæſaris cum Ægyptiis, 4. 2. cum Pharnace, 4. 2. cum Pompejo, 4. 2. cum Pompejo juvene, 4. 2. cum Scipione & Juba, 4. 2. Cæſarianorum cum Pompejanis, navalis, 4. 2. Curionis cum Juba, 4. 2. Romanorum cum Achæis, 2. 16. cum Annibale, 2. 6: 2. 13. cum Antiocho, 2. 8. cum ipſius præfectis, navalis, 2. 8. cum Ariſtonico, 2. 20. cum Aſturibus, 4. 12. cum Balearibus, navalis, 3. 8. cum Belgis, 3. 10. cum Britannis, 3. 10. cum eorum mulieribus, 3. 3. cum Germanis, 3. 10: 4. 12. cum Latinis, 1. 11. cum Mithridate, 3. 5. cum Myſis, 4. 12. cum Numantinis, 2. 18. cum Parthis, 3. 11:. 4. 9: 4. 10. cum Picentibus, 1. 19. cum Pœnis, navalis, 2. 2. cum Pyrrho, 1. 18. cum Sabinis, 1. 1. cum Sallentinis, 1. 20. cum Samnitibus, 1. 16. cum Sertorio, 3. 22. Syllæ cum Marianis, 3. 21. Pugna proſpera exitii cauſſa, 2. 10. *Plutarchus Craſſo, cap. 21:* Hæc victoria, quod nimios ſpiritus feciſſet fugitivis, perdidit Spartacum.

Pugnare cum morituris non oportet, 2. 18. Pugnare ex neceſſitate, quod deprehenſus ſis, 3. 6.

Pulcerrimus exitus, *pro latiſſimo, feliciſſimo*, 2. 2. Pulcerrima terrarum Campania, 1. 16.

Pulcritudini victæ urbis parcitur, 2. 6.

Pullus *elephanti*, 1. 18. Pulli *galliarum*, auſpiciorum cauſſa, 2. 2.

Pullum, *ſcilicet amiculum*, 4. 2.

Punica fraus, 2. 6: 2. 17. perfidia, 2. 2. *Hinc Val. Max. 9. 6. ext. Carthaginem* ipſum fontem perfidiæ *vocat.* Punicum bellum primum, 2. 2. ſecundum, 2. 6. tertium, 2. 15. Punici belli tempeſtas, 2. 6. Punici maris nomine deficiunt quidam, 2. 2. Sic Sidon. ep. 8. 12: *quamlibet ſola hyemalium menſium nomina tremas:*

Pup-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

uppis, *pro navi*, 3. 7: 4. 11.
urpura, *pro conſulatu. quod veſtes conſulares purpura prætexta*, 3. 21. Purpura fulgentes elephanti, 2. 8.
urpuratus, *ita vocantur amicorum regiorum principes*, 1. 10. *Hac voce ſæpiſſime pro ſatrapis utitur Curtius.*
urpurea veſtis regibus, 3. 19: 4. 11. Purpureum velum in navi Cleopatræ, 4. 11.
utare, *Præf:* Cæſariani dum ſe vincere Putant, vicere, 4. 2.
uteoli, *urbs*, 1. 16.
yra, *rogus*, 4. 12.
yrenæus, *mons*, 2. 17: 4. 12. Pyrenæum jugum, 2. 17. Pyrenæi montes, 2. 6.
yrrhus *Epirotes*, ejuſque bellum cum Romanis, 1. 18. per quatuor annos, 3. 5. minus vaſtavit Italiam, quam ipſi Itali, 3. 18: 3. 21. Pyrrhi regia, 2. 9.

Q.

QUa, *adverbialiter poſitum, plerumque valet ubi.* Qua longiſſima Italia, 2. 6. *Particulam hanc ſæpiuſcule mutatam à librariis viſus ſum animadvertere. ut apud Curtium*, 3. 11. & qua (*erat* quæ) cuique patebat ad fugam via, erumpunt. *ſic Marcellin.* 18. 20: *& ipſe Curtius*, 5. 13. *Iterum Marcellin. edit. Lindenbrog. pag.* 494. 10. *& forte* 499. 29.
Quærit Romanis hoſtes Annibal, 2. 8. *Expreſſum ex Livio*, 34. 19. Quærendi hoſtes, ut vincantur, 3. 8. *Sic Claudian. de laudib. Stilic.* 3. 149: Vincendos alio quæſivit in orbe Britannos.
Qualis erat, 3. 10. *Ita Tibullus*, 1. 3: Qualis eris.
Quantum, immane quantum, plurimum quantum, 4. 2.
QUANTI eſt imperator, tanti exercitus, 2. 18.
Quaſi. *cum ut plurimum vocem hanc elegantibus ſententiis & comparationibus addat auctor, viſum eſt pleraq; ea loca hic annotare. igitur* Quaſi in brevi tabella totam populi Romani imaginem amplecti, *Præf:* Quaſi hominem conſiderare populum Romanum, *Præf:* Quaſi ad quendam juventæ florem pervenit pop. Romanus, *ibid.* Quaſi quædam robuſta maturitas imperii, *Præf:* Quaſi reddita juventute revireſcit imperium, *Præf:* ex variis Quaſi elementis congregat corpus unum Romulus, 1. 1. Quaſi monitu deæ, 1. 2. ſubſtitutus in locum regis Quaſi ad tempus, 1. 6. Quaſi infantia pop. Romani, 1. 18. quodam Quaſi inſtinctu deorum citatus, 1. 9. Quaſi contagione quadā per ſingulos itum, 1. 9. plane Quaſi adulterum ad inferos uſque ſequeretur, 1. 10. Quaſi in regis ultionem, 1. 11. plane Quaſi ſtipendium commilitonibus diis, 1. 11. Quaſi præſentem Jovem, 1. 13. Quaſi in terrigenas è cælo ac nubibus tela mitterentur, 1. 17. Quaſi vindicaret, exiluit, 1. 18. decem pondo argenti, Quaſi luxuriam damnavit, 1. 13. Quaſi quotidie triumpharet, 2. 2. in claſſe Quaſi tota Carthago, 2. 2. quodam Quaſi æſtu & torrente fortunæ, 2. 7. quodam caſu, quaſi induſtria, ſic adgu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

adgubernante fortuna, 2. 8. epulis quaſi inferiis impleti, 2. 18. Quaſi templa & aræ poſſent defendere, quem nec montes ſui, nec arma potuiſſent, 2. 12. de Andriſco, Quaſi vero rege, triumphatum, 2. 14. Quaſi enata ſubito claſſis erumpit, 2. 15. Quaſi ſubita de cineribus flamma, 2. 15. Quaſi ſeculum illud everſionibus urbium curreret, 2. 16. Quaſi hic Romanis orbis non ſufficeret, 3. 10. Quaſi ſubſidio inſederat Alpium tumulos, 3. 3. Oceanus Quaſi imparem ſe fatetur, 3. 10. nomine Quaſi terrore compoſito Vercingetorix, 3. 10. merſa vitiis ſuis, Quaſi ſentina, reſp. 3. 12. Quaſi jure oppreſſus, 3. 14. Quaſi ſecundum hominum genus ſervi, 3. 20. Spartacus Quaſi imperator occiſus, 3. 20. Quaſi non eſſet uſquam dimicatum; ſic arma rurſus & partes, 4. 2. rates captæ Quaſi per indaginem, 4. 2. Quaſi viciſſet, qui evaſerat, 4. 10. Quaſi bene geſtis rebus, 4. 11. Quaſi facilior eſſet Partho Romanus, 4. 11. morte quaſi ſomno ſoluta, 4. 11: 4. 12. efferam gentem, ritu ferarum, Quaſi indagine, debellabat, 4. 12.

Quatere haſtam, 2. 17. urbem machinis, 2. 9. Quatere omnia navibus, equis viriſque, 2. 7. *Plinius*, 2. 27: Quum rex Philippus Græciam quateret.

Quatenus, *pro quoniam, ſive* Quatinus, 1. 5. *idem enim eſſe vocabulum puto, & ſcriptione tantum, non etiam ſono, nec origine, aut ſignificatione, differre. Accidit enim huic voci, ut E litera ſonũ illum nanciſcatur, quem n[...] E litera, nec I plene adſcripſeri[...] qualia notat & Lipſius de ling[...] Lat. cap. 7. Vide tamen Acid[...] ad Vellej. 2. 68. Vinetum, [...] auctorem noſtrum, 2. 2. & C[...] ſaub. ad Suetonium, Claud. 2[...] 7. Ovid. Triſt. 5. 6:* Quatenus [...] non eſt in caro conjuge felix.

Querela, 1. 18. *eſt expoſtulatio [...] de injuria; utque ea luatur, p[...] titio. Sic* Queri, 2. 6. Querel[...] *dicuntur etiam, cum ſocii, a[...] ſubditi, ab aliis infeſtari ſe nu[...] tiant, contra que eos auxilium [...] rant*, 3. 2. *ita dicitur* Queri [...] aliquo, 3. 10. de incurſionib[...] hoſtium, 3. 2: 3. 10. Queri [...] diis, 2. 6. de fortuna, 3. 11. *h.* [...] *conqueri de iniquitate deoru[...] aut fortunæ.*

Quiddam indomitum, 1. 22. Quiddam ſimile nivibus, 2. 4.

Quinctilius Varus *P.* 4. 12.

L. Quinctius *Cincinnatus* dictator, 1. 11: 1. 26.

Quirinalis, *mons*, 1. 13.

Quirinus, 1. 1. *Iulianus, princ. a[...] Cæſaribus:* Quirinus, quo quidem nomine ille nobis, ſi quidem deum reſponſis paremus appellandus eſt.

Quis, aut unde, 1. 18. *Videtur hæ[...] formula uſitata fuiſſe in contem[...] tu, & faſtidio, cum etiam no[...] tos per ſuperbiam ſe non noſcer[...] ſimularent. ſic Ovidius, epiſt[...] Phyllidis, verſu* 106: Hei mihi ſi quæ ſim Phyllis, & unde, rogas. *Alias etiam ignotos ita compellare ſolebant;* Quis genus? unde domo? *Virg. Æn.* 8. 114. *Vide Savaronem ad Sidonium, ep.* 1. 11.

Quomodocunque, 3. 23.

Rabies

R

RAbies Mariana Cinnanaque, 4. 2. Numantinorum, 2. 18. piratica, 3. 8. pugnandi, 4. 2. Samnitium, 1. 16. Thracum, 4. 12. victorum, 4. 2. *Vide etiam* Furor.

Radiare, *Radiis diſtinguere.* quaſi de induſtria proſpera adverſis Radiarentur, 4. 2.

Radiis diſtincta corona, 4. 2.

Radices Alpium, 2. 5: 3. 3. Veſuvii, 3. 20.

Rapere, *ſemper celeritatem notat, & violentiam. de flumine dictum, pro haurire, 3. 11.* Rapere, *pro occupare, corripere. Sic* Rapere caſtra ſubito impetu, 3. 20. improviſo adorti caſtra Rapiunt, 4. 12. primus impetus belli Bithyniam Rapuit, 3. 5. Rapta impetu Hiſpania, 2. 17. *ita Curtius, 4. 14.* Syriam Ægyptumque prætereuntibus raptas. Raptos *tamen dicit* Vejentes, 1. 12. *qui decenni obſidio vix ſubacti ſunt.* Rapere regnum, *h. e. vi invadere, nondum debitum, 1. 7. Sic* cenſum, imperium, patrimonium, 4. 2. *pro eripere. ſic* Rapta jure belli repetere, 3. 5. Rapere ſcutum de manu, 4. 12. quo quemque Rapuit fuga, *h. e. quo quiſque ſe fuga proripuit, 3. 11.*

Rates Balearium, 3. 8. Rates ex cratibus, 3. 20. rates inopia navium factæ, 4. 2.

Ratio reip. *h. e. conditio, utilitas, quam hodieque Ital. la ragion' di ſtato appellant, 1. 8.* Rationes theſaurorum continens libellus, 4. 12. *ſic apud Livium, 38. 55. eſt* liber rationis.

Raudius Campus, 3. 3.

Ravenna, *urbs,* 3. 10.

Receptator hoſtium Rhenus, 3. 10.

Recens & integer, 3. 1.

Recipere, *pro accipere, capere. ſic* totius orbis opes Oſtia recipit, 1. 4 *pro admittere, ſuſcipere. ſic* receptus Gabiis Tarquinius, 1. 7. Recipere ſe *plerumque cedentium eſt, & locum munitiorem quærentium, Gall. ſe retirer. ſic* Aquitani in ſpeluncas ſe Recipiunt, 3. 10. C. Gracchus in Aventinum ſe Recipit, 3. 15. *interdum* Recipere ſe *dicuntur, qui etiam non fugiendi gratia iter faciunt; ut, 4. 7.* Recipere, *pro occupare, capere, de iis, quæ nunquam in poteſtate fuerunt ſic* Cypros Recepta ſine bello, 3. 9. Hiſpania Recepta, 4. 2. *Ita Livius, 44. 32.* Anicius Scodra recepta. *Cæſ. Civ. 1. 16:* Recepto Aſculo. *Similem ſignificationem verborum redire, reddere, &c. obſervat Salmaſius ille ad Spart. Adrian. cap. 2. ſic infra* Redigere. Recipere ſpiritum, 2. 3. *deſumptum à luctatoribus, aliiſque qui vehementer exercitt, difficulter reſpirant: & ita ad recipiendum ſpiritum interquieſcere coguntur.*

Reciprocantes aquæ, *h. e. per æſtum huc illuc jactatæ, 2. 8.*

Reciſo ponte, 1. 10. *Edit. Boxhorn. habet* reſciſſo.

Recoquere ferrum, *h. e. iterum immittere igni, & ad alios uſus formare, 3. 20.*

Redigere, *pro ſubigere nondum poſſeſſa, ut videatur ex eorum cenſu eſſe verbum hoc, de quibus modo in Re-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

in Recipere diximus. ſic pop.Romanus totam Italiam ſub ſe Redigit, 1. 9. Redigere in deditionem, 3. 10. in ditionem, 1. 18. in poteſtatem, 1. 15. Redigere intra urbes, *h. e. compellere*, 3. 7. intra muros, 4. 5. eo Redegit populum, *h. e. eo deduxit pop.* 1. 2. Redigere conſecrationem ſuam in pretium victoriæ, *h. e. conſecrat. ſuam pretium victoriæ facere*, 1. 17.

Redimita frons regium in morem, *h. e. diademate revincta*, 3. 19.

Redire rurſus, *vide* Rurſus. in perniciem, *h. e. verti in perniciem, fieri pernicioſum*, 3. 13. Redierat, *pro* rediiſſet, 4. 3. *Vide etiam* Erat.

Referre ad populum, 3. 21. *h. e. legem ferre ad populum.* Referre populum in cenſum, diſcrimina officiorum, &c. in tabulas, 1. 6.

R E G E R E ſe ipſum non poteſt arbiter regum & gentium populus, 3. 18.

Regionum nomina conſtructa ut urbium, 2. 2: 3. 10.

Regilli lacus, 1. 11.

Regius furor *appellatur auctori, dominandi cupido in decemviris, qui regiam poteſtatem, etiam nudo nomine odioſiſſimam, captabant*, 1. 24. *Hinc ubi quid inſolentius gerebatur; aut ubi quis alterius potentiam ad invidiam vocabat*, regnandi & dominandi *verbo utebantur. Sic in noſtro* Regnum judiciorum, 3. 13. & Regnare judiciariis legibus, 3. 12. *dicuntur equites immani illa poteſtate ſubnixi. Apud Livium*, 6. 40. *Claudius tribunos pl. exagitans:* Tantum licentiæ, n[...] vem annis, quibus regnant, ſu[...] pſiſſe. *& violentus ille Coriol[...] nus apud eundem ſcriptorem*, [...] 34. Tarquinium regem qui n[...] tulerim, Sicinium feram? *atq[...] ita aliis locis plurimis. Sallu[...] Hiſt.* 1. 1. ſervili imperio patr[...] plebem exercere, de vita atq[...] tergo regio more conſulere. R[...] gium in morem redimita fron[...] *h. e. diademate revincta*, 3. 1[...] Regio nomine fretus Antioch[...] Annibalis conſilia negligit, 2. [...] Regia inſignia ſumit ſervus, [...] 19.

Regnare judiciariis legibus, 3. 1[...] *Sic* Regnum judiciale *dixit* C[...] *cero ad Attic.* 1. 1. *Vide* Regiu[...] Regnum in honorem virtut[...] ultro delatum, 1. 3. dolo partu[...] induſtrie agitur, 1. 6. à Tarqu[...] nio ultro petitum, 1. 5. Reg[...] cupiditate fratres interfecti, [...] 1. Regni inſignia oblata Cæſar[...] 4. 2. Regno præſidere, *h. e. re[...] gem eſſe*, 2. 7. Regnum invade[...] re, *pro condere, inchoare*, 1. [...] rapere mavult Tarquinius, quan[...] expectare, 1. 7. Regna teſta[...] mentis relicta, 2. 20. Regna do[...] nare conſuetus pop. Romanus[...] 3. 9. Regna, *pro regibus*, 1. 10[...] *Vide etiam* Dominatio.

Regyrare, *h. e. revolvi, quaſi i[...] orbem redire*, 4. 2.

Religare, *pro ligare, alligare*, 1. 3: 3[...] 7: 1. 9.

Religio, *h. e. ſanctitas*, Numæ in[...] clita, 1. 2. fœderum ſumma Ro[...] manis, 2. 6. publica privatis af[...] fectibus antecellere debet, 1[...] 13. Religionis auxilio incolu[...] mis, 1. 13. R E L I G I O N E &

justitia

juſtitia gubernanda imperia, 1. 2.

Religioſus, *qui religiones ſancte colit. ita* quid Numa Religioſius? 1. 8. *alii* Religioſum *eſſe in culpa ponunt, ut* ſuperſtitioſum. *unde verſus apud Agell.* 4. 9: Religentem eſſe oportet, Religioſum, nefas. Religioſiſſimum, *h. e. quod maxima religione colitur, ſanctiſſimum,* 1. 13.

Reliquiæ Aſiæ rebelles, *h. e. reliqui Aſiaticorum rebellium,* 3. 5. Gallorum, 1. 13. latronum, 3. 19. naufragarum partium, 4. 2. Reliquiæ Vejorum nullæ, *h. e. veſtigia.* 1. 12.

Reliqua, *pro reliquiis,* 3. 10. Reliqua corporis, *Victor de Cæſar. cap.* XX. *f.*

Remeare *pro recedere,* 1. 12.

Remittere exercitum, *pro dimittere, non detinere,* 4. 2.

Remunerari, 3. 5. *h. e. viciſſim dona dare.*

Remus, 1. 1. occiditur, 1. 1.

Remorum ordines, 4. 11.

Renus, *fl. Vide* Rhenus.

Repercuſſus, *nempe ſolis, pro reflexione,* 3. 3.

Reprimere amnem, *h. e. coërcere, & contrahere,* 1. 1.

Repurgare aurum venis, 4. 12.

Requirere, *pro quærere, inveſtigare. ſic* Samnium in ipſa Samnio requiritur, 1. 16. *Similis locutio Senecæ epiſt.* 91. 6. Lugdunum, quod oſtendebatur in Gallia, quæritur. *pro interrogare,* 4. 2.

Res mira dictu, 1. 7. Res poſcit, 1. 8. Res unius ætatis, populus virorum, 1. 1. in Re eſſe, *h. e. revera eſſe, exiſtere,* 4. 7. Res motæ, 3. 17. Rerum novarum cupidus, *h. e. turbarum,* 3. 23. Quatuor anni belli, pro clade Rerum breve tempus, 4. 2. Rebus ſuis diffidere, 3. 1. Rebus arctis afflictis, 2. 6. deploratis, 2. 15. perditis, 4. 8. Res *pro rep. ſic* Res Romana, 3. 22. Vejentium, 1. 12. *Ita ſæpiſſime auctores.*

Res familiaris, *pro ſubſtantia, bonis cujuſque,* 4. 1.

Res publica etiam hoſtibus recipiendis augenda, 1. 1. cum Rei publicæ clade nihil movendum, 3. 23. Rei publicæ ægræ ſauciæque expedit quieſcere, 3. 23. de Re publica invadenda facile convenit potentiæ cupidis, 4. 2.

Reſcindere acta, *h. e. abrogare,* 3. 23. domus, tecta, *pro demoliri,* 3. 15. pontem 3. 10. plagam, *h. e. rurſus aperire jam coaleſcentem,* 4. 2. *hoc ſenſu* Vulnera interdum ipſa curatione reſcinduntur, 3. 23.

Reſiduum nihil eſt crudelitatis, 3. 4.

Reſignare, *pro reſcindere,* 4. 7. *Cic. pro Archia.*

Reſilire ab impoſito jugo, 4. 12. in aquas, 3. 6.

Reſpirare, 2. 6. Reſpirat inſula, 3. 19. *Vide* Recipere ſpiritum.

Reſponſum ſuperbum Craſſi, 3. 11. Tarquinii, 1. 7.

Reſtare, *pro manere.* Reſtitere Juventas & Terminus, 1. 7. *pro ſupereſſe,* 3. 10.

Reſurgere in aliquem, *h. e. rurſus inſurgere,* 1. 13.

Retinere amnem manibus & clypeis, 3. 3.

Retro dare gradum, *h. e. loco pelli, retro cedere,* 4. 2.

Revellere

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

Revellere, *pro avellere. ſic* Revulſa aquila, 4. 12. Revulſa Italiæ Sicilia, 2. 2.

Reverens *tam de eo dicitur, qui meretur reverentiam, quam qui exhibet. ut* Reverentius viſum eſt nomen Auguſti, 4. 12. *&* Reverentior captæ majeſtatis nemo fuit, 2. 12.

Reverentia par inter Parthos & Romanos, 4. 10.

REVERERI oportet fortunam, cui tantum licet, 2. 12.

Revireſcit imperium, *Præfat. Vide* I.

Reviviſcit imperium, 2. 6. Reviviſcunt incendia, 3. 5.

Revomere. Hiſtri cum ſanguine & ſpiritu male partam revomuere victoriam, 2. 10. *Dictum de ebriis interemptis, ad inſtar illius Virgiliani, Æn. 9. 349.* Purpuream vomit ille animam, & ſanguine miſta Vina refert moriens. —— Maria revomunt ſpolia, *hoc eſt, hauſta reciprocant, & rejiciunt ad litora,* 4. 11.

Reus ambitus, 3. 17. in præſentem Reum peroratum, 4. 1.

Rex appellatur Appulejus, 3. 16. Rex hoſtium captus maximum victoriæ decus, 3. 2: 3. 7: 3. 10. *& ibi Nota.* Rex viliſſimus Ptolemæus, 4. 2. Regem ſe vocat ſupplex Perſes, 2. 12. in Regem deſciſcit Antonius, 4. 3: 4. 11. Reges auxilia petunt à Romanis, 2. 7. Regibus parere conſuetæ urbes, 2. 20: 3. 5.

Rhea Silvia, 1. 1.

Rhenus, *fl.* 3. 10. tranſitur à Cæſare, 3. 10. ponte jungitur, 3. 10. imperii terminus, 4. 12. bis trajectus à Cæſare, 4. 12. Rheni effigies in triumpho Cæſari[s,] 4. 2. per Rheni ripam L. an[] plius caſtella à Druſo direct[a,] 4. 12.

Rhodanus, *fl.* 3. 2. Helvetioru[m] terminus, 3. 10. Rhoda[ni] effigies in triumpho Cæſ[a]ris, 4. 2.

Rhodii nauticus populus, 2. 7. An[]tiochi claſſem vincunt, 2. 8. pr[o] Ætolis deprecantur, 2. 9. Rh[o]diorum claſſes, 3. 6.

Rhodope, *mons,* 3. 4.

Rhodus, *inſ.* 3. 5.

Rictus oris, 3. 11.

Rixa, *pro pugna,* 3. 10.

Ripa, *pro litore,* 4. 11. *cum ali[] ripæ dicantur eſſe fluminum,* l[i]tora *maris. Hinc* §. 4. *Inſt. [] rer. div.* Riparum quoque u[] ſus publicus eſt, ſicut ipſiu[s] fluminis. *&* §. 5. Litoru[m] quoque uſus publicus eſt, ſic[ut] & ipſius maris.

Robur pop. Romani, 2. 1. R[o]BUR elanguet clementia ſo[] cælique, 3. 3. Robur Hiſpa[]niæ Celtiberi, *hoc eſt, fortiſſimi Hiſpanorum,* 2. 17. *ſic* Ro[]bur Italici ſanguinis, 4. 2. O[]rientis, *ibidem.* ſociorum, 3. 18. Robora gentium, 3. 5. *ita ſap[] Tacitus & alii.*

Robuſtus populus, 2. 1. Robuſt[] imperii maturitas, *Præfat.* Robuſtiſſima oppida, *pro munitiſſimis,* 1. 12.

Rogare leges, 3. 16. *h. e. ferre a[d] populum: rogandus enim erat po[]pulus utrum vellet eam legem, & juberet. hinc*

Rogatio, *pro lege,* 3. 14: 3. 17.

Rogus, *ſtrues lignorum ad creman[]da corpora,* 3. 20: 3. 23.

Rom[]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

Roma mater ac parens Italiæ, 3. 18. victrix Aſiæ Europæque, 3. 18. *Similes ejus titulos largiter congeſſit Merula, Coſmogr. part. 2. lib. 2. poſt enumeratas Vrbis regiones: ubi vide.* Roma conditur, 1. 1. obſidetur à Porſena, 1. 10. occupatur à Gallis, 1. 13. à Sylla, 3. 21. à Mario, 3. 21. à Cæſare, 4. 2. civitas hominum ac deorum domicilio deſtinata, 1. 13. inter tres maximas urbes, 1. 16. templo comparatur, 1. 18. Romam convertitur Annibal, 2. 6. de Roma invadenda delibérat Spartacus, 3. 20.

Romanus, *pro Romani*, *vide* Singul. pro Plurali. Rom. populus comparatur homini, *Præfat.* princeps populus, *vide* P. Romani barbari, 1. 2. gentium domini, 4. 12: 4. 3. Etruſcos, Latinos, Sabinos ſibi miſcuerunt, 3. 18. Romanorum fortitudo, 1. 18. Romanis ſacer auguratus, 1. 5. à Romanis gentes regeſque præſidia petunt, 2. 7.

Romana avaritia, 3. 5: 3. 9. dominatio, 4. 3. Romanum imperium, *vide* I.

Romulus, 1. 1. Romulus pater, 2. 4. Romulum vocari voluerunt Auguſtum, quod condidiſſet imperium, 4. 12. *ſic opinor noſtrum*, 2. 17. *Viriatum dicere* Hiſpaniæ Romulum.

Roſæ per hiemem collatæ, 2. 8.

Roſtra, 1. 11. Roſtris collegam depellit Gracchus, 3. 14. pro Roſtris expoſita capita proſcriptorum, 3. 21: 4. 6. pro Roſtris oblata Cæſari regni inſignia, 4. 2.

Rubiginem ſentiunt arma, 2. 8.

Rudes bellorum elephanti, 4. 2.

Ruere in prœlium, 2. 18. Ruens ulterius hoſtis, 3. 5.

Rufinus *P. Cornelius* notatur à Cenſore, 1. 18.

Ruina provoluti in Italiam Cimbri, 3. 3. Ruina belli *dicitur quod vicina plerumque ſecum trahat, ut accidere ſolet in ruinis ædificiorum*, 2. 11: 2. 12. bellum Tarentinum Regem Pyrrhum, totamque fere Italiam una Ruina involvit, 1. 18. Mithridates totum penè Orientem & Occidentem ſua Ruina involvit, 3. 5. Ruina incendium ſuum reſtinguere vult Catilina, 4. 1. *Vellejus*, 2. 21. Ita ſe mores habent, ut publica quiſque ruina malit occidere, quam ſua proteri; & idem paſſurus, minus conſpici. *Claudian. in Ruffin.* 2. 17: Quid reſtat, niſi cuncta novo confundere luctu, Inſonteſque meæ populos miſcere ruinæ? *forte, ſecutus Lucanum*, 7. 654. —— trahere omnia ſecum, Merſa juvat, genteſque ſuæ miſcere ruinæ.

Rumpere fidem, 4. 2. fœdus, 1. 16: 2. 6: 3. 6. vallum, *pro cædere*, 4. 2.

Ruptor fœderis punitus, 1. 3.

Rurſus redire, 1. 3: 1. 11. *Suffecerat* redire, *ſed gaudent interdum hoc pleonaſmo ſcriptores. ſic* rurſus repetere *eſt apud Sueton. Cæſ. cap. 2. ubi Caſaubonus: & 17. 1.* recidit rurſus in diſcrimen aliud. *Claudian.* in Ruffin. 1. 357: —— revocataque ſecula rurſus. rurſum recipere, *apud Iuſtin.* 5. 4: *&* 42. 2.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

Ita rurſum denuo *conjungit Plautus, Prologo Caſinæ, verſu 33. & extremis Menæchmis:* Venibit uxor quoque etiam. *quod & in l. 1. §. 1. de juſt. & jur.* verum etiam præmiorum quoque. *Sic Livius, 41. 24.* Legati deinde poſtea miſſi. *Ita Prol. Iuſtini*, Antiochus inſidiantem ſibi effugit Artamenem, dein poſtea cuſtodes Tryphonis.

Rutilius *P. Rufus* damnatur, 3. 17.

Rutilius *P. Lupus* vincitur à ſociis, 3. 18.

S.

Sabæi, *pop. 4. 11.*

Sabini, *pop. 1. 1.* Romam demigrant, 1. 1. vincuntur à Romanis, 1. 15. Romanis mixti, 3. 18. triumphi de Sabinis, 1. 18.

Sacer mons, 1. 23. *Alius ſacer mons eſt apud Antigonum, hiſt. mirabil. 144.* (Athos, *ut opinor, qui etiamnum incolis* ἅγιον ὄρος, *teſte Bellonio, Obſerv. 1. 35.*) *alius item apud Philoſtratum in Apollonio. Alius etiam apud Strabonem, lib. VIII.* παρὰ δὲ τοῖς Γέταις ὁ ἱερεὺς ὠνομάζετο θεὸς, καὶ τὸ ὄρος ὑπελείφθη ἱερὸν, καὶ προσαγορεύουσιν οὕτως.

Sacerdos, *pro Veſtali, 1. 1. ita* Sacerdotium petunt Cimbræ, 3. 3. *Oroſius aliter hoc profert, 5. 16:* ſi inviolata caſtitate, virginibus ſacris ac diis ſerviendum eſſet. *hoc enim modo non ſacerdotium tantum, ſed & libertatem illis adimit. qua re moveor, ut credam auctoris, aut librarii, incuriane dicam an inſcitia, vocem* virginibus *additam, qua remota conſtaret idem cum noſtro ſenſus.*

Sacramentum militiæ, 2. 6: 4. 2. *Eleganter hoc verbum transfert auctor ad quamcunque neceſſitatem, qua quis ad bellum gerendum adigitur. ſic de* incenſis urbibus Helvetiorum, 3. 10. *de* trucidatis legatis à ſociis, 3. 18. *de* crematis centurionibus à Germanis, 4. 12. *Ita Seneca, de brev. vitæ, 5. 6:* Juvenes adulterio, velut ſacramento, adacti.

Sacriportus, *locus, 3. 21.*

Sacroſanctum caput tribuni pl. 3. 15. Sacroſancta arma Romana, *h. e. pura, impolluta, 2. 20.*

Sacrum ſollemne gentis, *pro ſacrificio, 1. 13. Notandum autem talia ſacra non potuiſſe rite fieri, niſi propriis & ſuis locis. nec enim alia cauſſa fuit Fabio tantum adeundi diſcrimen. Livius, 5. 52.* Sacrificiis ſollemnibus non dies magis ſtati, quam loca ſunt, in quibus fiant. *Cenſorinus apud Appian. in Punicis, ad Carthaginienſes:* Manebunt immota ſepulcra, & licebit eas parentandi cauſſa inviſere; ſacris etiam operari, quotieſcunque libuerit eo accedere. *Immo tanta religione colebantur, ut etiam milites excuſarent, ſi prædicta die non adfuiſſent. Cincius Alimentus, apud A. gell. 16. 4:* Sacrificium anniverſarium (*inter legitimas abſentiæ cauſſas eſt*) quod recte fieri non poſſet, niſi ipſius eo die ibi ſit. *Exemplum ejus rei eſt in Livio, 43. 11.* ex Sexto Digitio

trib. mil. qui ſacrificii cauſſa Romam venerat, ſunt audita. Sacrorum apud Rom. origo, 1. 2. Sacra, *pro cærimoniis, religionibus, rebus ipſis conſecratis, ut deorum imaginibus, &c.* 1. 13. *Sic Virg. Æn. 2. 717:* Tu, genitor, cape ſacra manu, patrioſque penates.
Sæculum everſionibus urbium currens, 2. 17. fluens in luxuriam & ad omnia mala pronum, 4. 12. SÆCULI mores divitiis afflicti, 3. 12.
Sævire in urbes, 3. 6. templa, aras, ſepulcra, 2. 7. *h. e. illa diruere.* Sæviunt omnia prœlio, tempeſtate, 4. 2. Sævius Sævitum, 3. 21.
Vallare, *pro munire*, *protegere. ita* anguibus areniſque vallata Capſa, 3. 1. armis ferroque Macedonia, 2. 12. elephantis acies, 2. 8. mari Pyrenæoque Hiſpania, 2. 17. *Ducta vox à vallo, quo muniri ſolent caſtra. Alludit vox Scipionis, in Ep. Liv.* 57. 2: Cum gladio te vallare ſcieris, vallum ferre deſinito. *Cic. pro Archia*; *Portus*, *&c.*
Vallum Urbis, 1. 1. Vallum ferre, 2. 18. rumpere, 4. 2. Vallo circumdata urbs hoſtilis, 3. 10. Vallo XVI millium obducta caſtra Pompeji, 4. 2. *Hæc ratio includendi hoſtes dicebatur* circumvallare.
Vanitas Antonii, 4. 10.
Vargunteji Catilinæ ſocii, 4. 1.
Varius ingenio, 4. 7. *h. e. inconſtans. alias* Varius *valet vafrum*, *doloſum*, *ut in l.* 1. *D. de dolo malo.* Varii ingenio reges Romani, 1. 8. *h. e. differentes*, *alius bellator*, *alius ſacricola*, *&c.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

Vario eventu capta oppida, *h. e. diſpari*, 1. 12. Varium bellum, *pro ancipiti*, 4. 12.
Varro *C. Terentius*, cos. 2. 6.
Varro cedit Hiſpania, 4. 2. *Vinetus hoc loco* Varium *reponit pro* Varrone. *male. vide Cæſarem.*
Varus, *fl.* 2. 3: 3. 2.
Varus *P. Actius*, 4. 2. confligit cum Didio, 4. 2.
Varus *prioris filius*, Germaniæ procos. 4. 12.
Vaſtare. Minucius Thraces toto Vaſtavit Hebro, *h. e. in utraque ejus ripa*, 3. 4. *Sic apud Senec. epiſt.* 113 : Alexander Perſas, & Hyrcanos, & Indos, & quicquid gentium in Oceanum extendit Oriens, vaſtabat, fugabatque.
Vaſtatio Italiæ bello Punico, 2. 6. ſociali, 3. 18. Siciliæ bello ſervili, 3. 19. Theſſaliæ bello civili, 4. 2.
Vaſtitas camporum, *h. e. immenſa planities*, 3. 11.
Vates, 1. 7.
Ubera admovere, 1. 1.
Vectigalia, id eſt, imperii patrimonium, 3. 13. in quæſtu habita, 3. 12.
Vejentes vincuntur à Romulo, 1. 1. Fabios cædunt, 1. 12. delentur, 1. 12.
Velato capite diis Manibus conſecrat ſe Decius, 1. 14.
Velificare, *h. e. vela facere, navigare*, 3. 7.
Velificari favori civium, *h. e. aucupari favorem civ.* 1. 9. *Apud Cicer. Ep. fam.* 8. 10: ne velificatus alicui dicaris.
Velini fontes, 1. 15.
Velocitas Marii, 3. 3. Pompeji, 3. 6. Quinctii, 1. 11.
Velox genus Ligures, 2. 3.
Velum purpureum in navi Cleopatræ, 4. 11. Velis opertum mare, 2. 8.
Venas exſolvit Merula, 3. 21. *Hoc genere mortis, ut leviſſimo, multi extincti leguntur.*
Venalis Urbs, 3. 1. *Petronius in carm. de bel. civ. verſu* 41: Venalis populus, venalis curia patrum.
Veneno ſe conficiunt Cantabri, 4. 12. Cretes, 3. 7. Numantini, 2. 18. Ptolemæus rex Cypri, 3. 9. Veneno mori non poteſt Mithridates, 3. 5. Veneno mixti fontes, 2. 20. *Idem fecerunt Afri contra Curionem, apud Appian. civ. lib.* 2. *pag.* 455. & *Lucan.* 4. 360.
Venerari deos, 1. 11.
Veneti, *pop.* 3. 10.
Venetia, 3. 3.
VENIENTI bello occurrendum, 4. 11.
Venire in catenas, 4. 8. in deditionem, 4. 2. in equis, 4. 2. in fidem, 3. 22. in manus hoſtium, 2. 2: 3. 19: 4. 8: 4. 12. in poteſtatem, 4. 9.
Ventidius Parthos vincit, 4. 9.
Ventoſus dies, 3. 3.
Ventis remiſque, 2. 2. Ventorum labor, 4. 11.
Venulejus, 3. 21.
Veneri ſacra Cypros, 3. 9.
in VERBO tantum virtus, 4. 7. *Verba neutra paſſive uſurpata*, *Præfat.* in Verba jurare, 3. 16.
Vercingetorix Gallus, 3. 10.
Vergelli torrens, *vide* T.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

Vergere in unum, *h. e. prope concurrere*, *4. 2.*

Vernat bis floribus Campania, 1. 16.

Verulæ, *urbs*, *1. 11.*

ſi Verum volumus, 3. 18. ſi Vera volumus noſcere, 3. 7. *ſic Cajus in l. 63. in fin. de cond. & demonſtr.* ſi Verum amamus. *Curtius*, *3. 2.* Verum & tu forſan audire nolis, *&c. ſic Matth. 11. 14.*

Veſtæ focus, 1. 2. ſacerdotium, 1. 13.

Veſtales aræ, 3. 21. virgines, 1. 2: 1. 13.

Veſtigia Senonum Flori ævo nulla, 1. 13. incendii Romani Gallici ſanguinis inundatione deleta, 1. 13. Vejentium nulla, 1. 12. Veſtigiis inſtare, 4. 11. deductum à curſoribus in ſtadio, quo in genere Homerus, Iliad. 23. 764: ἴχνια τύπτε πόδεσι, πάρος κόνιν ἀμφιχυθῆναι. *Gallorum elegans in hunc ſenſum vox eſt*, Talonner.

Veſuvius mons, 1. 16: 3. 20.

Veterani, 4. 2. revocantur ad militiam, 4. 4. Veteranis in pretium militiæ agri dati, 4. 5.

Veto, *vox tribunorum intercedentium*, *3. 14.*

Veturius cos. Samnitibus deditur, 1. 16.

Veturia Coriolani mater, 1. 22.

Veteres divitiæ, 3. 9. *Hoc forma* Ἀρχαιόπλουτος *apud Græcos dicitur*, *&* Παλαιόπλουτος *apud Ælian. Hiſt. Anim. 11. 20: Tacitus, 14. 31. vocat longam* opulentiam: *ad quam formam corrigendum puto Arnobium, lib. 2. pag. 119.* Ac tamen ne cauſſam tam longa (*legebatur* longam) prodere diſſimulatione videamur. *Hactenus enim diſtulerat veri argumenti robur promere. Apud Cæſar. de B. C. 2. 35:* Egeſaretus, veteris homo potentiæ.

Vexat caſtra Romana ſerpens, 2. 2. *hoc verbo crebro utitur Juſtinus.*

Vexilla Parthorum, 3. 11.

Viator, *qui trib. pl. apparet, ut lictor conſuli*, *3. 17.*

Vibius, 4. 12. Dalmatas perdomat, 4. 12. *utrobique legendum* Tiberius, *ut vere docuit Pighius.*

Vibrare faces, 1. 18. Vibrantia vexilla, *h. e. nitentia, micantia*, *3. 11.*

Vices, *pro intervallis*, *2. 17.*

Victima novæ Urbis prima Remus, 1. 1. Victimæ ſecuri percuſſæ, 2. 5. victoriam promittunt, 4. 7. Victimarum fuga, 4. 2. infulæ, 4. 2. Victimis centum non perlitat Cæſar, 4. 2.

Victor gentium, *vide* G.

Victrix Aſiæ Europæque Roma, 3. 18.

Victoria parricidio fœdata, 1. 3. *Sic Tacitus*, *4. 19.* fraude violata, 2. 17. ſanguine Decii empta, 1. 14. magna de Pœnis, 2. 2. matura, ſed infamis, 2. 20. SALVA fide, & integra dignitate paranda, 1. 12. Victoria nova, non pugnare, 2. 6. vera, & ſine exceptione, 2. 18. Victoria ex caſu, 1. 18. *Virg. Æn. 5. 201.* Attulit ipſe viris optatum caſus honorem. ex errore, 4. 7. Victoriæ monumentum pulcrius, ſtans urbs quam incenſa,

censa, 4. 12. pretium, conſecratio Decii, 1. 17. auſpicium, comparatæ claſſis velocitas, 2. 2. jus, 2. 7. maximum decus, captus rex hoſtium, 3. 10. Victoriam paciſcitur à diis Poſthumius, 1. 11. Victoriam ſuam hoſtibus victis non exprobrant Romani, 3. 2. Victoria multiplex bellum, 1. 18. Victoria uti, 2. 6. Victoriis totum terrarum orbem peragrat pop. Romanus, 2. 1. Victoria, *pro manubiis ea victoria partis. ita* Victoria tempeſtate intercipitur, 2. 2.

Victus Hiero priuſquam hoſtem vidiſſet, 2. 2. Victus hoſtis ante quam viſus, 4. 2. Victus magis quam domitus, 4. 12. Victus & vinctus, 3. 1. *eadem hæc conjuncta apud alios notavit Savaro, ad Sidonium, carm. 2. 450.* Victo ſimilior populus, qui vicit, 4. 6. Victis ſolamen in ſplendore victorum, 2. 8. *Eodem redit iſtud Livii, Præfat.* Si in tanta ſcriptorum turba mea fama in obſcuro ſit; nobilitate ac magnitudine eorum qui nomini officient meo me conſoler. *ubi dubitare poſſis an potius* lumini *legendum ſit.*

Videntibus procul quaſi marina piſtrix evaſerat, 3. 5. *h. e. qui procul ſpectabant, iis apparebat quaſi piſtrix.*

Vigilia prima, 4. 2. tertia, 3. 10. *de* Vigiliis *vide Lipſ. de M. R. 5. 9. pag. 275.*

Vilis morti gens, 2. 6. Viliſſimus rex, 4. 2.

Viminei clipei, 3. 20. viminea vincula, 3. 20.

Vincere hoſtem non vult exercitus, cum poſſet, 1. 22.

in Vincula dare, 3. 10. in Vinculis habere, 2. 2.

Vindelici, *pop.* 4. 12.

Vindelicus, *fl.* 3. 2.

Vindex Capitolii Manlius, 1. 26. Vindices libertatis imperio ornati, 1. 9.

Vindicare *uno loco duplici ſignificatu poſitum,* 1. 9: *&* 1. 26. ad Vindicandum libertatis & pudicitiæ decus. libertatem *enim* vindicare, *eſt uſurpare ſibi, aſſerere ſe in libertatem:* pudicitiam, *eſt ulciſci, pœnas ob eam læſam ſumere.* Vindicare injuriam, 1. 22. ſe à captivitate, 4. 12. ſupplices de hoſte, 1. 22. Vindicari volebant ſervi, 3. 20.

Vinnius mons, 4. 12.

Vini dulcedine mitigati Cimbri, 3. 3.

Violatur victoria ſubornatis percuſſoribus, 2. 17. triumphi dignitas inſcriptione ſervili, 3. 19. Violantur veneficio arma Romana, 2. 20. medici Catonem Violant fomentis, 4. 2. Violare manus propria cæde nolunt Brutus & Caſſius, 4. 7. *Apulejus in adlocuta Hermetis, in principio:* Ne tantæ rei religioſiſſimus ſermo multorum interventu præſentiaque violetur.

Vipera ſibilare deſiſte, 4. 12.

Vir *plerumque ſignificationem habet fortitudinis. ita* VIRO cum viris facile convenit, 3. 22. Viris toleranda imperari ſibi volunt Numantini, 2. 18. Iidem orant Scipionem, ut ſe tanquam Viros occideret, 2. 18. di-

18. digna Viris mors, *quæ pugnando evenit*, *3. 20.* Vir, *pro marito*, *1. 7.* Viri, *de gladiatoribus dictum*, *3. 20. ſic de Andriſco*, *2. 14. qui & ipſe dubii ſtatus erat.* Vir *ſæpius uſurpatur*, *tanquam loco pronominis. ut* tantum animorum Viro Marius dabat, 3. 16. adortus Virum, 4. 12. auſi Virum violare fomentis, 4. 2. *ſic* Virgo. Vir *de ſexu.* Vir unus Numantinus non fuit, qui in triumpho duceretur, 2. 18. VIRIS fortibus miſerrimum mori ad arbitrium hoſtium, 4. 8.

Virgæ lictoriæ, 1. 26: 4. 12. Virgis liberos ſuos cædit Brutus, 1. *9.*

Virginitatis integritas, 2. *6.*

Virginius filiam interficit, 1. 24.

Virgines Veſtales, *vide* Veſtales. Virginum raptus, 1. 1. Virginum Romanarum virtus, 1. 10. Virgo *ut pronomen uſurpatum*, *1. 3. ſic* Vir.

Virgulta paluſtria, 2. *6.*

Viriatus *Luſitanus*, 2. 17.

Viridomarus *Inſuber*, 2. 4.

ne Virilia quidem portenta, *pro eunuchis*, 4. 2.

VIRTUS abſque fortuna parum proficit, *Præfat.* Virtus & fortuna ad conſtituendam pop. Romanum contendunt. *Præfat. Similia fere concipit Plut. Demoſthene*, *cap. 4.* ſi in certamen natura & fortuna velut artifices deſcenderint, haud expeditum ſit, hæc negotiis, an moribus illa magis eos adæquaverit, dijudicare. Virtus acuitur ratione, 1. 8. aufert parricidam, *liberat à pœna*, 1. 3. calamitatibus approbatur, 1. 13; 2. 2. neceſſitate augetur, 3. 3. minus efficax quam fortuna, 4. 7. non in re, ſed in verbo tantum, *ibidem.* Virtus Calpurnii, 2. 2. Numantinorum, 2. 18. Quinctii, 1. 11. Virginum Romanarum, 1. 10. VIRTUTIS nihil intereſt, equis an navibus, terra an mari dimicetur, 2. 2. Virtutis ſummæ, ſed calamitoſæ, Sertorius, *3. 22.* in Virtutis honorem regnum Tullo datum, 1. 3. Virtutis experimenta, 1. 13. flos, *1. 22.* monſtra, 1. 10. Virtutis ſuæ ferrum Alpinis gentibus quaſi cote acuit Romanus, *2. 3.* Virtuti dolum addere, 1. 3: 3. 3. in Virtute fiducia, *2. 2.* pro Virtute barbari habent impetum, 3. 3.

Vis Romana, *h. e. arma Rom. 3. 10. Sic apud Tacitum.* Vis *pro multitudine* hominum, 1. 1: 3. 17. hoſtium, 4. 10, imbrium, *2. 6.* ſanguinis, *4. 2. Ita* vis magna gladiorum, *Liv. 1. 51.* hominum, *Liv. 2. 5: 2. 34.* Volſcorum, *Liv. 2. 35.* Vis belli, *pro tota mole*, *2. 6.* calamitatis, 1. 13. Vi partum imperium, 1. 2. VI repoſcens vi erepta, jure videtur agere, 3. 21. VIRES induſtriam temperant, 2. 12. ſparſæ magis, quam oppreſſæ, 4. 2. VIRIBUS ſuis confectus pop. Romanus, 3. 12.

Viſcera Italiæ, 2. *6.* ſenatus, 3. 21.

Viſurgis, *fl.* 4. 12.

Vitigineus, 3. 20.

VITIA creſcunt cum magnitudine imperii, 2. 19. Romanorum ſpem dant Mithridati, 3. 5. VITIA quam imperia Romanorum minus ferunt Germani, 4. 12. VITIIS, quaſi ſentina, merſa

resp. 3. 12. Vitia ſpecioſiora, 3. 12.

Vittæ diſcolores, ſerpentum in modum, 1. 12.

Vivere hoſtium aliqui debent, ut ſint quibus imperemus, 3. 21.

Vivus in manus hoſtium venit Regulus, 2. 2. & pene Craſſus, 3. 11. Vivum ſociumque regem confiscat pop. Rom. 3. 9.

Ulciſci, *pro punire*, 1. 1: 1. 3.

Ultimum *ſumitur pro extremo, ſummo, periculoſiſſimo. ſic* Ultimus dies, 2. 6. ultima ſpecula ſeptentrionis, 3. 5. ultima rabies, 2. 18. ultimæ ſortis vir, 2. 14. *Vellejus, 1. 11. de hoc ipſo:* ſe Philippum, regiæque ſtirpis ferebat, cum eſſet ultimæ. Ultimum belli dedecus, 3. 19. ultimum vulnus, 2. 6. *h. e. quod plane jugulat: poſt quod alteri non eſt locus.* Ultima, *pro periculoſiſſimis*, 1. 13. ultimi metus, 2. 6. ultimæ diræ, 2. 6. ad ultimum, *h. e. poſtremo*, 4. 7. *ſed ſuſpicor eo loco poſitum* ultimum *pro morte, ſicut alibi* Extrema.

Ultio ad aram jurata, 2. 6. mandata à moriente, 1. 9. *ita apud Silium, 2. 422:* Ipſa pyram ſuper ingentem ſtans ſaucia Dido, Mandabat Tyriis ultricia bella futuris. à populo, 2. 9: 2. 16: 3. 1. ultio de rege, 3. 10. in Ultionem aſſurgere, 3. 1. excandeſcere, 2. 18. pro ultione, quam pro victoria, infeſtius pugnatum, 2. 2.

Ultra mortem patentia vulnera, 2. 7. ultra putet ætatem pop. Romani, qui magnitudinem conſiderat, *Præfat.*

Ultro *valet ſponte, non laceſſitum aut monitum. ſic* ultro Numam regem petunt Romani, 1. 2. regnum datur Tullo, 1. 3. regnum petit Tarquinius, 1. 5. pueros Faliſcorum remittit Camillus, 1. 12. ſocios hoſtium perſequuntur Romani, 1. 19. victoriæ pretium ſibi poſcit Pales, 1. 20. navigat in Italiam Pœnorum claſſis, 2. 2. dona mittit Albanus, 3. 5. *patet igitur ita legendum quoque, 3. 10. & in gemino loco Velleji, 2. 120.* ultro Rhenum cum exercitu tranſgreditur. *hoc enim eſt, quod præmiſerat de magnitudine Tiberii.*

Umbri *pop.* vincuntur à Romanis, 1. 17. cum reliquis Italis contra Romanos conſpirant, 3. 18.

Umbria, 4. 2.

Uncis carnificum tracti, 3. 21.

Unus ducum, 4. 12. principum, 4. 12. è plebe, 1. 13. Unus vir Numantinus non fuit, qui in triumpho duceretur, 2. 18. Unius præſidis nutu, quaſi anima, & mente, regitur imperium, 4. 3. una ex obſidibus, 1. 10. una quaſi manu facta ſtrages, 4. 2. in una urbe tota inſula ſuperata, 2. 6. in unum contrahere copias, 4. 2. *Iuſtinus aliquoties* adunare *dicit* in unum vergere, 4. 2. uno prœlio obtritus Pharnaces, 4. 2.

Vociferationes, 2. 7.

Volero *Publilius* ſeditionem concitat, 1. 22.

Volitare *ſignificat diſcurſare. ita* volitant per Etruriam infeſta ſigna, 1. 17. per Campaniam Apuliamque hoſtes, 2. 6. trepi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

dantia carpenta, 3. 10. per diverſa gentium Pompejus, 3. 5. per totum agmen oculis, manibus, clamore Cæſar, 4. 2. *ſic Livius*, 4. 19. Volitantem tota acie. *Tacitus*, 2. 21. Tota volitantem acie. Volitat in primam aciem Cæſar, *hoc eſt, celeriter adcurrit*, 3. 10.

Volſci, *pop.* cotidiani Romanorum hoſtes, 1. 11. triumphi de Volſcis, 1. 18.

Volſini, *pop. 1. 21.*

Volucribus quoque invia, 2. 12. *ad notam pertinet quoque vox ominoſa Nicephori apud Cedren. pag.* 396: Nemo noſtrum perniciem evitabit, ne ſi volucres quidem fiamus.

Voluere urbem, *hoc eſt, tentare oppugnando*, 3. 1.

Voluntaria deditio coſſ. 1. 16. fuga Romanorum, 3. 1. legatio Africani, 2. 8. mors, metu ſuppliciorum, 3. 19.

Votum Inſubrium, 2. 4. Myſorum, 4. 12. Romuli, 1. 1. Sempronii, 1. 19. Vota in Capitolio nuncupata, 1. 11.

Vox Adherbalis de Annibale, 2. 6. Annibalis ad milites, 2. 6. Viſo fratris capite, 2. 6. Arioviſti ad legatos Cæſaris, 3. 10. Bruti morientis, 4. 7. Cæſaris ad gubernatorem navis, 4. 2. ad milites, 4. 2. de Pharnace, 4. 2. Catilinæ in ſenatu, 4. 1. Craſſi ad legatos Parthorum, 3. 11. Druſi de largitione ſua, 3. 17. Furfidii ad Syllam, 3. 21. Genii ad Brutum, 4. 7. Germani cujuſdam linguam cauſſidici tenentis, 4. 12. Jugurthæ de Roma, 3. 1. Marii ad exercitum, 3. 3. Myſi ducis ad Romanos, 4. 12. Parthi cujuſdam ad Romanos, 4. 10. Pyrrhi de Romanis, 1. 18. Scipionis morientis, 4. 2. Vercingetorigis ad Cæſarem, 3. 10. vox audita in ſomnis, 4. 7. Vocem mittere, *pro loqui*, 4. 10.

Vox una duobus ſenſibus ſerviens, 1. 1. *Vide etiam* Fax, *&* Vindicare. Voces duæ in unam coalitæ, 2. 17. *ſic emendo Livium*, 24. 3. Ac miracula aliqua affingunt, ut (*fuerat* affinguntur) plerumque tam inſignibus locis. *ſic apud Gruterum in Inſcriptionibus, pag.* DXII. *eſt* MERCASSITUR *pro* MERCASSIT. UT.

Urbs, *pro Roma*, 1. 13. Urbs urbium, *hoc eſt*, *metropolis*, 2. 6. in una urbe, quaſi binis caſtris diſſidetur, 3. 17. in una urbe tota inſula ſuperata, 2. 6. urbes tres maximæ, 1. 16. Aſiaticæ regibus parere conſuetæ, 2. 20. Celtiberorum CL. everſæ, 2. 17. URBES miſeræ ſocietatis inter hos & illos duces pænas dant, 4. 2. urbium caput, *pro metropoli*, 1. 16. ad urbium excidia converſi duces, 3. 22. circa urbium obſidiones diſcurſum, 4. 2.

Urere, *hoc eſt*, *eſſe dolori*, 2. 6. *Sic Ammianus*, *pag.* 191. 25: 241. 29: 489. 33. *Edit. Lindenbr.*

Urgere armis, fame, 1. 10. obſidio, 2. 2. Urget fames, 2. 18.

Uſipetes, *pop.* 4. 12.

Uſque ad ambitum, 1. 16. uſque Cæſarem, *Præfat.* uſque *poſtpoſitum*, fretum uſque, 2. 2. in Sarmatas uſque, 3. 4.

Uſus, *pro commodo.* ut non in uſum, ſic ad ſpeciem imperii quædam provinciæ acquiſitæ, 3. 13. *pro* con-

conſuetudine, *aut exemplo ſaltem*: uſu incognita clades, 2. 2. *quæ nunquam* venit uſu. *Cic. fam.* 3. 8.

Ut barbaris, *h. e. ut ſolent barbari*, 4. 12. *ſic* ut in magno populo, 1. 26. ut in tali diſcrimine, *h. e. reſpectu talis diſcriminis*, 3. 17. *ita Livius*, 20. 5. ſatis, ut in trepida re, impavidus. *Videatur Portus, in Xenoph. pag.* 128. ut ita dixerim, 1. 11. ut ſic dixerim, 2. 6: 3. 21: 4. 2. *Cicero*, *de Orat.* 3. 41: Atque etiam ſi vereare, ne paullo durior tranſlatio eſſe videatur, mollienda eſt; præpoſito ſæpe verbo: ut, ſi olim M. Catone mortuo, pupillum ſenatum quis relictum diceret, paullo durius; ſin, ut ita dicam, pupillum, aliquanto mitius eſt. *Talia igitur paſſim advertas. Apulejus*, *pr. Florid.* in ipſo, ut ita dixerim, ſolo (*an* ſolio?) ætheris. *Tacitus, Agr.* 3. 5. ut ita dixerim, non modo aliorum, ſed etiam noſtri ſuperſtites ſumus. *Cajus in l.* 1. *de O. l.* in foro cauſſas dicentibus, nefas, ut ita dixerim videtur eſſe, nulla præfatione facta, judici rem exponere. Ut non, ita, 3. 12.

Uti *&* frui *differunt, vide* F. Uti, *pro nanciſci*. non alias tam incruenta victoria Uſi ſumus, 3. 6.

Utre ſuſpenſus nuncius Luculli ad Cyzicenos, 3. 5.

Uterque. Utræque, *pro utraque*, 3. 5. utraque, *pro utrumque*, 3. 6. utriſque, *pro utroque*, 4. 12. *Ita Livius*, 23. 21. Reſponſum utriſque, non eſſe unde mitterentur. *Iuſt.* 41. 2. Sermo his inter Scythicum Medicumq; medius, & (*vel* ex) utriſque mixtus.

Vulcano promiſſa arma hoſtiũ, 2. 4.

Vulnera ultra mortem patentia, 2. 7. vulnera in pectore, 1. 18. VULNERA quandoque curatione ipſa reſcinduntur, 3. 23. Vulnus *tranſlate ponitur pro quavis clade. ſic* Vulnus ultimum imperii, 2. 6. grave Vulnus accipit pop. Romanus, 3. 11. Vulnera reip. *de bellis civilibus*, 3. 5. *Iuſtinus*, 2. 11. Xerxes duobus vulneribus terreſtri prœlio acceptis, experiri maris fortunam ſtatuit. *ubi ineptiſſime interpres Hiſpanus:* recibio dos llagas.

Vultejus trib. mil. 4. 2.

Vulturcius *T.* Catilinæ ſocios prodit, 4. 1.

Uxores Cimbrorum, 3. 3.

X

XAnthippus militiæ peritiſſimus, 2. 2. *Polybius*, 1. 32. *vocat* λακεδαιμόνιον ἄνδρα τῆς λακωνικῆς ἀγωγῆς μετεσχηκότα, καὶ τριβὴν ἐν τοῖς πολεμικοῖς ἔχοντα σύμμετρον. *Magnus interpres*: Lacedæmonium virum, diſciplina Laconica imbutum, & qui rei militaris uſum mediocrem haberet. *at certe magnum bellorum habuit uſum, ut conſentiunt hiſtoriæ: nec aliter Polyb. nam* σύμμετρος *quidem mediocrem non ſonat. Dubitantem de loco docet BERNECCERVS vir optimus ſimul doctiſſimuſque, cujus amicitiæ, colloquiis, conſiliis, exemplo, bibliothecæ, tum alia multa magnaq; beneficia, quæ per hæc tempora vel à conjunctiſſimis improbe ſperentur; tum inprimis quantulumcunq; in his ſtudiis profeci, ex aſſe debeo, Is, inquam*,

me

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

me docet, illud σύμμετρον *referri ad* ἀγωγὴν *iſtam Laconicam, de qua modo præceſſerat, ut vertendum ſit :* diſciplina Laconica imbutum æqualique rei militaris uſu præditum. *nimirum & inſignem* θεωρίαν *viro tribuit, &* πρᾶξιν *haud deteriorem. Ita* μετρίως *apud Plut. Cic. cap. V. & apud Diod. 20. 79.* ναῦς καὶ χρήματα κεκτημένος καὶ δύναμιν σύμμετρον, *quæ & ipſa per* mediocriter *& mediocre minus recte converſa ſunt.*

Xerxes, 2. 8. comparatur Antiocho, 2. 8. Xerxis miſerabilis fuga, 2. 8.

Z.

ZAcynthos, *inſ. 2. 9.*

Zama, 3. 1.

Zeugma, tranſitus Euphratis, 3. 11.

FINIS.

L U-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

LUCIUS
AMPELIUS

Ex

Bibliotheca

CL. SALMASII.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

JUDICIUM INCOMPARABILIS VIRI DN. CLAUDII SALMASII, De LUCIO AMPELIO.

QUIS *ille fuerit, quo tempore vixerit, juxta me ſcire dicam cum ignariſſimis, ſi mihi eripias, eum eſſe, quem ſuſpicor, cujus meminit Sidonius Apollinaris in Excuſatorio ad Felicem, his verſibus:*

Sed ne tu mihi comparare tentes,
Quos multo minor ipſe plus adoro,
Paulinum, Ampeliumque, Symmachumque,
Meſſalam ingenii ſatis profundi.

Recenſet in ſequentibus plures qui circa illam ætatem fuere, viros ingenio, doctrina & eloquentia celebres. Sed, cur ille Ampelius hic noſter non erit? Dices; Quæ ratio nos cogit ita cogitare, præter idem nomen? Certe alia etiam ſunt, quæ hanc ſuſpicionem augeant. Eo ævo vixiſſe conſtat quo Cæſares Auguſti adhuc in Occidente imperitabant. Ita enim ipſe ſcribit eo capite, quo tangit quas commutationes ſtatus populi Romani habuerit: donec exortis bellis civilibus inter Cæſarem & Pompejum, & oppreſſa per vim libertate, ſub unius Cæſaris poteſtatem redacta ſunt omnia. Ex eo perpetua Cæſarum dictatura dominatur. *Doctum præterea hominem fuiſſe, ac diſertum politumque, ut erat eorum temporum captus, nec indignum teſtimonio illo & elogio Sidonii, apparet ex ipſo hoc ejus, quod damus ſcripto. Notavit porro Sirmondus ad eum Apollinaris de Ampelio locum, ſe olim à P. Pithœo audiviſſe, L. Ampelii ad Marinum fragmenta quædam prolixioris operis extare Divione in Bibliotheca S. Benigni, & præfationem etiam ſibi oſtendiſſe. Codex Ivreti, quo uſus ſum, neſcio an ex Bibliotheca S. Benigni Divionenſis fuerit; & poteſt fieri ut ita ſit,*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

ita ſit, qui ſciam multos ex ea Bibliotheca libros aliquando u-tendos accepiſſe eundem clariſſimum Iuretum. Exemplar ta-men illud vetus non ad Marinum, *ſed* ad Macrinum, *habui inſcriptum, quod præfationis vicem huic Ampelii opuſculo præfixum eſt,* ἐπιστολίδιον. *An fragmentum ſit majoris operis cujus hæc Epitome videatur eſſe, ne id quidem poſſum affirma-re. Veriſimilius tamen, ſi conjecturæ locus ſit, arbitrarer non aliud opus prolixius auctorem fuiſſe meditatum, cum id vulgavit. Mos quippe fuit eruditorum illius ſeculi, quo li-teræ jam in barbariam ibant, ejuſmodi doctrinarum & hiſto-riarum ſectari & affectare compendia. Quibus tum vacabat evolvere integra Veterum ſcripta, ut pauci admodum numero erant qui id poſſent, cum & ipſos pauciſſimos eſſe ſcirent, quos cura legendi & diſcendi tangeret, quæ fuſiſſime ab antiquis tra-ctata fuerant, ipſi contrahebant, quia faſtidio ſui temporis, vel potius inertiæ rem ſe gratam facere intelligebant. Lectu-ros quippe ſua non aliter habuiſſent. Ut autem præcipuus eſt finis eorum qui aliquid literis mandant quod victurum opinen-tur, famam apud populum, quo docti videantur, mereri, idque unum aucupantur, totum id pendere cum cernerent à guſtu & judicio lectorum, ſatisfacere eis conabantur. Alia via id obtineri non poterat, quam ut ſcriberetur quod legere ali-quis dignaretur. Nam pro captu legentium, ut fata libri ha-bent, ita & librorum auctores. Hinc deſidia nata eſt ſcriben-tium ex ignavia ſtudentium. Imperitia deinde ex eodem fonte ebulliit. Qui docti eo tempore videri volebant, & qui id nomen ex merito habere etiam poterant, cum antiquos ſcriptores jacere viderent, ob grandiora operum volumina, quæ reliquerant, re-medium aliquod ex neceſſitate quæſierunt, quo illos vulgo tra-derent noſcendos, ſeque eadem opera notos in vulgus darent. Nec uno modo omnes in eo negotio verſati ſunt, ut id quod ca-ptabant conſequerentur. Quidam ipſos auctores in epitomen re-degerunt, ipſis auctorum verbis ſervatis, aut paulum immuta-tis. Alii breviaria quædam proprio ſtilo confecerunt, ex variis ſcriptoribus excerpendo quod in rem videretur. Nonnulli quaſi centones conſarcinarunt ex pluribus ſcriptoribus qui rem ean-*

dem

dem tractabant, alia ab his, alia ab illis ſumendo, ac corpus unum, hinc inde collectis alienis membris aut membrorum particulis, condiderunt. Ita Digeſta contexuit Tribonianus, ex plurimis Iuriſconſultorum commentariis & ſcriptis. Alii per locos communes digeſſerunt quidquid præclari in auctoribus occurrebat, & ſub certos ac generales titulos, quæ ex variis defloraverant, congeſſerunt. Hoc modo univerſam Hiſtoriam Græcanicam concerpſit Conſtantinus Porphyrogeneta. Cujus laboris beneficio aliquot fragmenta Polybii, ac Nicolai Damaſceni, & aliorum, nobis, tanquam ex incendio erepta, ſervata ſunt in duobus titulis, quos ab injuria temporum vindicavit eruditorum curioſitas, uno περὶ πρεσβειῶν, *altero* περὶ ἀρετῆς καὶ κακίας. *Quartum & eorum genus fuit, qui, ad privatum ſtudiorum uſum, inter legendum laudabilia loca ad oram notabant, quæ* ὡραῖα & χρήσιμα *Græci Critici appellant, eaque etiam interdum, ut firmius memoriæ inhærerent, deſcribebant. Nec inſignes tantum ſententias plerique in adverſaria ſua referre ſoliti, ſed etiam, ut iidem Critici loquuntur,* ὅλα τὰ κατάβαλα, *ſi hiſtoriam aliquam egregiam continerent, aut luculentam alicujus loci, rei aut perſonæ deſcriptionem. Quinimo & conſueverant multi ſtudioſi, ſi quem auctorem legerent, retento lectionis ordine, quidquid ex eo judicarent excerpendum, in codicem ſuum regerere, & ſibi ſervare. Unde factum ut hæc in bibliothecis privatorum reperta, ſæpe à librariis pro integris auctorum operibus deſcripta fuerint, ac ad poſteritatem, aliis ſubinde ea excipientibus ac deſcribentibus, propagata. Ita conſervatus eſt elegantium nequitiarum curioſus Petronius Arbiter. Quod enim ex ejus Satyrico habemus, mera excerpta ſunt alicujus ſtudioſi, qui, quæ ad guſtum ſuum in illo auctore invenerat, eodem quo opus legebat ordine, adverſariis ſuis commendavit ac commiſit. Qui putant, à monachis ſic eviratum eſſe, vehementer errant. Qualis hæc caſtratio foret, quæ, reſectis à reliquo corpore membris, vel potius ipſo corpore abjecto, ſolas pudendas partes reliquiſſe videatur? Certe, quæ deſiderantur, vix videri poſſunt ſalaciora ac nequiora fuiſſe his quæ relicta ſunt. Immo iſta nullam procacitatis & protervitatis*

ὑπερβολῆ vel ipſis lenonibus uſurpandam reliquam faciunt. Sed his excerptorum concinnatoribus facile ignoſcendum, ſi quid ea cauſa detrimenti paſſa eſt Reſp. literaria. Non enim hoc propoſitum videntur habuiſſe, ut excerpta, quæ ad uſum ſuum exſcripſerant, poſteris legenda, loco auctorum ipſorum, ſubſtituerent. De reliquis, quibus apparet hanc animi mentem fuiſſe, ut pro auctoribus legerentur, quos compilaverant aut abbreviaverant, videndum, an omnino hi extra culpam? Non nemo certe eos accuſat, reoſque peragit illius incuriæ quæ tot præclaros nobis abſtulit ſcriptores. Ego vero Epitomatores, & omnes ejuſmodi Breviariorum compoſitores, & compilatores centonum, non adeo literis cenſeo nocuiſſe ut autumant nonnulli. Quod enim ita exiſtimant, eos in cauſa fuiſſe, cur ipſis auctoribus, quos abbreviarunt, & excerpſerunt, careamus, ego in alia ſum ſententia. Ea ſecordia fuit illorum temporum, quibus barbari literatum & Romanum orbem inundare cœperunt, ut, niſi extitiſſent qui nobis has tanquam ex naufragio tabulas ſervarunt, certum ſit, nihil prorſus ex illorum monumentis ad nos fuiſſe perventurum. Atqui præſtat hæc qualiacunque nos habere, quam nihil. Malo certe, quod ad me attinet, eos majore ſui parte eſſe deperditos, quam ſi toti funditus periiſſent. Qui reliquias ſanctorum corporum conſectantur, ac ſtudioſe religioſeque eas requirunt, ſatis habent ſi vel uno oſſiculo potiri queant. Beatiores certe ſe judicarent, ſi totum corpus aliunde nanciſci poſſent. Hoc cum non liceat, ſaltem eo, quod licet, contenti ſunt. Ita ergo nos affectos eſſe oportet erga illas veterum reliquias ſcriptorum, quæ nobis remanſerunt, gratiamque illis habere, niſi maxime ingrati velimus eſſe, per quos eæ hoc qualicunque modo ad nos ſalvæ fuere tranſmiſſæ. Hoc autem Ampelii Opus ex eorum genere eſt, quæ à pleriſque tum ſolebant conſcribi & edi. Non Epitome eſt, non fragmentum longioris Operis, ſed veluti collectaneum rerum toto Orbe memorabilium, ex variis auctoribus brevitate ſumma, ſed qualem in omnibus ea tempora expetebant, compilatum. Memorialem eum ſe librum ſcripſiſſe in paucis illis verbis, quæ vice præfatiunculæ præfixit, pro-

fitetur.

fitetur. Quos libros Memoriales ea ætas vocaverit, non latet viros doctos qui verſati ſunt in monumentis illius ævi. Non diſſimili genio, etſi diſſimili argumento, ſcriptus Theodori Manlii liber de rerum natura, cauſiſque naturalibus, de aſtris, & aliis ejuſmodi, qui adhuc in Bibliothecis extat, manu exaratus & pedeſtri ſermone compoſitus. Is eſt Theodorus Manlius, cujus conſulatum celebravit carmine Claudianus, ut & opus ipſum. Inde occaſionem arripuit vir quidam doctiſſimus, tranſcribere illud Manilio, ſive Manlius ſit, cujus hodie Aſtronomicon habemus, ut idem ſit Manlius ille Claudiano laudatus. Nos alibi pluribus pugnavimus rationibus, & quidem invictiſſimis, non poſſe ita eſſe, cum tot argumenta ſint, quibus probari queat, eum Manilium vixiſſe ſub Auguſto. Exemplar porro, unde Ampelium deſcripſi, ab imperito librario vitioſiſſime ſcriptum fuiſſe indicare hic debeo, ne, qui tam multas adhuc ſupereſſe in eo mendas animadvertit, nihil à nobis, quoad emendationem, præſtitum eſſe arguere poſſit. Non pauciora in illo codice errata fuere quam verba. Quæ potuerunt ſine magno negotio & citra nimiam libertatem caſtigari, ea correximus omnia. Plurima tamen etiam reliquimus, quæ facillimum erat reſtituere, & mutari tuto poterant; ſed intacta ideo prætermiſimus, quia tantum nobis licere noluimus, & non tanti viſa ſunt nonnulla eorum, ut ſcripturam veterum ſollicitandam putaremus. Fatendum eſt, & non pauca haberi, quæ ſine ope melioris Codicis vix à quoquam poſſint emendari.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

LUCIUS AMPELIUS
MACRINO SUO SAL.

VOlenti tibi omnia noſſe, ſcripſi hunc Librum memorialem, ut noris, quid ſit mundus, quid elementa, quid orbis terrarum ferat, vel quid genus humanum peregerit.

De Mundo.

MUndus, eſt univerſitas rerum, in quo omnia ſunt, & extra quem nihil, qui Græce dicitur κόσμος. Elementa mundi IV. Ignis, ex quo eſt cœlum. Aqua, ex qua mare oceanum. Aër, ex quo venti, tempeſtates. Terra, quam, propter formam ejus, orbem terrarum appellamus. Cœli regiones ſunt quattuor: oriens, occidens, meridies, ſeptentrio. Cœlum dividitur in circulos quinque: Arcticum & Antarcticum, qui ob nimiam vim frigoris inhabitabiles ſunt: Æquinoctialem, cui ſubjacet regio quæ catakecaumene dicitur, neque incolitur, ob nimiam vim ardoris: Brumalem & Solſtitialem, ſub quibus habitatur; ſunt enim temperatiſſimi, per quos obliquus circulus vadit, cum XII ſignis, in quibus Sol annuum conficit curſum.

De duodecim ſignis.

SIgna ſunt in cœlo duodecim. Aries beneficio Liberi, quod, is cum exercitum in Indiam per Libyam duceret per loca ſicca & arenoſa, cum aquæ inopia eſſet, & exercitus ejus ſiti adfligeretur, aries eis aquam demonſtravit, & ob id à Libero Jovis Ammon eſt appellatus, eique fanum magnificum fecit, ad eum locum ubi aquam invenit. Quod abeſt ab Ægypto & Alexandria millia paſſuum novem. Ob eam rem à Jove petiit, ut in ſidera reciperetur. Alii putant, eum eſſe, qui Hellen & Phryxum vexerit. Taurus beneficio Jovis, quem Jupiter à Neptuno fratre per gratiam abduxit, qui ſenſum humanum fi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

gura Tauri continebat, iſque Jovis juſſu Europam Agenoris filiam, Sidonia adludens decepit, & eam Cretam deportavit. Ob eam rem Jupiter in ſideribus eum dignatus eſt immortali memoria. Gemini, qui Samothraces nominantur eſſe, quorum argumentum nefas eſt pronuntiare præter eos qui in his præſto ſunt. Alii Caſtorem & Pollucem dicunt, quod hi principes mare tutum à prædonibus præſtitiſſent. Sunt qui dicant Herculem & Theſeum, quod ſimilia athla ſint adepti. Cancer, Carcinus receptus beneficio Junonis, quod ejus juſſu, cum Hercules miſſus eſſet ad Hydram Lernæam, quam nos Excetram dicimus, interficiendam, Carcinus ingreſſus, Herculis pedes & crura lanians, incommodiorem faciebat eum, quam ipſa Excetra. Idque malum Hercules difficillimum habuit, Carcinumque Cancrum ob id factum Juno ſideribus eſt dignata. Leo, Leon, qui educatus eſt Numeæ, Junonis conſilio ad Herculis interitum miſſus, in terra Argiva diu ſpelunca latitavit, quem Hercules dicitur interfeciſſe cum Molorcho hoſpite ſuo, cujus clavam ei tributam tum principio eſt adeptus, qua Leonem interfecit, ejuſque pellem poſtea pro tegumento habuit. Ob id factum Junoni odio eſſe cœpit, Leonemque cœleſti dignitate eſt honorata. Virgo, quam nos juſtitiam dicimus, fuit cum hominibus. Sed poſtquam homines malefacere cœperunt, Jovis eam inter ſigna poſuit. Sunt qui Erigonem Icarii filiam Athenienſem dicunt, cujus patri Liber vinum dedit, ut hominibus ad ſuavitatem daret. Quibus dedit, ebriati ſunt, & lapidibus eum occiderunt. Canis, qui cum illo erat, vidit hominem occiſum, & cum ululatu ad Erigonem rediit, quem ut mœſtum & ſingularem vidit, ſollicita proficiſcitur cum eo. Venêre ad locum ubi Icarius jacebat. Vidit corpus patris. Magna lamentatione in Hymetto monte ſepelivit. Ipſa vero ſe ſuſpendit laqueo. Canis ad pedes ejus diſcumbens diutius, & ſine alimentis deficiens, poſt aquam anhelans in puteum ſe projecit. Tum Liber à Jove petit, quod ſuo imperio deficerent, ut inter ſiderum curſus poneretur Virgo. Icarius autem Arcturus nominatus eſt, cujus ſtella cum exoritur, continuas tempeſtates facit. Canis, Canicula. Libra quam græci Zygon appellant, virile nomen eſt adeptus. Is omni clementiæ juſtitia Mochos dictus; qui primus dicitur libræ pondus hominibus inveniſſe, quæ utiliſſima mortalibus æſtimantur, ideoque in numerum ſtellarum receptus eſt, & Libra eſt dictus. Scorpius, qui dicitur ad perniciem Orionis in inſula Chio in monte Pelenæo voluntate Dianæ natus. Orion autem dum venatur, viſa Diana, ſtuprare eam voluit. Illa Scorpionem ſubjecit, qui eum vita privaret. Jupiter & Scorpionem & Orionem inter ſidera rece-

pit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

pit. Sagittarius Crotopi filius, nutricius Muſarum, quæ Muſæ ſemper dilexerunt eum, quod plauſu & luſu Sagittarum eas avocaret. Alii Chironem dicunt, quod juſtus & pius, doctus, hoſpitalis fuerit. Ab eo Æſculapius medicinam, Achilles citharam, & alia multa. Capricornus, cui nomen Pan. Quo tempore Python ſpeluncas incolens in monte Tauri, Ægyptum profectus eſt ad bellum, Pan ſe in capræ figuram convertit. Igitur dii immortales, poſtquam Pythonem digna pæna affecerunt, Pana aſtrorum memoria decoraverunt. Aquarius, qui putatur eſſe Ganymedes, dicitur Deucalion Theſſalus, qui maximo cataclyſmo cum uxore Pyrrha ſolus evaſit, & hic pietatis cauſa inter ſidera locatus eſt. Piſces, ideo piſces, quia bello Gigantum Venus perturbata in piſcem ſe transfiguravit. Nam dicitur & in Euphrate fluvio ovum piſcis in ora fluminis columba adſediſſe dies plurimos, & excluſiſſe deam benignam & miſericordem hominibus ad bonam vitam. Utrique memoriæ cauſa piſces inter ſidera locati.

De Sideribus.

PRæter duodecim ſigna, potentiſſima ſidera in cœlo. Septemtriones duo, major & minor, qui numquam merguntur: ideoque navium curſus regunt, quorum alter Cynoſura dicitur. Bootes, idem Arcturus. Orion, qui magnitudine ſua dimidiam cœli obtinet partem. Pliades, quæ Latine Virgiliæ dicuntur. Hyades, quæ à nobis Suculæ dicuntur, quarum ortus & occaſus à nautis & ab agricolis obſervantur. Canicula, cujus vis præcipue Solſtitio eſt. Stellæ potentiſſimæ in cœlo ſunt ſeptem, Saturnus, Sol, Luna, Mars, Mercurius, Jupiter, Venus, quæ à Græcis planetæ, à nobis erraticæ dicuntur, quia ad arbitrium ſuum vagantur, & motu ſuo hominum fata moderantur. Item adverſo curſu contra cœlum feruntur.

Quibus partibus ſedeant XII *ſigna duodecim ventorum.*

ARies, in Africum. Taurus, in Circium. Gemini, in Aquilonem. Cancer, in Septemtrionem. Leo, in Thraſciam. Virgo in Argeſten. Libra, in Zephyron, Scorpius, in Africum. Sagittarius, in Auſtrum & Africum. Capricornus, in Auſtrum. Aquarius, in Eurum & Notum. Piſces, in Eurum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

De Ventis.

VEnti fiunt ex aëris motu & inclinatione. Sunt autem generales quatuor. Eurus, idem Apeliotes, idem Vulturnus, ab oriente. Ab occidente, Zephyrus, idem Corus, idem Favonius. Aquilo, Boreas, Aparcias idem, à ſeptentrione. Notus, idem Libs & Auſter, & Africus, à meridie. Hi ſunt quatuor generales. ceteri ſpeciales adſcribuntur. Ut Iapyx Zephyro, qui ab Iapygio Apuliæ promontorio flat. Leuconotus Noto, cum ſerenior flat. Caurus Aquiloni, cum vehementior Gallias perflat. Item Eteſiæ, qui ſtatis diebus flant per æſtatem.

De Orbe Terrarum.

ORbis terrarum, qui ſub cœlo eſt, quatuor regionibus incolitur. Una pars ejus eſt, in qua nos habitamus. Altera huic contraria, quam qui incolunt, vocantur Antichthones. Quarum inferiores duæ ex contrario harum ſitæ, quas qui incolunt, vocantur Antipodes. Orbis terrarum, quem nos colimus, in tres partes dividitur, totidemque nomina. Aſia, quæ eſt inter Tanaïn & Nilum. Libya, quæ eſt inter Nilum & Gaditanum ſinum. Europa, quæ eſt inter fretum & Tanaïn. In Aſia clariſſimæ gentes: Indi, Seres, Perſæ, Medi, Parthi, Arabes, Bithyni, Phryges, Cappadoces, Cilices, Syri, Libyi. In Europa clariſſimæ gentes, Scythæ, Sarmatæ, Germani, Daci, Mœſi, Thraces, Macedones, Dalmatæ, Pannonii, Illyrici, Græci, Itali, Galli, Spani. In Libya gentes clariſſimæ, Æthiopes, Mauri, Numidæ, Pœni, Gætuli, Garamantes, Naſamones, Ægyptus. Clariſſimi montes in orbe terrarum; Caucaſus, in Scythia. Emodus, in India. Libanus, in Syria. Olympus, in Macedonia. Hymettus, in Attica. Taygetes in Lacedæmonia, & Citheron Eleon in Bœotia. Parnaſſus, Acroceraunia, in Epiro. Mænalus, in Arcadia. Apenninus, in Italia. Eryx, in Sicilia. Alpes inter Galliam & Italiam. Pyrenæus inter Galliam & Spaniam. Atlas in Africa. Calpe in freto Oceani. Clariſſima flumina in orbe terrarum: Indus, Ganges, Hydaſpes in India. Araxes in Armenia. Thermodon & Phaſis in Colchide. Tanaïs in Scythia. Strimon & Hebrus in Thracia. Sperchios in Theſſalia. Hermus & Pactolus, auriferi. Mæander & Cayſtrus, in Lydia. Cydnus, in Cilicia. Orontes, in Syria. Simoïs & Xanthus, in Phrygia. Eurotas, Lacedæmone. Alpheus, in Elide. Ladon, in Arcadia. Achelous & Inachus, in Epiro. Savus & Danubius, qui idem Iſter cognominatur, in Mœſia. Eridanus & Tiberinus, in

Italia.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

Italia. Timavus, in Illyrico. Rhodanus in Gallia. Iberus & Bætis, in Spania. Bagrada, in Numidia. Titron, in Gætulia. Nilus, in Ægypto. Tigris & Euphrates, in Parthia. Rhenus, in Germania. Clariſſimæ inſulæ in mari noſtro undecim: Sicilia, Sardinia, Creta, Cypros, Eubœa, Lesbos, Rhodos, duæ Baleares, Eubuſus, Corſica, Gades. In oceano ad orientem, Taprobane. Ad occidentem Brittania. Ad ſeptentrionem Thyle. Ad meridiem, Inſulæ Fortunatæ. Præter has in Ægeo mari, Cyclades duodecim: Delos, Gyaros, Myconos, Andros, Paros, Pharos, Tenedos, Cythnos, Melos, Naxos, Donuſa. Præter has Sporades innumerabiles; ceterum celeberrimæ, Ægina, Salamina, Coos, Chios, Lemnos, Samothracia. In Ionio Echinades, Strophades, Ithaca, Cephalenia, Zacynthos. In Adriatico Ciriteæ circiter mille In Siculo Æoliæ VIII. In Gallico Stœchades tres. in Syrtibus Cercina, & Menynx, & Girrha.

De marium ambitu.

MAre quo cingimur univerſum vocatur Oceanum. Hoc quatuor regionibus inrumpit in terras. A ſeptentrione, vocatur Caſpium. Ab oriente, Perſicum. A meridie, Arabicum, idem Rubrum & Erythræum. Ad occaſum, Magnum mare, idem Atlanticum, quod commerciis totius generis humani peragitur. Hoc intrat in fretum Gaditanum inter duos montes clariſſimos Abinnam & Calpen, ob impoſitas Herculis columnas. Dein latiſſime ſimul & longiſſime fuſum medium terrarum orbem inundat, & nomina adquirit. Balearicum, quod Hiſpaniam adluit. Gallicum, quod Gallias tangit. Liguſticum, quod Liguribus infunditur. Tuſcum, Tyrrhenum; idem inferum, quod dextrum Italiæ latus circuit: Hadriaticum, idem ſupremum, quod ſiniſtrum Italiæ latus circuit. Siculum, in quo Sicilia. Creticum, in quo inſula eſt Creta. Ionium & Ægæum, quæ Achajam, eamdem Peloponneſon, ſimul ambiunt; ut interveniente Iſthmo pene inſulam faciant. Myrtoum & Icarium, quæ adhærent Ægæo mari, illud à Mirtylo, hoc ab Icaro cognominata. Euxinum, Ponticum, quod ingenti ſinu Scythis infunditur. Helleſponticum fauce tranſmiſſum, inter duas celeberrimas urbes, Seſton Aſiæ, Abydon Europæ. Tanaïticum, quo Aſia alluitur. Ægyptium ab Ægypto, Libycum à Libya cognominatur. Syrticum, à duabus Syrtibus, reciprocis æſtibus retorquetur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

Miracula Mundi.

MIracula quæ in terris ſunt. Ab Apollonia Athamantia millia paſſus quinque, in monte Nymphæo, ibi ignis eſt, & de terra exit flamma. In ſilva Panis ſymphonia in oppidum auditur. Item ſub eo monte in campo lacus aquæ pleni, unde pix exit, & bitumen. Cum manibus ſupplodas, pix alte attollitur, & quaſi ab aqua bulleſcit. Ambraciæ in Epiro in pariete ſunt picti Caſtor & Pollux & Helena, manu Autochthonis, & nemo invenire poteſt quis pinxerit. Arcis in Epiro, quod Ippaton appellatur: ibi pons magnus columnatus duplex, quem Medea ædificari imperaſſe fertur. Ibi picta ſunt gubernacula Argonautarum, quæ cœpta navis; ibi Jovis templum Hyphonis, unde eſt ad inferos deſcenſus ad tollendas ſortes. In quo loco dicunt, duo qui deſcenderunt, Jovem ipſum videre. Leucade mons; unde ſe Sappho dejecit propter virum: in ſummo monte fanum eſt Apollinis, ubi ſacra fiunt. Et, cum homo inde deſiluit, ſtatim excipitur lintribus. Sicyone in Achaja, in foro ædes Apollinis eſt. In ea ſunt poſita Agamemnonis clypeus & machæra, Ulyſſis chlamys & thoracium, Teucri ſagittæ & arcus, Adraſti arca, quam depoſuit, in qua quid ſit, ignoratur; ſed & olla ærea in qua Pelias coctus dicitur. Item Palamedis cithara. Marti autem quoque corium remi Argonautarum, & gubernaculi brachia, cauculus quem Minerva ſortita eſt. De Oreſtæ cervice una proci paraſiti palla pendet. quam ſi quis halitu afflaverit, tota pateſit. Penelopæ tela. ibi de terra oleum ſcaturit. Argis Inachiæ Junonis templum magnifice ornatum, quod Aſylum vocant. Olympiæ templum Jovis nobile; ubi athletæ initiantur. Corintho balænæ coſta eſt magna ſecundum mare, quam homo complecti non poteſt. Eodem in loco fanum eſt Veneris; in quo vas marmoreum Laïdos. Bœotiæ lacus ſacer; ubi Amphiaraüs devoratus in eo lacu eſt. Urceus fictilis fractus pendet, teſta inter ſe compoſita, unde autem pendeat, non apparet, niſi à vento moveatur. Athenis Minervæ ædes nobilis, cujus ad ſiniſtram Clypeus appoſitus, quem digito tangit. In quo Clypeo medio Dædali eſt imago, ita collocata, quam ſi quis imaginem è Clypeo velit tollere, perit totum opus, ſolvitur enim ſignum. Ipſa autem dea habet haſtam de gramine. Ilio lapis quadratus, ubi Caſſandra fuit alligata, quem ſi ante tangas aut fricueris, lac demittit: ex altera autem parte ſimiliter ſi frices, ac ſi ſanguinem remittit. Juxta autem mare, qui locus Rhœte vocatur, ibi eſt Achillis & Patrocli vultus, & flumen Scamandras. Epheſo Dianæ fanum nobiliſſimum,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

lisſimum, maximum, pulcerrimumque orbis terrarum. Introitu dextra ſiniſtra poſtes marmorei monolithi, longi cubitis XX. qua ſuper templum aſcenſu ſunt CXL millia. Samo in templo Junonis ſcyphus factus ex hedera, cujus capita foras IV arietina magna, cornibus miræ magnitudinis contortis. Pergamo ara marmorea magna, alta pedes XL. cum maximis ſculpturis. Continet autem gigantomachiam. Rhodo ſignum Dianæ marmoreum pulcerrimum, quod ſtat ſub divo cœlo, nec, cum pluit, aqua tangitur. Argyro eſt fanum Veneris ſuper mare. ibi eſt lucerna ſuper candelabrum poſita, lucens ad mare ſub divo cœlo, quam neque ventus aſpergit, nec pluvia extinguit. Sed & Herculis ædes antiqua; ibi columna pendet cavea ferrea rotunda, in qua concluſa Sibylla dicitur. Ibi jacent oſſa balænæ, quaſi lapides quadrati. Marmeſiæ apud Sipilum columnæ ſunt IV. inter has columnas eſt victoria ferrea, pendens ſine aliquo vinculo, in aëre ludens. Sed quotiens ventus aut pluvia fuerit, non movet. Ædis Dianę Epheſo, quam conſtituit Amazon. Ibi & ſepulchrum Icari ſtertentis quaſi dormiat, miræ magnitudinis, ex orichalco & ferro. Rhodo Coloſſi ſignum Solis altum ſuper columna marmorea cum quadriga. Columna vero habet cubitos centum. Cypro ſignum Jovis Olympii æreum, facies ex auro, quem fecit Phidias in cubitis centum quinquaginta, & lata cubitis ſexaginta. Domus illic Cyri regis ædificata lapidibus candidis, & nigellis, auro vinctis: ubi ſunt columnæ diverſis coloribus, & innumerabiles lanceę ferreę, feneſtrę ex argento, & tegulæ ex lapide praſino. Murus intus medio Babyloniæ, quem Memnon ædificavit lapide cocto, id eſt, calce & ſulfure, ferro intermixtus ut ſunt juncturæ. Latitudo ejus cubitis XXX. altus cubitis CXXX. cingitur millia paſſuum XXX. Hunc cœpit Semiramis, filius ejus perfecit. Pyramides in Ægypto, quas ædificavit. Agartus oppidum. ibi eſt Nilus fluvius ære factus, plexilis in cubitis CCC. cujus facies ſmaragdo limpido, brachia ex ebore magno, cujus aſpectu & beſtię terrentur. Athenis ſignum Jovis Olympii, Alexandriæ flumen Nilum maxime colunt.

Quot fuere Ioves, vel alii in loco Dii Deæque.

IOves fuere tres. Primus in Arcadia Ætheris filius, cui etiam Ætherius cognomen fuit. Hic primum Solem procreavit. Secundus abinde in Arcadia, qui Saturnius cognominatur, qui ex Proſerpina Liberum patrem procreavit primum victorum. Tertius Cretę, Saturni & Opis filius, optimus maximuſque

muſque eſt appellatus. Martes fuere duo. Primus ex Enopoſte, ut eum Homerus ait, & noſter eſt Mars Leucarpis & aliter Marſenius. Secundus ex Jove & Junone. Soles fuere quinque. Primus Jovis filius. Secundus Hyperionis. Tertius Nini filius, cui Ægyptus eſt conſecrata. Quartus qui Rhodi natus eſt, cujus etiam Zemintus eſt filius. Quintus Colchi filius, ex quo Circe & Medea & Phaëthon nati ſunt. Volcani fuere quatuor. Primus Crio & Joppe natus. Secundus Nili filius. Tertius Saturni & Junonis. Quartus in Sicilia Miletis filius. Mercurii IV. Primus Cœli & Diei filius. Secundus Jovis & Croniæ filius, vel Proſerpinæ. Tertius Croni filius & Majæ, qui eſt inventor lyræ. Quartus Quilleni filius, qui Ægyptiis literas & numerum dixit. Apollines quinque. Primus Vulcani & Minervæ. Secundus ex Corybante. Tertius, Jovis filius ex Latona. Quartus, Sileni filius in Arcadia. Quintus, Ammonis filius, in Libya natus. Dianæ III. Prima, Jovis vel Croni filia ex Proſerpina, quæ eſt Liberi ſoror. Secunda, Jovis & Latonæ, Apollinis ſoror. Tertia, quæ vocatur Ops, de Glauco. Æſculapii tres. Primus, Apollo dictus; Vulcani filius. Secundus, Laï filius. Tertius, Ariſteti & Alcippei filius. Veneres IV. Prima, Hacdeli & Diei filia. Secunda, quæ ex ſpuma nata eſſe dicitur, & Aëris & Oceani filia. Tertia, quæ Vulcano nupſit, quæ cum Marte ſe miſcuit. unde Cupido natus eſſe dicitur. Quarta, Cypri & Syriæ filia, quam Adon habuit. Minervæ quinque. Prima, Vulcani filia; unde Athenarum eſt civitas. Secunda, Nili filia, quam Ægyptii colunt. Tertia, Jovis filia, quæ in fecillis rebus ſe exercuit. Quarta, Solis filia, quadrigas junxit. Quinta, Pallantis & Titanidos filia. Hæc patrem occîdit, pro ſuæ virginitatis obſervatione, qui ejus cupidus fuit. Unde & Pallas dicta eſt. Liberi quinque. Primus ex Jove & Proſerpina. Hic agricola, & inventor vini: Cujus ſoror Ceres. Secundus Liber ex Merone, & Flora, cujus nomine fluvius eſt Granicus. Tertius de Cabito, qui regnavit in Aſia. Quartus ex Saturno & Semela, dicunt. Quintus Niſi & Heſionæ filius. Hercules ſex. Primus Jovis & Ætheris filius. Secundus Nili filius, quem principem colunt Ægyptii. Tertium conditorem loci ſui Hellenes dicunt. Quartus Croni filius, & Cartheres, quem Carthaginienſes colunt, unde Carthago dicta eſt. Quintus Joab filius, qui cum rege Medorum pugnavit. Sextus Jovis filius ex Alcemena, qui Atlanta docuit.

De

De Imperiis.

IMperia ab ineunte ævi memoria fuerunt ſeptem. Primi rerum potiti ſunt Aſſyrii, deinde Medi, poſtea Perſæ, tum Lacedæmones, dein Athenienſes: poſt hos inde Macedones: ſic deinde Romani.

Reges Aſſyriorum.

NInus Rex; qui primus exercitu prope totam Aſiam ſub ſe redegit, & clariſſimam urbem nominis ſui condidit Ninon. Belus Rex, Jovis filius, cujus poſteri primum Aſiæ regnaverunt: per Ægyptum Libyæ, per Darium Europæ. Semiramis, Circetis nymphæ filia, à columbis educta, uxor Nini regis. Cujus poſt mortem Regnum Nini ampliavit; armis Indiam quoque parum proſpera expeditione tentavit. Hæc urbem pulcerrimam omnium, quæ unquam fuerunt, Babylona conſtituit, ſupra flumen Euphraten. Sardanapalus, qui ob nimias delicias & luxuriam perdito regno, ne in poteſtatem hoſtium veniret, cum exoletis ſuis venenum bibit, & igni ſubjecto cum regia ſua conflagravit.

Reges Medeorum.

ARſaces, primus Rex, qui everſas Aſſyriorum opes luxuria Sardanapali tranſtulit, eoſque juſtiſſime rexit. Aſtyages, vir fortis & juſtus, qui per inſidias victus à Cyro eſt, & diſſolutum eſt Mediæ regnum.

Reges Perſarum.

CYrus rex fortiſſimus, qui majore parte Aſiæ ſubacta, Europam quoque inrupiſſet, ni à Tomyre Scytharum regina victus oppreſſuſque eſſet. Cambyſes, filius æque Cyri; qui, cum LXX millia hominum ſubegiſſet in Ægypto, & regem ejus Amaſin, Æthiopiam profectus, magna parte militum per famem amiſſa, inritus rediit. Urbem tamen ibi condidit Meroën. Is quia Apin ſacrum bovem interfici juſſerat, ira deorum ex equo præceps ſuper gladium ſuum ruit, extinctuſque eſt. Darius rex, unus ex ſeptem Perſis hinnitu equi regnum adſecutus, cum CCLXX millibus Europam tranſivit. Victus ab Athenienſibus ducenta millia apud Pſeudomarathona deceſſit. Xerxes, Darii filius, cum receſſiſſet pater ejus, aliquantis navibus

navibus armatis militibus in Europam tranſivit. Contabulato Helleſponto, & forato Atho monte, nequidquam aliud egit, quam ut Athenas incideret mari. Victus à Lacedæmoniis & Athenienſibus, in Aſiam rediit, ibique ſuorum fraude interfectus eſt.

Duces & Reges Lacedæmoniorum.

EUryſtenes & Procles gemini, qui genus ab Heraclidis deducentes primis, parte regna regnaverunt. Lycurgus legumlator, cui Lacedæmonii principes Græciæ per annos ſeptem inviſi fuerunt. Theopompus & Polydorus Reges, qui Meſſenium bellum xx annis geſſerunt. Othryades vir bellator, qui Meſſenio bello, quo centeni, id eſt, quinquageni, concertaverunt, & trophæum ſuo ſanguine ſcripſit, tertiuſque Meſſenio bello, ex oraculo Apollinis, dux ab Athenienſibus per ludibrium miſſus, pœnateas vota, militum animos concitavit, ut tam diuturnum prœlium victoria conſummarent. Leonidas, dux Perſico bello, qui cum trecentis Lacedæmoniis apud Thermopylas totam vim Perſici belli morte ſua ac ſuorum obtinuit. Pauſanias, qui Perſico bello Mardonium præfectum Xerxis cum pedeſtribus copiis apud Aſopum Bœotiæ flumen debellavit: mox proditionis à rege ſuſpectus idem Mardonius, ideoque accuſatus, in aſylum Minervæ confugit, & ibi fame confectus eſt. Leander dux, qui dominantem toto mari claſſem Atticam apud Ægeos primus oppreſſit, & victis Athenienſibus xxx tyrannos impoſuit. Xanthippus, vir Lacedæmoniorum fortiſſimus, qui bello Punico primus Carthaginienſibus dux miſſus Regulum cepit. Ageſilaus, cujus inventum eſt, in hoſtili, quam in ſua terra, pugnare; ideoque in Aſiam miſſus, vaſtata ea, cum jam Regi immineret, revocatus Athenienſes apud Crotonem vicit. Poſtea apud Corinthios flevit, quod decem millia Græcorum occiſa cognoviſſet, nec voluit Corinthum delegare cum poſſet.

Clariſſimi Reges & Duces Athenienſium.

CEcrops rex, qui urbem condidit Athenas, & ex ſuo nomine Cecropidas appellavit cives. Idem fabuloſe, quia indigena fuit, ab inguinibus ſerpens fuiſſe narratur. Erichthonius rex, qui myſteria Eleuſinæ conſtituit. Celeus cum Eubuleo ſacerdote, filiabus virginibus miniſtris, Treptolemo frugum præfecto; qui fame laborantem Græçiam circumlato frumento reſtituit. Pandion rex, qui filias ſuas Procnen & Philomelam

melam Thraciæ regibus tradidit, ut barbaras ſibi gentes adfinitate ſociaret. Theſeus, Ægei filius, qui Minotaurum interfecit. Demophontes, ejus filius, qui cum Græcis Ilium expugnavit. Codrus rex, qui pro ſalute & victoria patriæ, ſecundum oraculum Apollinis, bello Peloponneſio ſe devovit. Piſiſtratus, vir fortis, & ſapiens, qui adverſus principes populari cauſa tyrannidem invaſit, eamque juſtiſſime adminiſtravit. Armodius & Ariſtogeiton, homines plebeji, qui Hippian & Hipparchum Piſiſtrati filios ſæve dominantes facta conjuratione oppreſſerunt, ideoque ut conſervatoribus divini honores eis ſunt conſtituti. Miltiades dux, qui LXXX millia militum Perſarum Darii regis, præfectis Date & Tiſapherne, in ſaltu Marathonio ſuperavit. Ariſtides Dicæos, qui hoc agnomen moribus eſt conſecutus, ob id ipſum exilio multatus eſt. Cimon dux, qui Perſico bello Xerxis copias, pedeſtres ſimul atque navales, in ipſa Aſia apud Eurymedonta flumen uno die vicit. Alcibiades dux, vir genere, copia, opibus illuſtris; qui propter detruncatos nocte Mercurios reus factus ad Lacedæmonios confugit Peloponneſi bello, &, cum feciſſet eos ſuperiores, adflictorum civium miſertus, rediit in patriam, & dux creatus, iterum victores Athenienſes fecit. Thraſybulus, qui triginta Magiſtratus Lacedæmonios tyrannidis dominatione ſævientes facta conjuratione adflixit, & libertatem Athenienſibus reddidit. Conon dux, qui omnes Lacedæmoniorum copias apud Cnidum inſulam cepit, & imperium maris Athenis reſtituit. Dion, qui octo onerariis navibus Dionyſium regem Siciliæ centum roſtratas habentem, dum in Italiam abeſt, regno expulit, occupatis Syracuſis. Hiphicrates, rei militaris peritiſſimus, qui arma habiliore pondere & modo fecit. Phocion, qui vir bonus cognominatus eſt, neque ulla pecunia à Philippo potuit ſollicitari ut ad eum diſcederet. Qui admonentibus amicis, ut liberis ſuis conſuleret, Si boni, inquit, erunt, hic agellus eis ſufficiet; ſi mali, nihil. Chabrias dux, qui gladiatoria arte pugnare militem docuit; Cypron & Naxon, & omnes Aſiaticas inſulas Athenis adjunxit, & circa Thion navali bello occidi maluit, quam abjectis armis enatare. Demetrius Phalereus, vir bonus exiſtimatus, ideoque ob inſignem juſtitiam ſtatuis CCC eſt honoratus, quas ei pro libertate poſuerunt in facie publica.

Reges Macedonum.

PHilippus, Amyntæ filius, primus Macedonum obtinuit Thraciam, redegitque in ſuam poteſtatem: &, cum tranſire in Aſiam vellet, ſub ipſo belli apparatu in theatro à Pauſania eſt

eſt interfectus. Alexander, Philippi & Olympiadis filius, ex urbe Pella Macedoniæ cum XL millibus militum in Aſiam tranſiſſet, Darium regem Perſarum primum apud Granicum flumen, tum apud Iſſum Ciliciæ, tertio apud Arbela, tribus prœliis, triginta peditum legionum, equitum bis mille falcatorum curruum vicit. Mox regem Indorum, & omnes Aſiæ gentes ſub poteſtate ſua redegit, & nobiliſſimas urbes Aſiæ cepit, Sarbactran, Suſa, Babyloniam, ubi etiam defunctus, dubium vinolentia, an veneno, cum tamen prius & Africam peragraſſet uſque ad Jovem Ammonem, & Oceanum primus omnium navigaſſet. Philippus, qui poſt Alexandrum Macedonem ſeptimo gradu Macedoniæ regnavit, invictus in Græciam cum ſæve dominaretur, à Sulpicio conſule in Phocide victus eſt, mox à Flaminio in Macedonia, Theſſalia apud Cynocephalas, ubi dato obſide filio Demetrio regni parte multatus eſt. Perſes Philippus, Philippi filius, cum maximis copiis Macedoniis eſſet, &, cum impetum in Græciam feciſſet, cum inanibus elephantorum ſimulacris à Marco conſule apud Scyriam paludem victus, præcipitatis in mare theſauris, profugit; mox ab Æmilio Paulo tota Macedonia fugatus, Samothracam confugit in aſylum: unde, data fide cum ſe Paulo commiſiſſet, ante currum ejus in triumphum productus, mox libera cuſtodia in Albano conſenuit. Pſeudophilippus, vir plebejus & degener; cum ex ſimilitudine formæ Philippi filium ſe perſuaſiſſet, & Macedonas in bellum excitaſſet, inter initia tumultus comprehenſus, ſub cuſtodia miſſus eſt Romam, ubi cum ex cuſtodia aufugiſſet, concitata rurſus Macedonia, Thraciam bello recepit. In arce regni paludatus jus dixit: mox à Cæci filio Metello ingenti prœlio victus, cum profugiſſet in Thraciam, à regibus deditus, & in triumphum deportatus.

Reges & Duces Romanorum.

Romulus, qui urbem condidit. Numa Pompilius, qui ſacra conſtituit. Tullius Hoſtilius, qui Albam diruit. Ancus Martius, qui leges plurimas tulit, & Hoſtiam coloniam conſtituit. Servius Tullius, qui primum cenſum egit. Priſcus Tarquinius, qui inſignibus magiſtratus adornavit. Tarquinius Superbus, qui ob nimiam ſuperbiam regno pulſus eſt.

Clariſ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

Clariſſimi duces Romanorum.

BRutus, qui pro libertate publica liberos ſuos interfecit. Valerius Publicola, qui propter eamdem libertatem adverſus Tarquinios bellum exercuit. Idem jus libertatis dando populum ampliavit. Manlius Torquatus, qui ad confirmandam caſtrorum diſciplinam filium ſuum interfecit. Quintius Cincinnatus, idem Serranus, cui aranti dictatura delata eſt. Camillus, qui, Senonum gente deleta Gallorum, incenſam ab eis urbem reſtituit. Fabii duo: quorum alter una pugna Etruſcos, Samnitas, Umbros, Galloſque ſubegit, Libertinos è tribubus repurgavit, ideoque Maximus cognominatus: alter Fabius Hannibalem mora fregit, ex quo Cunctator eſt cognominatus. Papirius Curſor, hic Samnites, qui Romanos ſub jugum pugnando miſerant, victos ignominia pari adfecit, & à velocitate Curſor eſt appellatus. Curius, cum in foco rapas torreret, offerentibus, Malo, inquit, in fictilibus meis & aurum habentibus imperare. Fabricius Luſcinus, qui Cornelium Rufinum conſularem virum ſenatu amovit, luxuriæ & avaritiæ damnatum, quod decem pondo argenti poſſideret. Claudius Marcellus, qui Annibalem primus in Campania prœlio vicit, idemque docuit, in bello quomodo equites ſine fuga cederent. Scipiones duo, quorum alter prior, Africanus, qui Annibalem & in eo Africam debellavit, alter Scipio Numantinus, qui Carthaginem & Numantiam diruendo, in hac Africam, in illa Hiſpaniam fregit. Quintus Nero, qui, Annibale in Apulia relicto, venientem ab Hiſpania Haſdrubalem excepit, copiaſque ejus uno die apud Metaurum flumen devicit, qui ſeſe cum Annibali junxiſſet, dubitari non poteſt, paria eis præſtaturum non fuiſſe. Paulus, qui cum Macedoniam viciſſet, & Græciam liberaſſet, & opulentiſſimum triumphum reportaſſet, inter ipſos triumphi dies, amiſſis duobus liberis pro concione dixit, gratias ſe agere fortunæ, quod in ſuam potius domum, quam in remp. ſæviſſet. Duo Metelli: quorum alter Macedonicus, devictis Macedonibus, qui Contrebiam inexpugnabilem Hiſpaniæ civitatem, juſſis teſtamenta ſcribere, & vetitis redire niſi viciſſent militibus, occupavit: alter Numidicus, victa Numidia; qui cum pernicioſas reip. leges ferret, Apulejus tribunus plebis totuſque ſenatus in eas juraſſet, maluit in exilium ire, quam jurare. Hujus filius, Pius cognominatus eſt, quod patrem in exilium ſecutus eſt. Gajus Marius, qui, in Africa Numidis, in Gallia Cimbris Teutonibuſque ſuperatis, à caliga pervenit uſque ſeptimum conſulatum. Sylla, qui bello civili victoria per-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

perpotitus, Romanum primus invaſit imperium, ſoluſque depoſuit. Sertorius, qui proſcriptus à Sylla cum in exilium profugiſſet, quam breviſſimo tempore prope totam Hiſpaniam redegit in ſuam poteſtatem, & ubique adverſante fortuna inſuperabilis fuit. Lucullus, qui Aſiacæ provinciç ſpoliis maximas opes eſt conſecutus, & ædificiorum tabellarumque pictarum ſtudioſiſſimus fuit. Pompejus, qui Armenios ſub rege Tigrane, Ponticos ſub rege Mithridate, Cilicas toto mari dominantes, intra quadrageſimum diem vicit, & magnam partem Aſiæ inter oceanum Caſpium Rubrumque victoriis ſuis triumphiſque peragravit. Gajus Cæſar, qui Gallias Germaniaſque ſubegit, & primus Romanorum navigavit Oceanum; in quo Britanniam invenit, & vicit. Julius Cæſar Auguſtus, qui perpacatis omnibus provinciis exercitus toto orbe terrarum diſpoſuit, & Romanum imperium ordinavit. Poſt cujus conſecrationem perpetua Cæſarum dictatura dominatur.

Romani, qui in Toga fuerunt illuſtres.

MAnius Agrippa, qui diſſidentem populum ſenatui conligavit, atque conciliavit. Appius Cæcus, qui pacem Pyrrhi diremit, ne populus, qui ſuis parere noluerat, ſub externis regibus regeretur. Tiberius Gracchus, qui, Scipionem Aſiaticum quamvis inimicum haberet, non eſt paſſus à tribunis in carcerem duci, quod diceret nefas, ibi eſſe Scipionem ubi captivi illius adhuc alligati tenerentur. Hic eſt Gracchorum pater, qui in tribunatu, cum agrariis legibus ſeditiones excitarent, interfecti ſunt. Decimus Brutus Calæcius, qui Gracchum generum agrariis legibus Reip. ſtatum turbantem cum Opimio conſule oppreſſit. M. Brutus, qui Pompeji partes ſecutus, mox à Cæſare reſtitutus, in mortem ejus conjuravit, quod affectare nomen regium videretur. Lucius Druſus, qui agrariis legibus promulgatis, ſummum pro eo favorem conſecutus, ne promiſſa perficeret, per inſidias à Philippo Cons. domi ſuæ interfectus eſt. Lutatius Catulus, qui Lepidum acta Syllæ reſcindere volentem admoto exercitu Italia fugavit, & ſolus omnium ſine ſanguine bellum civile confecit. Cato Cenſorius, qui totiens accuſatus eſt, quod vixit, nocenteis accuſare non deſtitit. Hic eſt omnium rerum peritiſſimus, &, ut Salluſt. Criſpo videtur, Romani generis diſertiſſimus Cato. Cato Prętorius, qui, bello civili partes Pompeji ſecutus, mori maluit quam ſuperſtes eſſe reip. ſervienti. Scaurus, qui vetuit filium in conſpectum ſuum venire, quia bello Cyprico deſeruerat. Scipio

pio Naſica, quia non rite inauguratus Conſul videretur, conſulatu ſe abdicavit, & domitis Dalmatis oblatum à Senatu triumphum repudiavit, ſtatuaſque, quas ſibi quiſque in publico poſuerat, in cenſura ſua ſuſtulit. Cenſuit in Senatu tamen, Carthaginem non eſſe delendam: propterea optimus judicatus. Cornelius Cethegus, qui fratrem ſuum Cethegum, quod cum Catilina conjuraſſet, morte multandum cenſuit. Tullius Cicero, qui in conſulatu ſuo Catilinæ conjurationem fortiſſime oppreſſit.

Qui pro ſalute ſe obtulerunt.

HOratius trigeminus, qui adverſus Curiatios Albanorum; qui de ſummo imperio dimicaverunt. Fabii, qui trecenti, cum omnes patriciæ ſtirpis eſſent, bellum Vejens peculiariter ſibi depopoſcerunt. Mucius Cordus, qui ignibus manus impoſuit. Horatius Cocles, qui ponte reſciſſo Tiberis armatus tranſiit navitans. Trecenti ſub Calpurnio Flamma contra Pœnos; qui in Sicilienſi ſaltu, mortuo exercitu, populum Romanum liberaverunt, ut plane CCC Lacedęmoniorum apud Thermopylas gloriam adæquarent. Duo Decii; quorum alter Latino bello, alter Samnitico, diis manibus ſe devoverunt. Fulvius Pontifex; qui, urbe à Gallis Senonibus incenſa, ſe aliosque ſenes diis manibus devovit. Regulus; qui tormenta Carthaginienſium maluit pati, quam ut inutilis pax cum eis fieret, aut ipſe jurisjurandi fidem falleret. Curtius; qui ſe in hiatum terræ immiſit, cum ex oraculo, quod optimum eſſet in urbe Romana, poſceretur. Spurius Poſtumius; qui à Pontio Teleſino, Samnitum duce, ſub jugum miſſus cum exercitu, auctor fuit rumpendi federis, ſeque hoſtibus cenſuit eſſe dedendum. Gajus Metellus Pontifex, ardente templo Veſtæ, Palladium extulit, & oculos amiſit.

Qui ſpolia opima retulerunt.

ROmulus de Acrone Ceninenſium rege. Coſſius Cornelius de Larthe Tolumne Vejentium rege. Claudius Marcellus de Virodomaro rege Gallorum.

Qui provocati ab hoſtibus manu contenderunt.

MAllius Torquatus, qui Gallo torquem detraxit, eumque ſibi circumdedit. Valerius Corvinus; qui à Gallo provocatus cum pugnaret, corvus galeam ejus inſedit, & hoſtem per-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

perturbavit. Scipio Æmilianus cum eſſet legatus ab Lucullo imperatore apud Intercatiam Vaccæorum urbem, provocatorem barbarum occîdit. Lucius Opimius, ſub Lutatio Catulo Conſule, in ſaltu Tridentino provocatorem Cimbrum interfecit.

Qui pro Romanis gentes ſuperaverunt.

SCipio Africanus, Scipio Numantinus, Scipio Aſiaticus, Mummius Achaïcus, Servilius Iſauricus, Brutus Callaïcus, Paulus Macedonicus, Metellus Creticus, Cæſar Germanicus, Cæſar Dacicus.

Quot illuſtres Scipiones qui magnis rebus geſtis cognominati ſunt.

SCipio magnus Africanus, qui vicit Annibalem. Scipio minor Numantinus, qui Numantiam, & Carthaginem diruit. Scipio Aſiaticus, qui de Antiocho triumphavit. Scipio Naſica, qui à Senatu vir optimus eſt judicatus. Scipio, qui occiſo Pompejo partes reſtituit, & victus ſe interfecit.

Seceſſiones plebis.

SEceſſiones plebis à partibus fuerunt quatuor. Prima ſeceſſio propter impotentiam fœneratorum, cum in montem plebs armata ſeceſſit. Secunda propter impotentiam Decemvirum, cum interfecta filia ſua Virginius Appium & totam ejus factionem in Aventino monte circumvenit, effecitque ut abdicato magiſtratu accuſati, atque damnati, variis ſuppliciis punirentur. Tertia, propter matrimonia plebei, ut ne patriciis nuberent, quam Canulejus concitavit in monte Janiculo. Quarta ſeceſſio in foro, propter magiſtratus, ut plebei conſules fierent, quam Sulpicius Stolo concitavit.

Seditiones.

SEditiones in urbe quatuor. Prima ſeditio, Tiberii Gracchi; quem, de judiciariis & agrariis legibus ſtatum civitatis moventem, Scipio Naſica facta manu in Capitolio oppreſſit. Secunda ſeditio, Gracchi fratris ejus; quem ob ſimiles largitiones novos motus excitantem Opimius conſul, cum Decimo Bruto Callæcio ſocero ejus, convocatis ad pileum ſervis, in Aventino monte oppreſſit. Tertia ſeditio, Apuleji Saturnini Tr. Pl. & Glauciæ Conſulis; quos, comitia in campo cædibus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

bus perturbantes, Marius in Capitolium perſecutus obſedit, & conficiendos fuſtibus ſaxiſque curavit. Quarta ſeditio, fuit Livii Druſi, & Quinti Cæpionis, cum ille Senatus equeſtrem ordinem adſideret. Præcipua tamen ad motus excitandos fuit cauſa, quod Druſus civitatem omnibus Italicis pollicebatur; ſed tum à Philippo Conſule in domo ſua interfectus.

Qui adverſus patriam nefaria inière conſilia.

CORiolanus, ob aſperiorem annonam in exilium actus, Volſcorum exercitu admoto patriam expugnare voluit, ſed Veturiæ matris precibus victus, tum ab exercitu ſuo confuſus eſt. Marcus Melius, frumentaria largitione cum videretur, juſſu Quintii Cincinnati dictatoris à Magiſtro equitum in roſtris occiſus eſt. Spurius, cum Agrariis legibus factione dominationem pararet. Manlius Capitolinus, cum pecunia conturbatores liberaret, ſuſpectus regni affectati de Tarpejo Saxo præcipitatus eſt. Catilina cum in cædem Senatus, in incendium urbis, direptionem ærarii conjuraſſet, & in id facinus Allobrogas ſollicitaſſet, ab Cicerone in Senatu accuſatus, ab Antonio in Apulia debellatus eſt.

Qui Reges vel Duces cum Romanis bella geſſerunt.

POpulus Romanus ſub Romulo pugnavit cum Sabinis, prius propter virgines raptas. Sub Tullio cum Albanis. Pontius Teleſinus, dux Samnitum; qui ad Caudinas furculas Romanos ſub jugum miſit. Pyrrhus, Rex Epirotarum; qui pro Tarentinis bellum cum Romanis geſſit, vaſtataque Campania ad viceſimum ad urbem pervenit, mox à Curio & Fabricio victus in patriam conceſſit, & cum Achajam armis ſub ſe redegiſſet, Macedoniam quoque Antigono regi eripuiſſet, dum Argos expugnat, occiſus eſt. Omnium Græcorum ſapientiſſimus, & militaris diſciplinæ peritiſſimus fuit. Annibal, qui novem annorum, patrem in Hiſpaniam ſecutus, minor annorum quindecim imperator factus; triennio in Hiſpania vicit, & everſione Sagunti, rupto federe, per Pyrenæum & Alpes in Italiam venit, Scipionem ad Ticinum, Tiberium Claudium apud Trebiam, Flaminium apud Thraſymenum, Paulum & Varronem apud Cannas, Gracchum in Lucania, Marcellum in Campania, ſuperavit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

Status Populi Romani quas commutationes habuerit.

POpulus Romanus primum ſub regibus fuit. Deinde, poſt ſuperbiam Tarquinii, & inlatum Lucretiæ ſtuprum, expulſis regibus, tutelam ſui conſulibus tribuniſque commiſit. Deinde tribunitiis ſeditionibus agitatus, abdicatis omnibus magiſtratibus, Decemviros, legum ferendarum & Reip. conſtituendæ cauſa, paravit. Horum quoque dominationem & libidinem deteſtatus, rurſus ad conſules rediit. Donec, exortis bellis civilibus inter Cæſarem & Pompejum, & oppreſſa per vim libertate, ſub unius Cæſaris poteſtatem redacta ſunt omnia. Ex eo perpetua Cæſarum dictatura dominatur.

Initium Regni Mithridatis.

CYrus, Rex Perſarum primus, imperium Medis ademit. Duos filios reliquit, Cambyſen & Smerden. Horum Cambyſes, defuncto patre, quod major eſſet, Smerden in ſolio ſedentem, capite cœlum pulſare, per ſomnium videns, occidendum eum curavit ipſe: & deinde, revertens ab Æthiopia, rebus perfractis, cum in Ægyptum veniſſet, incolaſque ejus loci lætantes advertiſſet: ratus, illos adverſis ſuis inſultare, Apin in femine vulneravit, eodemque ictu occîdit. Interim Magus quidam Smerdes, Patibiatæ frater, abutens nomine ex formæ ſimilitudine, filium ſe Cyri profeſſus, regnum Perſicum invaſerat. Quod ubi Cambyſi nuntiatum eſt, regredi in patriam maturans, oblitus eſt gladium, quo Apin interfecerat, vaginæ reddere. Quod cum conaretur efficere, femen ſuum vulneravit, & eam partem, qua Apin vulneraverat. Ex eodem vulnere in paucis diebus obiit. De cujus morte poſtquam certior nuntius ad Perſas venit, Potanes Pedimam filiam ſuam, qua cum Smerdes conſuetudinem habebat, edocuit, ut, cum ille ſopitus eſſet, utrum aures tectas comis haberet, periclitaretur. Sciebat enim, à Cyro Smerdi Mago ademtas aures. Ille falſum eſſe Smerden confirmavit. Tunc ſeptem nobiliſſimi Perſæ inter ſe conjuraverunt. Eorum nomina hæc ſunt, Potanes, Hydanes, Aſpatines, Saphernes, Megabojus, Gobies, Darius. Deinde, Mago Smerde interfecto, conſtituerunt, uti, excepto poſthac Potane, ex illis regnaret cujus equus primus in loco, quem delegiſſent, hinniſſet. Tunc Hiberes, agaſo Darii, equum domini ad locum prędictum duxit. illic alia equa ab ſuo initur. Tunc equus Darii magnum hinnitum dedit. Ita Darius regnum obti-

obtinuit. A quo Artabanes originem ducit; quem conditorem regni Mithridatis fuiſſe, confirmat Salluſtius Criſpus.

Reges Parthorum.

SEleucus, Alexandri Macedonis amicus. Hujus poſt mortem Abarrida, frater ejus, juſſus Babylonem obtinere, finitimos ſub ſe redegit, unde Nicator eſt appellatus, & tres validiſſimas urbes conſtituit, Abarridam, Seleuciam, Laodiciam. Arſaces forma & virtute præcipuus, cujus poſteri Arſacidæ cognominati ſunt; qui pacem cum Sylla imperatore fecit. Orodes; qui fedus cum Cn. Pompejo percuſſit, Craſſum cum legionibus apud Carras funeſta clade delevit. Pacorus; qui filium ſuum ejuſdem nominis miſit in Syriam, ut Romanas provincias popularetur; atque ipſe à Ventidio legato Julii Cæſaris occiſus eſt.

Reges Cappadociæ & Armeniæ.

TIgranes, qui jam ſcriptus eſt; qui tertio Punico bello perdomuit ſub Mancino Conſ. & Scipione Æmiliano. Bellus, rex Armeniæ; qui cum impetum in Græciam feciſſet, Pythii Apollinis templum incendiſſet, tempeſtate & frigore exercitum amiſit. Polycrates, rex Cappadociæ: qui ſomniavit Solem & Lunam uri: qui à præfecto Dario regis occiſus eſt. Epaminon, ejus filius, rex; qui Thebas Græcorum pugnando vicit. Periander, Rex qui Corinthi regnavit; omnia terra & mari Romanis ſubjugavit. Timoleon, qui Corinthi fratrem ſuum regnantem interfecit. Idem & Dionyſium Siciliæ regem expulit, neque ipſe ab offerentibus regnum accepit, ſed arcem quoque demolitus eſt. Hic cum convitia mala audiret, ait, Tota vita mea id egi, ut omnes liberi eſſemus.

Reges Aſiæ & Pergami.

EUmenes Carduenus Philippi Alexandri armiger bellicoſiſſimus, ſed parum proſpera fortuna uſus, adeo tamen terribilis, ut vivente eo nemo auſus ſit Rex appellari. Antiochus jam ſcriptus eſt. Eumenes alius, qui Romanos Macedonico bello juvit cum milite ſuo. Attalus, qui pro Romanis ſępe pugnavit. Nam teſtamento ſuo populum Romanum heredem fecit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

Reges Ponti & Bithyniæ.

PHarnaces, Rex Bithyniæ, filius Mithridatis: qui bello civili, quod in Pharſalica geſtum eſt, milite patris ſui Syriam invaſit, & adventu Cæſaris, antequam in congreſſum ejus veniret, ipſo terrore nominis ſui victus refugit in Pontum. Pruſias Rex, amicus populi Romani; ad quem Annibal victo Antiocho confugit, &, cum à rege expoſceretur per legatos, veneno ſe liberavit. Nicomedes, ſocius & amicus populi Romani; in cujus amicitia prima ætate Cæſar fuit. Qui moriens teſtamento & ipſe Pop. Rom. heredem dimiſit.

Reges Alexandriæ.

POſt mortem Alexandri Macedonis regnaverunt Alexandriæ Ægyptum octo Ptolomæi nomine, multi clariſſimi viri. Ptolomæus Evergetes; qui Alexandrum apud Ozydacras objecto clipeo protexit. Ptolomæus, filius Philadelphi, literatiſſimus; qui plurimos libros Græcos ſcripſit. Ptolomæus Soter; qui ingenti claſſe Rhodios vicit. Ptolomæus Tryphon; qui ſeditioſos in theatro ſagittis occîdit, alios flammis dedit. Hujus filius Cydris pro Romanis multa bella geſſit, adverſus Garamantas & Indos. Ptolomæus, Pupillus dictus; qui Pompejum tutorem à Senatu accepit, donec pubeſceret, & poſtea civili bello Pontino interfectus eſt.

Duces & Reges Carthaginienſium.

HAnno, & Mago, qui Punico bello Cornelium Cons. apud Liparas ceperunt. Hamilcar, qui Boccor cognominatus eſt, primo Punico bello magnam partem Hiſpaniæ ſub imperium Carthaginienſium redegit, relictis filiis quatuor, Aſdrubale, Annibale, Hamilcare, & Magone. Aſdrubal, frater Annibalis; qui ſecundo Punico bello, cum ingentibus copiis ab Hiſpania veniens, antequam ſe fratri conjungeret, à Claudio Nerone expoliatus eſt.

Reges Numidiæ.

SYphax; quem Scipio Africanus victum in triumphum traxit, regnoque ejus impoſuit Maſiniſſam. Maſiniſſa Rex; qui Scipionem adverſus Carthaginem & Syphacem equitatu adjuvit. Ab eo, inter præmia commilitii, Numidiæ regno donatus eſt. Jugurtha; qui ſcriptus eſt.

Reges

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

Reges Mauritaniæ.

IUba Rex; qui Curionem legatum Cæſaris oppreſſit: mox, occiſo Pompejo, Catonis & Scipionis partes firmare conatus, cum ſe in regiam recepiſſet, poſt magnificam cœnam interficiendum ſe dedit. Juba, rex literatiſſimus; qui Cæſaris Auguſti juſſu regnavit, & magnificentiſſimam urbem Cæſaream condidit.

Qui adverſus Pop. Rom. arma ſumſerunt.

TAtius, Rex Sabinorum; qui occupata arce Tarpeja in ipſo foro cum Romulo decertavit, & interventu Sabinarum pacem cum Romulo fixit. Mettius Suffetius, Rex Albanorum; qui, contra fedus, à Fidenatibus deſtitutus, & juſſu Tulli Hoſtilii deligatus ad currum, & in adverſa actis equis, laceratus eſt. Porſenna, Rex Etruſcorum; qui Romanos ad Janiculum obſedit, propterque Tarquinios. Tiridates; qui Corbulone Conſulari viro victus & reſtitutus eſt.

Bella civilia quot.

CIvilia bella quatuor mota ſunt in urbe à Romanis. Civile bellum primum Sulpitius Tribunus excitavit, quod ſubſcriptam provinciam Mithridaticam Sylla in Marium transferre noluiſſet. Secundum bellum Lepidus contra Catulum, ob metum Siciliæ expoliatæ. Tertium bellum Cæſar & Pompejus. Belli ſpecies magis, quam cauſa fuit, negatus à Senatu Cæſari conſulatus. Ceterum utriuſque æmulatio & cupiditas imperii occupandi. Nam, cum ſecundum mores legemque majorum dimiſſo exercitu venire in urbem Cæſar deberet, & docere Senatum de rebus à ſe geſtis, atque ita triumphum conſequi; ſimulans, ſe gratiam timere Pompeji, negavit ſe miſſurum exercitum, niſi conſularibus comitiis ratio abſentis ſui poſita fuiſſet. Quamobrem hoſtis à ſenatu judicatus, ſtatuit id bello vindicare. Ac ſic non conſulatum modo ac triumphum, ſed totum Populi Romani imperium redegit in ſuam poteſtatem. Quartum bellum Cæſar Auguſtus adverſus complures duces: contra Pompejum juvenem bona paterna repetentem: mox adverſus Caſſium & Brutum in ultionem interempti patris; deinceps adverſus Antonium & Cleopatram ultro bellum patriæ inferenteis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

Quot genera bellorum.

BEllorum genera ſunt quatuor. Gentile; quod cum externis geritur; ut Romani cum Latinis, Athenienſes Lacedæmoniis. Servile; quod Romani adverſus fugitivos geſſerunt, & contra duces eorum, Spartacum, Crixum, & OEnomaum. Civile; quo inter ſe certant, ſicut Marius & Sylla, Cæſar & Pompejus, Auguſtus & Antonius.

Ordo Belli Mariani.

INexplebilis honoris Marii cupiditas, decretam Syllæ Ponticam provinciam voluit eripere per rogationem Sulpicii tribuni plebis. Sylla indignatus continuo ad exercitum perrexit, & eum urbe admovit; & in patriam ingreſſus, Capitolium occupavit. Quo terrore victus Senatus, Mario totique factioni ejus interdixit. Profecto deinde in Aſiam Sylla, Marius exul cum profugiſſet, ac primum Minturnis in palude latuiſſet, tum conjectus in carcerem evaſiſſet, interim Cinna & Octavius in urbe eſſent; ob hoc, occaſione data, Marius redit, & ſe cum Cinna adjunxit, victis Octavianis partibus. Septies conſul creatus ſæviſſimis cædibus totam urbem funeſtavit. Sylla interim victo Mithridate in urbem reverſus, prope totam Italiam in armis invenit, ſub juvene Mario Marii filio: ſed omnes ejus copias partim in Etruria ad Sacriportum, ad Collinam portam proſtravit; & reliquias adverſariorum eorum, qui ſe dediderant, in villa publica trucidavit. Qui diffugerant, in tabula proſcripſit, jure permiſſo ut interficerentur.

Ordo Belli inter Cæſarem & Pompejum.

CÆſar, & Pompejus, & Craſſus, inita ſocietate, imperium Romanorum poſſidebant. Cæſar Gallicos, Craſſus Syriacos exercitus habebat. Pompejus, horum viribus fretus, in Senatu dominabatur. Poſt Craſſi mortem apud Parthos Muſus Barbarus Aſculanus, Quintus Lutatius Catulus.

De Bello Macedonico.

POpulus Romanus cum Macedonibus bellum ter geſſit. Sub Flaminio Conſule regem eorum Philippum vicit. Sub Paulo Perſen Philippi filium. Sub Metello Macedonico Pſeudophilippum. Primi belli cauſa, quod de injuriis Macedonum Græci quere-

querebantur. Secundi, quod fœdus cum patre ſuo percuſſum ruperit Perſes. Tertii, quod falſo nomen regum Macedonum Pſeudophilippus invaſit.

De variis Cladibus Populi Romani.

ETruſco bello; cum Porſenna rex Janiculum obſedit. Gallico bello; cum Galli Senones, exercitu apud Alliam deleto, urbe incenſa, Capitolium obſederunt. Tarentino bello; cum Pyrrhus ad viceſimum lapidem totam Campaniam populatus acceſſerat. Punico bello; cum Annibal Cannenſi exercitu fuſo ad tertium lapidem caſtra poſuit. Cimbrico bello; cum Cimbri Tarentinas Alpes occupaverunt. Servili bello; cum Spartacus, Crixus, & OEnomaus gladiatores, populata prope Italia, cum ad incendendam urbem pergerent, in Lucania à Craſſo, in Etruria à Pompejo Conſule opprimuntur.

De tribus Punicis bellis.

POpulus Romanus cum Carthaginienſibus dimicavit. Primum Punicum bellum navalibus copiis geſtum eſt. Cauſa motus prætendebatur duplex. Altera, quod Carthaginienſes Tarentinis adfuiſſent. Altera, quod Mamertini adverſus Pœnos auxilium poſcerent. Cæterum, revera præmium fuit Siciliæ & Sardiniæ poſſeſſio, fertiliſſimarum inſularum. Appius Claudius bellum in Siculo freto commiſit; Manlius & Regulus in ipſa Africa profligaverunt: Duillius Conſul apud Liparas inſulas; Lutatius Catulus apud Ægates, merſis hoſtium claſſibus, conſummaverunt. Secundum Punicum bellum longe omnium cruentiſſimum fuit. Cauſa, quod Annibal contra fœdus Saguntum evertiſſet. Prima clades hujus belli apud Liſternum, vulnerato Patre Scipione; quem Publius Scipio, nondum pubes, protexit ac liberavit. Secunda clades apud Trebiam, vulnerato Flacco Conſule. Tertia apud Thraſymenum, vaſtato Flaminii exercitu. Quarta apud Cannas, deletis duobus exercitibus Pauli Conſulis morte, Terentii fuga Varronis. Poſtea vero quatuor duces Punici belli gloriam ſibi vindicant. Fabius ſive Cunctator; qui imminentem urbis excidio Annibalem mora fregit. Marcellus; qui primus Annibali apud Nolam reſtitit, & inclinatam ejus aciem pene ictus cruciavit. Claudius Nero; qui venientem ab Hiſpania Aſdrubalem cum ingentibus copiis, priuſquam ſe Annibali jungeret, excepit, & ingenti prœlio vicit. Tertium Punicum bellum majoris gloriæ quam operis fuit. Nam, Manilio Conſule, inchoatum excidium Carthaginis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

ginis Scipio Æmilianus conſummavit; una cum Tigrane cum incenſa Carthagine totius Africæ urbes in perpetuum repreſſit, quod contra fœderis pactionem Carthaginienſes reparaſſent claſſes, & arma finitimis intuliſſent.

Uſque Imperium Trajani qui victi ſunt & per quos, CCIV.

PEr Flaminium Conſulem Macedonas vicit ſub rege Perſe bellantes. Per Scipiones Africanos, Carthaginienſes. Per Paulum Conſulem, Perſen in Syria vicit regem Antiochum. Per Scipionem Æmilianum Celtiberos, & Numantiam. Per eumdem Scipionem Luſitaniam, & ducem Viriatum. Per Decimum Brutum Galliam. Per Mummium Achaïcum, & Corinthum, & Achæos. Per Fulvium Nobiliorem Ætolos & Ambraciam. Per Marium Numidas & Jugurtham. Per eumdem Cimbros & Teuthones. Per Syllam Ponticos & Mithridatem. Per Lucullum item eoſdem Ponticos & Mithridatem: item Cilicas piratas, & Armenios cum rege Tigrane, & plurimas Aſiacas gentes. Sub hoc enim ad Indicum Oceanum, & Rubrum mare uſque pervenit. Per Cajum Cæſarem Gallias & Germanias. Britanniam ſub hoc duce non tantum vidit, ſed etiam navigavit Oceanum. Per Cæſarem Auguſtum Dalmatas, Pannonios, Illyricos, Ægyptios, Germanos, Cantabros, totumque orbem perpacavit, exceptis Indis, Parthis, Sarmatis, Scythis, Dacis, quod eos fortuna Trajani Principis triumphis reſervavit.

De Comitiis.

COmitia dicuntur à comitatu & frequentia, quod Patres & Claſſes ad ſuffragia vocantur, creandorum magiſtratuum vel ſacerdotum cauſa. Comitiorum autem triplex ratio eſt. Hæc curiata, hæc tributa, hæc centuriata dicuntur, quia hæc per curias & per tribus & per centurias explicantur. Si tranſlatitium ſit, & ſolitum, de quo populus, curiatis tranſigitur. Si amplius, tributis. Si in ſummo diſcrimine eſt, tum miles ad ſuffragia vocatur, & Comitia centuriata dicuntur.

De Populi Romani diſtributionibus.

ANtiquiſſima Populi Romani diſtributio triplex eſt, quam Romulus fecit; in regem, in ſenatum, in populum. Qui populus in tres tribus dividebatur; Titienſem, Lucerem, Ramnetem.

mnetem. Sequitur Populi Romani diſtributio ſub Servio Tullio rege; qui eum in tribus, claſſes, centurias diviſit. Ab iteratione cenſus, ut optimus & locupletiſſimus quiſque in ſuffragiis, id eſt, in Populo Romano plurimum valeret. Et tertia diviſio eſt in Patronos & clientelas, qua inferiores ſuperiorum ſe fidei committebant.

De Rebuspublicis.

RErumpublicarum tria genera ſunt; Regium, optimatum, populare. Aut enim ſub regum ſunt poteſtate; ut Seleucia Parthorum. Aut Senatus; ut Maſſilia Gallorum. Aut ſe ipſi regunt, ut Athenienſes ſolebant. Eſt & quartum genus, quod Romani commenti ſunt; ut ex his tribus unum efficerent. Nam & regiam poteſtatem Conſules habent, & plebs habet ſuffragiorum poteſtatem.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

wlo
7-11-70.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
140 G 11